


G
34


25
21




D-25-21

~~51-9~~







TRACTATUS
DE ACTIBVS
HVMANIS, IUXTA
MENTEM SCOTI.

AD REVERENDISSIMUM, ET VNDEQVAQVE
sapientissimum P. F. IOANNEM MERINERO, dignissimum
totius Seraphicæ Religionis Generalem Ministrum.

AUTHORE,

R. P. F. IOANNE YRIBARNE, ET
YRABVRV, LECTORE IVBILATO, SUPREMI SENATVS,
Generalisque Hispaniarum Inquisitionis Qualificatore, & in Pro-
vincia Aragonum olim Prouinciali Ministro.

AC SERENISSIMÆ INFANTISSÆ D.
*Margaritæ ab Austria, Monialis Discalceatæ in Matritensi
Sanctæ Clara Conuentu, quondam Confessario, & in
Archidiocesi Cæsaraugustana Examina-
tore Synodali.*

Editio secunda, in qua errata primæ editionis purgatur, & quæ supersunt
notantur. Accedunt etiam aliqua dubia ab eodem Authore addita.



n. 18. 959



CVM LICENTIA,

Cæsaraugustæ: In Typographica Officina Regij Nosocomij Deiparæ de
GRATIA, Anno M. DC. XLIII.

DE ACTIBVS
HUMANIS IUXTA
MENTEM SCOTI.

AD REVERENDISSIMUM, ET VIDEORUM
PAPENSIUM P. JOHANNEM MERINERO, dignissimum
totius Sacerdotum Religionis Generalem Ministrum.

A V T H O R E,

JOHANNI NEYRIBARNE, RT.
LECTORE IURIS, SUPREMI SENATUS,
in Regni Aragonum cum Provinciis Ministrum.

NOBILISSIMO ET
PACIFICISSIMO, MARCHI DISCEPTE in
Monsiensi Conventu, quondam Confessorio, & in
Almoxarifatu Castellanae Provinciae.

Edita secundum quosdam scripta prima editionis purgantur, & per se
revertuntur. Accurata etiam alius dubis ab eodem Authore additis.



GRATIA

GRATIA, Anno M.D.C.XLVIII.
Cathacensis Typographia Officinae Regiae.

CENSURA R. A. P. F. IOANNIS GINTO
Lectoris Jubilati, sanctæ Inquisitionis Qualificatoris in Supremo
Senatu, & Aragoniæ Provinciæ Custodis.



ASSISTE (Reuerendissimè Pater) librum vt probarem, & incomendando doctrinam scholasticam de *Actibus Humanis*, iudicium meum tua modestia postulauit propter illud, Ennodi in libro 4. Epist. 4. Qui in prole censuram negligit conceptum magis designat, sibi placere quam meritum. Feci quæ iussisti; Tractatum recognoui, & recognouisse fuit probasse; res voti facta est præconij eximij necessitas. Omnia sane, quæ scribis abundantiam laudum exorant, non seueritatem censuræ. Vir qui in doctrinis consenuit; qui in domando carnis furores indefessus, sine defatigatione perdurat prole parit pierate foelicem, & puritate generosam. Tibi vtrunque in peculio est, virtutum officina, & limpidissima scholastica vena. Inter ea tamen quæ laboriosus scrutatur ex vena Scoti, vel scripsisti, vel dictasti Tractatus iste erumpit perennitate, & puritate limpidior, & copia locupletior. Opum largus Tractatus supra copiam; auidus maximarum rerum possessor. Stillus clarus; doctrina ipsa puritate est sincerior. Ita sentio, & subscribo, Cæsaraugustæ die 20. Ianuarij, anno 1643.

F. Ioannes Ginto.

DON

CON Felipe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Aragon, de las dos Sicilias de Ierusalem, &c.

DON Theodoro Cardenal, Principe Trivulcio, Virrey, y Lugarteniente y Capitan General por su Magestad en el presente Reyno de Aragon: Por tenor de las presentes de nuestra cierta ciencia, y por la Real autoridad de que usamos deliberadamente, y consultada en nombre de su Magestad, damos licencia, permiso y facultad al R. P. F. Iuan Yribarne y Yraburu, Lector Jubilado, y Calificador de la Suprema y General Inquisicion de España, para que por tiempo de diez años contaderos del dia de la data de las presentes en adelante, pueda imprimir, y vender, y hazer que se imprima y venda en el presente Reyno de Aragon, y en qualquiere parte del, vn libro intitulado; *Troclatus de Actibus Humanis, in uela mentem Scotti*. Sin incurrir por ello en pena alguna, por quanto tiene la misma licencia, y aprouacion del Ordinario desta Ciudad, y Diocesis de Zaragoza; y q̄ auiedo lo mandado ver, y reconocer, no se ha hallado en el cosa contra nuestra santa Fe Catholica, y buenas collumbres, prohibiendo como prohibimos, que durante el sobredicho tiempo ninguna otra persona lo pueda imprimir sin licencia de su Magestad, nuestra, o del que Presidiere en la Real Audiencia del presente Reyno, so pena de mil florines de oro de Aragon, a sus Reales cofres aplicados, y de que tengan perdidos los moldes de la impresion, y los libros que se hubieren impresos. Por lo qual ordenamos, y mandamos a todos los ministros de su Magestad, mayores y menores en el presente Reyno de Aragon constituydos, y constituyderos y otras qualquiere personas sujetas a nuestra Jurisdiccion, que lo sobredicho obseruen, cumplan, y guarden sin poner en ello estoruo, ni dificultad alguna al dicho Padre Fray Iuan Yribarne y Yraburu, o quien su poder tuviere, si la gracia de su Magestad les es cara, y demas de su ira, e indignacion en las penas arriba dichas, y otras a nuestro arbitrio reservadas, desean no incurrir. Y asy mismo mandamos, que la presente licencia vaya impresa en el principio de cada volumen de los que se imprimieren. En cuyo testimonio la mandamos despachar en la forma acostumbra da, y que sea sellada con el sello comun de su Magestad que esta en la Real Cancellaria deste Reyno. Dat. en la Ciudad de Zaragoza a dos dias del mes de Febrero, del año contado del Nacimiento de nuestro Señor Iesu Christo, de mil seyscientos quarenta y tres.

El Cardenal Trivulcio.

V. D. Hyacinthus Valonga R.

Dominus Locumtenens Generalis
mandavit mihi Iosepho Iubero vi-
sa per Valōga. Regēt. Cancellariā.

MOD

Tra

REVERENDISSIMVM PATREM
FR. IOANNEM MERINERO,
TOTIVS ORDINIS MINORVM
INCLYTVM GENERALEM.

Fr. JOANNES TRIBARNE ET TRABVRV;
salutem, & censuram deprecatur.



VO apud Persas (Reuerendissime Pater) fuisse peccata extrema sorte vetita ex libello Plutarchi, refert Theodotus, primùm debere; proximum mentiri. At parati soluere non arcebantur hac rigiditate supplicij; in ingenuo enim debitum pœna est, non vitiũ. Vnde de nobili debitore, dixit nobilis inter Poëtas Homerus; *Semel rubidus, & decies pallidus*: Rubescit pudore qui petit, pallefcit metu non soluens. His notis dumtaxat arcebat debitorem vetustas, dum negabat se debere. Hinc vexabat simul turpissima nece mendaces, & iure ostendebat viles, quos natura ipsa iam notauerat in fames. Si dixerim (Reuerendissime Pater) me iam dudum parasse libellum de *Actibus Humanis*, vt secundo prælo soluerem, quod tuo iudicio, tuo iuri debebatur, notas euafsi debitorum, attestante Seneca: *Anticipata sollicitudo soluendi est soluisse*. Si dixerim, me sola spe tanti Patrocini diu vixisse cruentũ, non mentiar, quia dixit in Republica Plato: *Spes altrix senectæ, & Poëta Naso.*

Viuerè spe vidi, qui moriturus erat.

Expectabat ætas cana, & longæua canities videre protinus sui Presulis irradiare sine sequestro fulgore. Expectabat, quod tota Minorum Religio maioris vrsæ læta sentiret influxus. Expectabat, quod libellus de *Actibus Humanis* (me iam dilabente) in tuis auspicijs foelicem haberet tutorem. In scholastico negotio iam dudum superfederam vacans; & quia Cyrillus monet: *Viro seni baculus mortis meditatio*, & quia in Scholastica Lyra, non semper est canedũ, quia vt ait Theocrit.

Sic vissum est Nymphis: semper canit improba rana:

Huic neq; ego inuideo, nec enim bona carmina cantat.

Sed sententia Nazianzeni, *nulla satietas rerū honestarum*, iterum re-
pulsat animum, & ecce pristina cupiditate scholasticandi meo Genio
oppressus succumbo. Tractatum paravi de *Actibus Humanis*, in quo
materiam verso Theologam, in Scholis nostris non tritam, in textu
Scoti minutim dispersam per grana, & in publico prælo fortasse non-
dum excusam. In re noua expectandus erat vir, qui sua auctoritate, &
Doctrina, vel estimaret quæ tento, vel foueret quæ exploro, vel dirige-
ret quæ scribo. Vnus statim occurristi opportune; qui seueritate vales
aduersantium arcere connatus (nam plerique molēste obstrepunt si
quis tentauit eximium) & iudicio probare potes, quæ Compluti docui-
sti decantato magisteriō. Estimādis igitur studijs solū peritis com-
missum est Imperium; aurum sit ne probum, nequit explorare lanista:
& filo lanæstri non bene iudicatur Tyri purpura, indica sandyx. Libel-
lum istum iam excuderat Venetia foelici, & si auaro, prælo nam tan-
tūm codices duos fortuito vidit Hispania. Instarunt amicorum vo-
ta, discipulorū voces; quōd iterum cuderetur vrgentes cum Platone
in Philabo *nihil tædit bis dicere; quod pulchrū est*. Si non fecero rubor
est in senē, si obtemperauerō restat res maximi sumptus; amore con-
nor, inopia retardor. Cæpi hæere, clausus sum in circulo. In hoc biuio
ades Patronus, benignus foues, componis expensas, & anxias ambi-
guitates tuo fauore ferenas. Mihi sat est discipulis tradidisse faces ad
sublimia. Minores vtile noscant mea experientia exhibere cunctis
Præfulem, qui manu fouet honestum, & laude probat exigua. Viuas,
(Reuerendissimè Pater) viuas tuis cornicibus diurnior, Phenicè viua-
cior, vt Ordinem quem ornasti exemplo, Præfulatu regas foeliciter.
VALE.

Ad

Ad Lectorem:



*C*um in studio speculatio, tant a (si) (candide Lector) fallaciarum copia, & suppellex, quæ veritatem mentitur, & simulat, solum laudo duo genera scriptorum. Primum illorum, qui teste D. Bernardo in Vigilia Apostolorum, Petri, & Pauli docentur: Non Platonem legere, non Aristotelis versutias inuersare, non semper discere, & nunquam ad veritatis scientiam peruenire. Nam scholasticorum plures, iam opii, iam ambitionis adulatione dileniti, nullo modo fallacias à veritate consarriunt, quod flet S. Augustinus Sermone 9. de verbis Domini: ò quantis in scholis tenera puerorum ætas vigiliarum, & abstinentum molestijs subditur, non propter discendam sapientiam, sed propter opes, honoresque vanitatis, vt numeros, & litteras, & disertas fallacias eloqui discant. Secundum verò genus, est illorum, quos ciet non proprius conatus, sed diuina gratia, quæ semper scriptoribus expectanda est, nam multo eties, qui conatur, non complet opera, vt altè profert S. Lucas scriba Euangely his verbis: Quoniam multo conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completæ sunt. Vbi D. Ambrosius in hæc prærupit dignissima proposito: Conati utique illi sunt, qui implere nequiverunt, sine conatu sunt enim donationes, & gratia Dei, quæ vbi se infuderit rigare consuevit, vt non egeat, sed redundet scriptoris ingenium. Non conatus est Matthæus, non conatus est Marcus, non conatus est Ioannes, non conatus est Lucas, sed diuino spiritu vbertatem dictorum, rerumque omnium ministrante, sine vllò molimine cæpta compleuerunt. Desideraui esse in hac Scriptorum serie (omisi aliqua me clam subrepsit elatio) quia male fero Scriptores illos, quos conuiciat D. Gregorius lib. 24. moralium his verbis: Qui cum docet quasi in quodam sibi videntur summittatis culmine residere, eosque quos docent, vt longè infrà se positos, vel vt in imo respiciunt. Hoc sine pellicior, cõmunicandi, quæ Dei gratia affecutus sum pro meo captu, memoria tenens Senecam ad Luciliæ Epistola 27. Cupio omnia, quæ scio in alium transfundere, & in hoc aliquid gaudeo discere, vt doceam, nec me delectabit vlla sapientia, si cum hac exceptione detur, vt illam inclusam teneam, nec enunciem, sed reijciam, quia nullius boni sine socio iucunda est possessio. Decimus octauus iam agitur annus ex quo prælo mandauit Commentarios super librum quartum sententiarum Scoti, & cum iam modò ferè septuagenarius mortem videar præsentire, quæ ex pentametro Tibulli lib. 1. Eleg. 10. Imminet, & tacito, clam venit illa pede: Visum fuit Typis committere Tractatum de Actibus Humanis, & illi annexere additiones quasdam, contra Patrem Vazquez duobus meis Tomis super quartum coætaneas, quoniam extant per pauca Curauit (studiose Lector) vt tibi molestiam minorem parerem, memoria tenere, vt potui, consilium Macrobij, pro Scriptoribus libro 1. Satur. Apes

debemus imitari, quæ vagantur, & flores carpant, deinde quidquid attulerunt disponunt, ac per fauos diuidunt, & succum varium, in vnum saporem moxtura quadam, & proprietate spiritus sui metant: nos quoque quid quid diuersa lectione quæsiuimus committamus stylo, vt in ordinem coalescat. *Si quid repereris cum proprietate distributum, arbitrare id esse à Patre luminum, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, sin minus mihi ad scribendum exi-
sima, & porce.*



DE



E mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini mei, Don Petri Apaolaza Archiepiscopi Cesar august. & Philippi Quarti Regis Magni à Consilijs, &c. Vidi euolui, & legi Tractatus de Actibus Humanis; Auctore, P. F. Joãne Tribarne & Triburu, Lectore Jubilato, & Seraphicæ Religionis Prouincia Patre, Supremique Senatus Generalis

Inquisitionis Qualificatore; Necnon etiam sex Dubia pro Appendice sui in quartum Doctoris subtilis elaborata. In quibus non solum emicat, ingenij acumen; verum etiam summa in Doctrina tanti Doctoris enucleanda dexteritas. Sed quid mirum gigantizet in ea, quæ per tot annorum curricula, eius fuit lacte nutritus? Quid mirum aduersa riorum tela obtundat; qui tanquam strenuus miles in Cathedra, & in arena, per tot spatia uis temporis dimittit? Quid mirum inter argumentorum strepitus tranquillus euadat, cui, Pseudo Scotista obsistere non potuerunt? Quid mirum confussionis nubila releget, qui medulla sui Scoti Doctrinam dilucide propinat? Quid mirum ne discedat ungue, à Doctrina, & Phrasi sui Patroni, qui tam solidis fundamentis innixus incedit? Quid mirum euadat tranquillus inter Caribdym, & Syllam, qui Pelagi ambitum toties carinis transfretarit? Quid mirum metam attingat, qui nec per anfractus, nec per ambages; sed via recta scopum anhelat? Ad quem tandem Portum non deueniet securus, qui saepe saepius ventorum inconstantiam expertus, tam perite eorum vim Nauigy, clauo prerumpit? Et mirabilius; quod in tam annoſa etate, & facundè, & feliciter, & dulciter Cignizarit. Cum ergo hac uera elaborata sint, nec ullo modo à Catholica Doctrina dissona: Merito Typis excudere facultas concedi potest, & debet. Sic sentio: in nostro Regali S. Engratia Cœnobio, die mensis Aprilis, Anno 1638.

Fr. Dominicus Altaua, S. Inquis. Qualific.

Imprimatur.

Petrus Apaolaza, Archiep. Cæsaraug.

Ap.

Approbatio R. P. F. Alphonsi Baptista, Ordinis S. P. N. Dominici,
in Academia urbis CaesarAugustana Sacrae Theologiae
Cathedratici Matutini.

Reverendi admodum P. F. Ioannis de Yribarne, & Yraburu, Lectoris Iubilati,
& quondam in Aragonia Prouincia Ministri Prouincialis, & Supremæ Inqui-
sitionis Censoris, vidi Tractatum de Actibus Humanis, iuxta mentem Scoti, in quo ni-
hil Sacrae Romanæ Ecclesiae contrarium, nihil bonis moribus repugnans depræhen-
dere potui: quin potius multiplicem eruditionem, quæ simul cum breuitate laconica
eius Scholæ alumnis viam parat ad subtilis Doctoris intelligentiam, alijs verò, vel
saltem, vt ei non imponant, quæ nusquam cogitauit. Et mea quidem sententia, quæ
do Authoris summa religio, & eximia litteratura non eum locum apud omnium opi-
nionem sibi merito vindicassent, qui nouo experimento non indiget, ea humilitas,
qua ab exiguitate mea censuram requirit, vtrumque merito comprobaret. Testan-
te enim Spiritu Sancto, Prouerb. 11. *Vbi humilitas ibi sapientia*: Non sic profana
præsumptio, nam, vt ait Apuleius lib. de Deo Socratis: *In quibusdam mirandum est,*
quod ea minimè videri nescire volunt, discere tamen negligunt. & eius artis disciplinam,
scire & non artem detrectant. Et inde eis cõtingit quod testatur Apostolus ad Ro-
manos 1. dicentes se esse sapientes. *Stulti facti sunt.* Et Salomon Prouerb. 26. *sapient-*
rior sibi piger (aliàs stultus) videtur septem viris loquentibus sententias, rationem red-
dens Deus verbum cum Patre loquens, ait: Matthæi 11. *Abcondisti hæc à sapientibus*
& prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sanè quem admodum illis respondet Apo-
stolus 1. ad Corinthios 8. *Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum*
oporteat eum scire: Ita hi superiores sunt omni laude. Nam vt Sanctus Bernardus Epi-
stola 123. disserit: *In alto, non altum sapere, nihil Deo charius, nihil rariùs apud homines.*
Et Sermone 11. in Cantica: *Magna, & rara virtus perfecta est, vt magna, licet operantè*
magnum te nescias, & manifestum omnibus tuam te solum tacere sanctitatem. Sic sentio
in Collegio S. Vincentij Ferrarij Cæsaraugustani, &c.

F. Alphonsus Baptista.



Approbatio R. P. F. Martini Ximenez de Embum, Ordinis Carmelitarum Sacrae
Paginae publici Professoris in Academia Cæsaraugustana.

Vidi Tractatum de Actibus Humanis, quem iuxta mentem Doctoris subtilis, cõ-
fecit Admodum R. P. F. Ioannes de Yribarne, & Yraburu, Supremæ Inquisitionis
Censor. &c. Opus sanè plus nomine tanti Authoris commendatum, quàm alieno testimo-
nio: habet itaque Tractatus iste quot lineas, tot præcones ingenij, & pietatis, in illo enim se
ostentat Author versatissimum in phrasi Scoti, dum per tam inuios, & erratiles tramites
(obsutiles) non tergiuerjat, nedum obliquat. Tota denique istius Tractatus Doctrina adeo
mirabilis, vt solum pietate, ac religione Authoris minor, dignissimum iudico prælo, & om-
nium plausu. Sic sentio, & subscribo, Cæsaraugustæ in Cenobio S. Mariæ Carmelitanae
die, &c.


Fr. Martinus Ximenez de Embum, Carmelita Magister,
Sacrae Paginae publicus interpres.

Ap-

Approbatio Doctoris in Sacra Theologia eximij Martini de Yribarne, Canonici Cathedralis Oscensis.

Vidi Tractatum de *Aëtibus Humanis*; compositum ab admodum R. P. F. Ioã: ne Yribarne, & Yraburu, & in eo reperi materias luculentissimè, & de more disputatas iuxtà mentem Scoti, & sola tanti viri fama apud nostrates celeberrimi, & litteris, & Sanctitate sufficebat autoritas, vt prælo mandaretur; quia iste author est de numero Scriptorum de quibus Seneca Epistola 27. in hæc prorūpit: *eligamus eos magistros, qui & vitam docent, nec nunquam in eo, quod dixerunt fugiendum, depræbentur*: & alienissimus à mundanæ scientiæ amatoribus, quos Isidorus lib. 3. de summo bono sic describit: *quanto maiora sunt studia, tanto animus arrogantie fastu inflatus iactantia maiori intumescit*. Eaque propter, quia spero futurum maximo emolumento omnibus, qui materias Scholasticas studiosè, & assidue discurrunt, iudicavi esse dignissimum vt Typis quàm citius poterit commendetur.

Doctor Martinus Yribarne.



Approbatio R. P. Fr. Ioannis Francisci de Collantes, Lectoris Jubilati, Sanctæ Inquisitionis Qualificatoris, & Aragoniæ Prouinciæ Patris.

Hoc opus de *Humanis Aëtibus*, à Reuerendo admodum Patre Fratre Ioanne de Yribarne, & Yraburu Magistro meo colendissimo apprimè elaboratum, diligenter perspicere, delectabiliter perlustraui. Vidi enim cum ingenti gaudio opus, parum quidem volumine, sed magnum plenitudine: instar illius (quoad fieri liceat) de quo Isaias: *Paruulus datus est nobis*: & Bernardus: *Licet enim paruulus, sed plenus. Plenus gratia, & veritate: de cuius plenitudine omnes accepimus*. Quam enim vacuitatem non repleat Primicerij huius in omni scientia facundia; de cuius plenitudine, & veritate in docendo, & gratiæ in disponendo, omnes accepimus, quotquot in hoc (ob illius aspectum) felici sæculo, litteris imbui mur sacris. Vidi etiam Benjamin, idest filium dextræ merito nuncupatum. Nequè enim tenax vigor ingenij tanti, penè iam vetustate confecto corpore, marcescere potuit, quin filium hunc, humanorum actuum sic valentem genuerit, quale esse conspicitur, expeditæ, ac potentis dextræ strenuum, ac arduum opus. Benè Benjamin à Patre intellectu; nam à Matre anima, & vita, Benoni potius appellabitur, quia filius doloris eius. Parcuriuit enim eum maximis animi anxietatibus, ærumnis, tristitijs inconsolabilibus, ac infirmitatum doloribus oppressa, vt in hoc etiam, Angelicum, ac Seraphicum sectaretur Doctores Sacros, quorum non minus spiritum, quàm studium est profecutus. Deniquè in hoc opere sicut, & in alijs, sic semper affatus est, vt merito de ipso dicatur: *cedro dignalocutus*. Quidni prælo: sic sentio in Conuentu Seraphici Patris nostri Francisci Cæsaraugustano.

Fr. Ioannes Franciscus de Collantes: Lector Jubilatus, & Sanctæ Inquisitionis Qualificator.

Ap.

Venerabilis Patris Frater Ioannis Yribarne, & Yraburu Aragoniæ Prouinciæ spectatissimi Patris, Lectoris Iubilati, in vtraque Theologia, Mystica, & Scholastica Theologi profundissimi, supramique Senatus Censoris Fidei, opus de *Actibus Humanis* (adde, & tu, de diuinis) sapienter compositum, accuratè, pulchrèque constitutum, auidè legi, cordatè sum meditatus. Opus sanè excelsi, (liceat optare Ecclesiastici 42. aptissima verba) vas admirabile: non vacuum (nequè enim in vacuum scribendi gratiam recepit Author Apostolicum insectatus cõsilium 2. Corint. 6.) sed plenum: Plenum inquàm arte, scientijs, sententijs què plenum, plenum namquè Theoriæ supernaturalis, ac Mysticæ Theologiæ, gratiæ, & etiam veritatis Scholasticæ. Omne tulit punctum vtili huius dulcè miscens illius: omnibusque Tantalæ Philothesiam cælesti scaturientem ne clare propinat. Vndè Doctoris Seraphici elogium proprijsimum appropriamus accomodè. Multi Doctrinam proferunt, deuotionem prædicant multi, pauci scribendo libros, docuerunt vtrumque. Author autem noster Seraphice scribens, & multos superauit, & paucos, dum eius Doctrina deuotionem, deuotio Doctrinam instruit. Profunda fluuiorum scrutatus ambi dexter Thologus profundissimus, abscondita (Iob 29.) produxit in lucem à Spiritu Sancto ductus, qui omnia perscrutatur, etiam profunda Dei (1. Cor. 2.) & reuelat abscondita, & nouit in tenebris constituta Dan. 2. & sicut prudens Architectus (verba sunt Ecclesiastici cap. 38.) qui noctem tanquàm diem transigit, et signacula sculpsit, sculptilia, & assiduitas eius variat picturam, cor suum dedit in picturæ similitudinem, & vigilia sua perfecit opus, vigil Scotizans. Quà propter iure potest, quod Sententiarum Magister in Prologo ad sententias, asserere: Lucernam veritatis in candelabro exaltare volentes; in sudore, ac labore multo, hoc opus Deo præstante compegimus, ex testimonijs veritatis in æternum fundatis: In sermonibus enim Domini opera eius. Ecclesiastici 42. Patulum hunc liliorum campum omnes inoffenso percurrent pede, dum nullius cespitandi; nedum illabendi locus relictus. Vtroque speculationis, & affectionis oculo oculatum opus lucem videat, & luceat coram hominibus, vt illud videant omnes, & glorificent. Patrem Deum, quia gloria Domini plenum est opus eius: (Ecclesiastici 42.) & gaudens vsura lucis, lucem omnibus administret. Sic censeo: sic subscribo Cæsaraugustæ.

*F. Franciscus de Villabona Lector Iubilatus, &
Sanctæ Inquisitionis Qualificator.*

Approbatio P. Ioannis de Villanueva Societatis Iesù.

Disputationes hæ nihil habent contra bonos mores, fidem, & Religionem orthodoxam: præferunt verò singularem Authoris pietatem, & Doctrinam, qua subtilissimi Doctoris mentem, & sensum luculenter discutit, & explanat. Sic censeo in Collegio Bilbitano societatis Iesu die 9. Maij 1635.

Ioannes de Villanueva.

Approbatio P. F. Andrea Murillo, Lectoris Iubilati, Rerum fidei Censoris, ac Conuentus Sanctæ Mariæ à Iesu Cæsaraugusta Guardiani.

Diligenter recognoui *Humanorum Actuum* disputationes sapientissimè elaboratas à Reuerendo admodum P. Fr. Ioanne Yribarne, & Yraburu, supremi Senatus Qualificatore: in Scholastica, & Mystica, Theologia profundissimè experto. Cui merito apto Hugonis verba: *experientia est Mater, vel Magistra intelligentia; ille optimè veritatem nouit, qui eam non audiendo solùm, sed gustando, & faciendo didicit;* in tali enim experiētia, intentio non ambulat, sed quasi currit. Author huius operis dierum, & dolorum plenus, in curriculo *Humanorum Actuum* velociter currit: Quia iuxta Origenis elogiū: Qui Sancto desiderio intus æstuat (etsi fenex) ad quodlibet opus bonum habilis inuenitur; quia nihil duri in corde portat, quod non feruore æstuatōis desiderij, in Deum liquecat. In nullo fidei Catholicæ, aut bonis moribus contradicunt; istæ lucubrationes, quin potius, singulari studio, & summa eruditione plenæ sunt, & Sanctorum Patrum sententijs refertæ, dignæ propterea, vt Typis excussæ in commune diuulgentur commodum. Sic censeo Cæsaraugustæ in Conuentu Sanctæ Mariæ die 10. Maij 1635.

F. Andreas Murillo Lector Iubilatus, & Sanctæ Inquisitionis Qualificator.

Ap-

Recognoui Tractatum de *Artibus Humanis*, quem composuit prelo mandandum Admodum Reuerendus P. F. Ioannes Yribarne, Lector Iubilatus, ac Cenfor Fidei in Supremo Inquisitionis Sanctæ Senatu, & de hac nostra Sancta Prouincia Aragonensi Benemeritus, & censeo in illo Doctrinam Scoti subtilis, quæ bonos Magistros semper optat, sine spinis ministrari, nam, vt ait Diuus Augustinus super Ioannem. *Doctrina per malos est palmes in sepe, & Borrus inter spinas, cautè lege, nè dum quæris fructum, laceres manum.* Stylus eius, nec qualitate molestat, nec quantitate grauat; quia materiam, nec breuitatis plicatura corrugat, nec explicatura in fastidium inuertit. *Le Etio autem* (ait Hugo lib. 5. Didas) *duobus modis animo fastidium ingerere solet, & affligere spiritum, videlicet qualitate, si obscurior fuerit, & quantitate si prolixior.* Vnde semper ego huiusmodi Scriptores expetisco, qui à rebus arduis caliginem expilant, & in illis, quæ claritate proserpunt nil inculcant; nam testatur Diuus Augustinus lib. 3. de Doctrina Christiana: *Sicut gratus est, qui cognoscenda enubilat, sic onerosus, qui cognita inculcat, nam delectandi gratia etiam nota dicuntur, vbi non ipsa, sed modus quo dicuntur attenditur.* Doctrinam Scoti numdinatur istius operis Artifex, ingenio, doctrina, & vsu, quæ tria ad peritiam Cicero postulabat lib. 2. *Rethoricorum: Peritia dicendi in tribus consistit: natura, Doctrina, & vsu: natura, ingenio: Doctrina, scientia: vsu, assiduitate; hæc sunt enim, quæ in vnoquoque homine artifice expetuntur, vt aliquid efficiat.* Et in eo, qui laborando conuenit non disociantur Ars, & vsus, quorum alterum semper alterius absentiam opplorat, dicente Diuo Chrysostomo lib. 6. *Polycra: si artem, vsuque disocias, ars infæcunda est sine vsu, & vsus temerarius sine arte.* Eaque propter, qui modò in Schola Doctoris Scoti tanquam litteræ mutæ obmutescunt, vel tanquam Balbi musitant, iam deinceps ad istius Authoris vocalem sonare poterunt, vt benè cantat Macrobius lib. 7. *Satur. Velut litteræ mutæ dispersæ inter vocales in societatem vocis assuescunt; ita imperiti consortio peritorum, aut consonant, si quæ possunt, aut rerum talium capiuntur audita.* Summæ igitur authoritatis est istius operis intellectus speculatiuus, & practicus, non solum, quia viri canitie venerabilis, sed etiam, quia antea actæ vitæ in hac regione plausifsimi, & Sanctitate, y litteris, quod optimè adeptus fuit Cicero, lib. de senectute: *Non canis, non ruga repente authoritatè afferre possunt, sed honestè acta, superior ætas fructus capit authoritatis extremos.* Ita sentio in Collegio S. Didaci Cæsaraugustani.

Fr. Didacus Lopez, Lector Iubilatus.

TRA-

Tractatum de *Actibus Humanis*, ab Adm. R. P. F. Ioannē Yri-
barne, & Yraburu, magna, iuxta subtilissimi Doctoris nostri
Scoti Doctrinam, eruditione confectum: Reuerendis. Patris Ioan.
Baptistæ à Campanea, Min. Gen. totius Ord. Min. S. Francisci iussu;
ego F. Innocentius de Buffolingo, Almæ D. Antonij Prouin. Mini-
ster, prælo mandare curavi imprimereq; feci.

Opus proculdubio excultissimum, ac ex magna variarum suppel-
lectili scientiarum lucubratione, veluti mel rosidum, congestum,
cælestiq; dono compactum. Dignum sanè, quod inter illas scien-
tiarum nouenas sorores circumquaque, amplectetur. Hic studiosus
Lector, tam nōscendæ veritatis, quàm refellendæ vanitatis argumē-
tum adamussim reperiet. Dignus è Ioannes noster, quem pius ocu-
lus legat, quem sacra verset manus. Eia candide Lector, hoc in li-
bro tenes, quo animum oblectes, ingenium impingues, sollicitudi-
nem in *Actibus Humanis* dirigas, ac lenias, atque vitam beatam ex-
colas. Vale. Datum Venetijs, ex Cœnobio nostro S. Francisci Vi-
ncæ. Die 14. Mensis Maij. Anno Domini 1635.

*Frater Innocentius de Buffolingo Mi-
nister Prouincialis.*

**ERRATA, QUÆ IN TRACTATV DE ACTIBVS HVMANIS
sunt magis nota, vel quæ Dubium reddere videntur sensum, vel quæ
mutare, habes hic candide Lector.**

Fol. 1. lin. 9. colum. 2. responderet ipso, lege, responderet ipse. Fol. 4. col. 2. lin. 41. elita, lege, elicta. Fol. 119. col. 1.
lin. 13. quod foits, lege, quo fugit. Fol. 2. col. 1. lin. 39. quod, lege, quod. Fol. 5. col. 1. col. lege, ac. Fol. 8. col. 2. absol-
ta, lege, absoluta. Fol. 9. col. 2. lin. 53. respectu, lege, respectu. Fol. 11. col. 1. lin. 2. totam, lege, tota. Fol. 13. col. 2. lin.
10. libertatem, lege, libertatem. Fol. 14. col. 2. lin. 51. infinita, lege, infinita. Fol. 15. col. 1. lin. 49. præsentia, lege, præ-
scientia. Fol. 16. col. 1. lin. 41. adualitatem, lege, dualitatem. Fol. 16. col. 2. lin. 29. contingentia, lege, contingentia.
Fol. 21. col. 1. lin. 18. prouentes, lege, proueniens. Fol. 22. col. 1. lin. 41. Commentarius, lege, Commentarijs. Fol. 25.
col. 1. lin. 36. ba, lege, ab ibidem, lin. 38. Scholis, lege, Scholis. Fol. 28. col. 1. lin. 53. asinus, lege, asinū. Fol. 29. col. 1. lin. 7.
dencensus, lege, descensus, ibidem, lin. 48. Dei, lege, Deo, ibidem, lin. 50. peperam, lege, perperam, ibidem, col. 2. lin.
55. sed, lege, est. Fol. 34. col. 2. lin. 51. nudum, lege, nudum. Fol. 48. col. 1. lin. 55. ceteri, lege, fieri. Fol. 50. col. 2. lin. 18.
quosque, lege, quosque. Fol. 58. col. 2. lin. 21. additibus, lege, additionibus, & supple ibi, nota ibidem, lin. 23. impi-
dibilem, lege, Impedibilem, ibidem, lin. 25. plæta, lege, pura, ibidem, impidiatur, lege, impediatur. Fol. 59. col. 1. lin.
44. amotorium, lege amatorium. Fol. 61. col. 1. lin. 47. participatum, lege, participatum. Fol. 68. col. 2. lin. 16. adum,
lege, actuum. Fol. 83. col. 1. lin. 21. quosque, lege, quosque. Fol. 79. col. 1. lin. 29. dicitur, lege, dicitur, ibidem, lin. 41.
rapare, lege, rapere. Fol. 80. col. 2. lin. 39. enerantem, lege eneruantem. Fol. 81. col. 2. lin. 32. contra, lege, contra.
Fol. 82. col. 1. lin. 37. te veras, lege, re vera. Fol. 132. col. 2. lin. 45. dilictatum, lege, didictatum.



INDEX

DISPUTATIONVM, ET SECTIONVM OMNIVM, quæ in hoc libro continentur.

DISPUTATIO I.

De Voluntario.

- S**ECT. 1. *Quid sit voluntarium.* pag. 1
 SECT. 2. *Vtrum volutariu primò modo ac ceptum uniuocè sit voluntarium.* 2
 SECT. 3. *Vtrum voluntarium secundo modo, proprie, & uniuocè censerì debeat voluntarium.* 4
 SECT. 4. *Vtrum passio Christi, & Martyrum tormenta voluntaria uniuoce ipsis fuerint.* 4
 SECT. 5. *Vtrum alia obiecta, quæ à vulgariu hominù appetitu denominantur voluta, & nolita ratione fiant voluntarij.* 6
 SECT. 6. *Vtrum in passionibus reperiatur ratio voluntarij.* 10

DISPUTATIO II:

De discrimine voluntarij, & liberi,

- S**ECT. 1. *Vtrum in brutis reperiatur voluntarium.* 11
 SECT. 2. *Vtrum voluntarium contractum ad liberum libertate contradictionis sit commune diuinæ, ac humanæ voluntatibus.* 13
 SECT. 3. *Vtrum libertas condistincta naturalitati, & contrahibilis per differentias necessitatis, & contingentie sit communis Deo, & homini.* 15
 SECT. 4. *Appendix: In quo nitatur libertas opposita naturalitati, & rursus in quo*

- sistat hæc contraria naturalitas.* 17
 SECT. 5. *Vtrum ligamen subortum ab infinita perfectione obiecti, & potentie, quo voluntas diuina quasi ligatur ad necessario diligendum essentiam diuinam detrahatur libertati eius.* 19
 SECT. 6. *Vtrum voluntas possit esse agens naturale respectu aliquarum operationum, & libera respectu aliarum.* 22

DISPUTATIO III.

Quid sit actus humanus, & à quibus causis fluat.

- S**ECT. 1. *Vtrum volitio efficiatur à phantasmate.* 26
 SECT. 2. *Vtrum volitio efficiatur ab obiecto tanquam à causa totali.* 31
 SECT. 3. *Vtrum partialiter saltem, actus voluntatis efficiatur ab obiecto, vel ab eius cognitione.* 34
 SECT. 4. *Vtrum obiectum cognitum influat in actus voluntatis saltem in genere cause finalis.* 39
 SECT. 5. *Vtrum quilibet voluntatis actum debeat precedere iudicium intellectus.* 36
 SECT. 6. *Quodnam ex prefatis tribus iudicij intellectualibus debeat precedere efficacem volitionem mediorum imperatiuam.* 41
 SECT. 7. *Vtrum ad inefficacem obiecti volitionem sufficiat iudicium apprehensorium.* 43

SECT.

Index.

- Sect. 8. *Vtrum eiusmodi volitio supponens simplicem apprehensionem possit esse efficace ad consequendum finem per media* 49
Sect. 9. *Vtrum in iudicio compositorio iudicium sit prius compositione.* 50

DISPVATIO IV.

De contingencia actus humani elicit.

- S**Ect. 1. *Vnde proueniat contingencia volitionis* 51
Sect. 2. *Vtrum hæc indifferens, & indeterminata causa determinans voluntatem ad suas contingentes functiones sit ipsamet voluntas.* 53
Sect. 3. *Qua contingencia, & libertate sit compositus amor ille, quo voluntas nostra diligit finem ab intellectu obscure, & in uniuersali apprehensum.* 54
Sect. 4. *Vtrum amor, quo voluntas nostra fertur in ultimum finem obscure in particulari apprehensum sit contingens, & liber libertate contradictionis.* 58
Sect. 5. *Vtrum amor ille, quo Beati diligunt ultimum finem clarè sibi ostensum sit contingens, & liber libertate contradictionis.* 61
Sect. 6. *Vtrum præfatus amor beatificus dici possit actus humanus.* 67

DISPVATIO V.

De iure, & dominio appetitiuæ potentie in cognitiuas continet Sectiones.

- S**Ect. 1. *Vtrum voluntas possit imperare cogitationes intellectus.* 70
Sect. 2. *Vtrum quidquid mouet voluntatem ad sui amplexum, vel fugam debeat esse cognitum in ratione obiecti.* 74
Sect. 3. *Vtrum nomine præfate cognitionis apprehensorie requisitæ in ratione causæ sine qua non, ad mouendam voluntatem ad sui amorem, obiectusque sui amplexum intelligatur habitualis cognitio.* 75
Sect. 4. *Vtrum illo nomine possit intelligi*

cognitio, vel cogitatio alicuius obiecti in uniuersali in aliquo simili, vel contrario. 76

- Sect. 5. *Vtrum ad cogitandum de hoc determinate lapide possit esse per se causa remissio, & eneruitas cogitationis, v. gra. ouis, & consequenter possit esse causa sine qua non, ad volendum, vel nolendum ipsum, nempe lapidem.* 79

DISPVATIO VI.

Appendix.

In qua satisficit calumnijs, & obiectionibus, quibus Gabriel Vazquez inuehit in Scotum.

- S**Ect. 1. *Vtrum in Doctrina Scoti, alio ex capite, quam ex complacentia voluntatis, firmari possint aliæ facultates in suis operationibus.* 82
Sect. 2. *Vtrum voluntas possit esse causa Physicè influens in secundas cogitationes.* 83
Sect. 3. *Vtrum voluntas possit esse causa Physicè suo imperio influens, & iuuans opus nutritionis.* 85

DISPVATIO VII.

De subiecto, & obiecto electionis.

- S**Ect. 1. *Vtrum electio conueniat brutis animalibus.* 86
Sect. 2. *Vtrum electio possit esse de obiecto impossibili.* 87

DISPVATIO VIII.]

De triplici bono, honesti, comodi, & utilis, præiudicium intellectui, & voluntati.

- S**Ect. 1. *Vtrum utilitas, quæ talis, sit bonitas formaliter.* 88
Sect. 2. *Vtrum utile sit obiectum materiale tantum voluntatis.* 91
Sect. 3. *Vtrum utile sit obiectum per accidens voluntatis.* 92

Index.

Sect. 4. *Virum hoc nomen, bonum, uniuocet, vel an potius æquiuocet, honestum, iucundum, & utile.* 94

Sect. 5. *Virum bonum intellectuale sit triplex.* 96

DISPV TATIO IX.

De conueniētia, & de discrimine boni honesti, & boni com modi, seu delectabilis ad inuicem.

Sect. 1. *Quid, & quotuplex sit bonum comodi.* 97

Sect. 2. *Quid, & quotuplex sit bonum honesti.* 98

Sect. 3. *Vtrū differentia, quā honesta, & iucunda differunt inter se sit mutua.* 100

Sect. 4. *Virum ratio boni latius pateat, quā ratio finis.* 102

DISPV TAT. X.

De fine, eiusq; diuisione, & causalitate.

Sect. 1. *Virum finis sit causa.* 102

Sect. 2. *Quāsnām præfatus finis subeat diuisiones.* 105

Sect. 3. *Vtrum horum conueniat ratio finis, potissimum fini cui, vel an potius fini qui.* 107

Sect. 4. *Vtrū finis moueat secundū esse reale, vel an secundum esse cognitum.* 112

Sect. 5. *Virum ratio, & essentia cause finalis insit bono præstituto.* 116

DISPV TATIO XI.

De extensione voluntatis ad sua obiecta.

Sect. 1. *Virum voluntas possit malum, sub ratione mali, affectu amoris, & complacentiæ prosequi. Contra verò bonum, sub ratione boni affectu odij, & displicentiæ insequi.* 118

Sect. 2. *Virum voluntas ferri possit in bonū quod nec sit finis, nec medium.* 123

Sect. 3. *Vtrū detur in uolūtate actus neuter præscindens à fruitione, & usu.* 124

Sect. 4. *Virum præfatus actus implicite saltem, & virtualiter sit fruitio, vel usus.* 125

Sect. ult. *Virum Deus possit odio haberi ab aliqua uoluntate.* 130

DISPV TATIO XII.

De distinctione facultatis cognitiuæ, & appetitiuæ sensitiuarum præsertim, & de munere uniuscuiusq; earum.

Sect. 1. *Virum facultas sensitiua cognitiua, & appetitiua inuicem distinguantur.* 134

Sect. 2. *Virum in sensu commodi distinguantur istæ duæ facultates.* 135

Sect. 3. *Virum in quouis quinque exteriorum sensuum dentur estæ duæ inuicem distinctæ facultates.* 135

Sect. 4. *Quomodo differant cognitiua, & appetitiua sensus communis à cognitiua, & appetitiua sensus particularis.* 136

Sect. 5. *Quotuplex sit sensus communis.* 136

Sect. 6. *Virum pars magis appetat conseruationē totius, quam sui ipsius.* 138

DISPV TATIO XIII.

De memoria intellectuua, & de distinctione reminiscentiæ, & memoriæ.

Sect. vnic. *Quomodo differant memoria, & reminiscentia.* 142

DISPV TATIO XIV.

De natura passionum, delectationis, tristitiæ, &c.

Sect. 1. *Virū delectatio, & tristitia sint actus elicitī à potentia appetente.* 142

Sect. 2. *Appendix Præcedentis, quænam sit immediata causa delectationis, tristitiæ uè.* 152

Sect. 3. *Quomodo appetitus delectetur in sua operatione.* 154

DISPV TATIO XV.

De passionibus spei, timoris, audaciæ, &c.

Sect. 1. *Virum spes, timorquè sint actus elicitī.* 157

Sect.

Index.

- Seçt. 2. *Qui dicitur erit prædicta spei passio iuxta mentem Scoti.* 157
Seçt. 3. *Vtrum à desiderio erga quodcumq; bonum, spes, & à nolitione cuiusvis mali futuri, timor erumpat.* 158
Seçt. 4. *Vtrum à quouis desiderio boni absentis, spes, & à quavis mali absentis nolitione, timor erumpatur.* 159
Seçt. 5. *Vtrum spes pro passione sumpta possit migrare in præsumptionem.* 161
Seçt. 6. *Num dentur aliæ passiones.* 161
Seçt. 7. *Quomodo differat desiderium, spes, & intentio.* 161

DISPUTATIO XVI.

De natura actus intentionis.

- S**EÇT. 1. *Vtrum intentio sit actus solius voluntatis.* 162
Seçt. 2. *Quomodo differant inter sese desiderium, intentio, & spes sumpta pro actu desiderandi.* 164
Seçt. 3. *Vtrum intentio proprie sumpta requiratur ad actus humanos.* 167

DISPUTATIO XVII.

De discrimine fruitionis, & intentionis, vsus, & electionis.

- S**EÇT. 1. *Quomodo differant fruitio, & intentio.* 169
Seçt. 2. *Quomodo differant vsus, & electio.* 170
Seçt. 3. *Vtrum, unus, & idem affectus voluntatis possit sortiri rationem intentionis terminatæ ad finem, & rationem electionis simul terminatæ ad media.* 171
Seçt. 4. *Vtrum Montefinos, & Salas conueniant nobiscum in quarta nostra conclusione præcedentis Sectionis.* 174
Seçt. 5. *Vtrum idem numero actus possit esse fruitio, intentio, vsus, & electio.* 175
Seçt. vlt. *Quid sibi volunt illi duo termini, formaliter, & materialiter.* 177

DISPUTATIO XVIII.

De diuisione obiectiua irascibilis, & concupiscibilis appetitui sensitiuo insitarum.

- SEÇT. 1.** *Vtrum obiectum distinctiuum con-*

cupiscibilis sensitivæ sit bonum delectabile, & obiectum distinctiuum irascibilis, sensitivæ bonum arduum. 177

SEÇT. 2. *Vtrum præfata distinctio obiectiua concupiscibilis, & irascibilis sensitivarum sit mutua in schola Sancti Thomæ.* 179

SEÇT. 3. *Vtrum obiecta distinctiua irascibilis, & concupiscibilis, sensitivarum sint delectabile, & arduum.* 181

SEÇT. 4. *Quenam igitur sunt obiecta distinctiua prædictarum facultatum.* 181

SEÇT. 5. *Vtrum irascibilis uniuocè possit appellari concupiscibilis.* 182

SEÇT. 6. *Vtrum antonomastica concupiscibilis uniuocè possit appellari irascibilis.* 184

DISPUTATIO XIX.

In qua sigillatius, & minutatitius examinantur præcedentis disputationis dubia.

SEÇT. 1. *Quodnam est obiectum delectationis concupiscibilis.* 185

SEÇT. 2. *Quodnam est obiectum doloris concupiscibilis.* 186

SEÇT. 3. *Quodnam est obiectum delectationis irascibilis.* 186

SEÇT. 4. *Quidnam est obiectum maestitudinis doloris, seu tristitiæ irascibilis.* 186

SEÇT. 5. *Vtrum hæc præcisè, præsentia obiecti non puniti sit satis ad tristitiam huius utriusque facultatis.* 187

SEÇT. 6. *Quare quando irascibilis equi possidentis præsepè Demini sui vincit alienum equum rapacem, delectatur concupiscibilis illius prioris equi.* 187

SEÇT. 7. *A quibusnam causis elaboretur præfata fruitio.* 187

SEÇT. 8. *Quare quando equus rapax superueniens vincit priorem ius habentem in præsepium Domini sui, tristatur concupiscibilis huius prioris.* 188

SEÇT. 9. *Vtrum irascituum præscindat à punitorio, & à punitibili, & sit cõmune utriusque.* 188

SEÇT. 10. *Vtrum sit probabile in Doctrina*

Index.

Scoti irascibilem non posse concupiscere secundò appetibilia, nequè renuere secundò fugibilia, & per consequens, nec posse esse, vel appellari uniuersè concupiscibilem. 189

DISPUTATIO XX.

De distinctione irascibilis, & concupiscibilis promanante alio ex fonte quam ex obiecto.

Sect. 1. *Vtrum concupiscibilis, & irascibilis sensoriæ distinguantur subiecti uè.* 190

Sect. 2. *Vtrum quãdo irascibilis timet, possit dolore affici facultas concupiscibilis.* 191

Sect. 3. *Quare quando irascibilis timet non irascitur.* 191

Sect. 4. *Quenam sunt præfata distincta organa irascibilis, & concupiscibilis.* 191

DISPUTATIO XXI.

De distinctione irascibilis, & concupiscibilis rationalis animæ separatæ à corpore.

Sect. 1. *Vtrū fas sit præfatis irascibili, & concupiscibili diuersa assignare organa in voluntate rationali.* 192

Sect. 2. *Vtrum hæc nomina irascibilis, & concupiscibilis uniuersè sensitiuas, & rationales sic appellatas facultates.* 193

DISPUTATIO XXII.

De multiplici discrimine mutuato inter formalitatem naturalis inclinationis, & formalitatem libertatis contradictionis, & contrarietatis voluntatis rationalis.

Sect. 1. *Vtrum illa naturalis inclinatio voluntatis sit actiua, vel passiuæ.* 194

Sect. 2. *Vtrum à formalitate affectionis cõmodi, naturalis voluntatis, vel inclinationis eliciatur aliqua operationes naturali necessitate.* 196

Sect. 3. *Præfate commoditates, vtrum illarum duarum formalitatum sint commoditates.* 199

De dictaminibus Diaboli circa Superbiam in communi sumptam. 201.

Species athoma Superbiæ cum suis octo ramis. 201

Species athoma Auaritiæ cum suis octo ramis. 202

Species athoma Luxuriæ cum suis octo ramis. 202

Species athoma Iræ cū suis octo ramis. 202

Species athoma Gulae cum suis octo ramis. 203

Species athoma Inuidiæ cum suis octo ramis. 203

Species athoma Accidiæ cum suis octo ramis. 204

Sect. vltim. *Vtrum præfata Septem Capitalia Vitia, nata fuerint in Cælo Impireo, vel an potius in terra.* 204

Finis Indicis Disputationum, & Sectionum.

IN-



INDEX

RERVM NOTATV DIGNARVM, QVAE TO- TO HOC IN OPERE CONTINEN- tur vberrimus, atque locupletissimus.

In quo numerus primus Disputation. indicat, secundus verò Section.

A.

- A**bstractum cuiuscumque realis con-
creti est principium quo totale ope-
rationū, quæ ab eo vniocantur. 2. 9.
- Actio perfectiua, & actio corruptiua quo
modo differant. 3. 1.
- Actiuitas principij producentis volitio-
nes, nec consulit, nec detrahit delecta-
tioni. 14. 3.
- Actus humani plures descriptiones. 3. 1.
- Actus assentiendi alicui bono duplex con-
stituitur in voluntate. 11. 1.
- Actus ab homine executioni mandatos
esse in duplici differentia. 16. 3.
- Actus humani ad hoc, vt boni sint boni-
tate intrinseca, &c. quid requiritur
ibidem.
- Actus prædicti ad hoc, vt boni sint boni-
tate extrinseca &c. quid requiritur,
ibidem.
- Actus idem voluntatis potest esse fruitio,
intentio, vsus, & electio. 17. 5.
- Actus intellectus, & voluntatis sunt in
potestate ipsius voluntatis. 4. 3.
- Actus reflexi veritas, quo alio actu reflexo
cognoscatur. 3. 9.
- Actus medius in Deo inter fruitionem
sui ipsius; & vsum creaturarum non
datur. 11. 3.
- Actus neuter dupliciter considerari po-
test. 11. 4.
- Actus exiens a voluntate potest referri
in finem vltimum tripliciter, ibidem.
- Actus morales, & media quomodo spe-
cificantur à fine, quem præintendunt
per se. 10. 3.
- Actus omnis à voluntate imperatus est
formaliter liber, & voluntarius. 6. 2.
- Actus omnes, & singuli, tam studiosi, quàm
peccaminosi sunt actus humani. 11. 3.
- Actus quo Deus se necessario amat, qua-
re vniuersalis dicitur. 2. 5.
- Actus volendi non efficitur ab obiecto,
vel à cognitione eiusdem. 3. 2.
- Actus voluntatis duplex: 11. 1.

Ad

Index.

- Ad diligendum, vel odio habendum determinatè, nõ satis est cognitio in vniuersali. 5. 4.
- Ad diligendum item determinatè, non sufficit alterius cognitio similibus quã litatibus induti. ibidem.
- Ad rationem voluntarij, quã requiruntur. 1. 5.
- Aethiops quo modo sit simpliciter albus, & niger. 1. 5.
- Affectus elicitus ab appetitu bruti, vt sit vniuocè voluntarius quid requiritur. 2. 1.
- Affectio eommodi, & iustitiã non sunt actus elicti à volũtate, sed preuie, formalitates. 22. 1. 2.
- Affectio comodi, seũ volũtas naturalis, spes, & sperationes ad quem ordinãtur, tanquam media ad finem. 22. 2.
- Agens æquiuocum est nobilius suo effectu. 3. 1.
- Agens extrinsecum inferens violentiam aquã versus ascensum quis sit. 12. 6.
- Agens quomodo ingreditur in diffinitio-
ne violenti. 1. 2.
- Agere cum discursu, & sine discursu non sũt modi oppositi, sed subordinati. 3. 1.
- Agere liberè, & agere naturaliter quomodo principiu actiuũ diuidant. 2. 6.
- Agere liberè, & naturaliter quid, ibidẽ.
- Albedo quomodo simpliciter denominat album parietem. 3. 1.
- Amoris actus duplicem entitatem habet. 10. 5.
- Amor amicitiaẽ semper præsupponitur amorì concupiscentiaẽ. 11. 1.
- Amor beatificus est actus humanus humanitate intrinseca, 4. 6.
- Amor idem quomodo sit actus non humanus extrinseca quadam non humanitate. ibidem.
- Amor concupiscentiaẽ in indiuiduo datur, qui nec desiderium, nec delectatio est. 14. 1.
- Amor medius, & neuter prodiens à voluntate terminatus, v. g. in Deum, nõ est fruitio implicitè, seũ habitualiter, vel virtualiter. 11. 4.
- Amor idem terminatus in peculiarem actum, vel obiectum non est vsus implicitè. ibidem.
- Amor neuter terminatus ad bonum primò cognitũ cognitione distincta, nequit esse fruitio, vel vsus. ibidem.
- Amor idem terminatus ad bonum primò cognitum cognitione confusa, quomodo in fruitionem, vel in vsum ruat. ibidem.
- Amor prædictus implicitè virtualiter, vel habitualiter, verè censetur esse fruitio, vel vsus. ibidem.
- Amor idem quomodo permanere possit in sua neutralitate. ibidem.
- Amorem illum neutrum potest voluntas flectere ad extremum, siuè fruitio-
nis, siuè vsus indifferenter. ibidem.
- Amor nostraẽ voluntatis circa vltimum finem obscure in vniuersali apprehẽsum elicitus est contingens, & liber libertate contradictionis. 4. 3.
- Amor eiusdem circa eundem finem in particulari tamen obscure apprehensum non est naturali necessitate necessarius. 4. 4.
- Angeli carent phantasmate. 3. 1.
- Angelus Deus est, impossibilis propositio. 3. 7.
- Animal, vt in Petro, & Petrus idem sunt. 5. 4.
- Animalis rationalis diffinitio cadit immediate supra hominem, & mediate supra Petrum, Paulum, &c. 22. 2.
- Antonomasia Figura quomodo subtrahit. 18. 5.
- Antonomastica concupiscibilis non potest vniuocè esse, vel appellari irascibilis. 18. 6.
- A potentijs passiuis sensibilibus qualitatũ duos educi respectus. 17. 3.
- Appetibile est duplex. 3. 8.
- Appetibile quodcũque habet rationem finis. 3. 4.
- Appetibile quomodo moueat in ratione finis. 3. 3.
- Appetitus sensitiuus quare mouetur ab appetibili. ibidem.
- Ap-

Index.

- Appetitus siue sensitivus, siue intellecti-
 uos irascibilis, vel concupiscibilis non
 delectatur in elicitione operationis
 terminatæ ad obiectum sibi conue-
 niens. 14.3.
- Aqua fertur sursum violenter, & con-
 tra propriam inclinationem, & qua-
 re? 12.6.
- Arduitate nomine quid intelligitur.
 15.3.
- Arduum apud hæros latinos quot mo-
 dis sumatur. 18.3.
- Ascensum, & descensum in aqua consti-
 tuti propter bonum vniuersi, est ratio
 ni dissonum. 12.6.
- Ascensus lapidis, si per impossibile ful-
 gurarret à principio intrinseco lapidis,
 adhuc esset sibi violentus. 1.2.
- B.
- B**eatissimi in patria verè nolentes sunt pec-
 cata nostra, nosque amore amici-
 tiæ, vt Dei imagines diligunt. 14.1.
- Beati diligunt peccatorem pro materia-
 li. ibidem.
- Bestia quare interdum fugam capit, &
 interdum derisa castigatione viridem
 ingreditur fundum. 2.1.
- Bonitas duplex, & quæ sit, vnaqueque.
 10.5.
- Bonitas transcendentalis quomodo non
 obit munus finis, sed causæ finalis,
 ibid.
- Bonitas præfixionis ad speciem bonitatis
 cõmodi, seu delectationis directè per-
 tinet. ibid.
- Bonitas actus humani duplex. 16.3.
- Bonum commodi quid. 9.1.
- Bonum commodi, vel delectabile du-
 plex. ibidem.
- Bonum est nomen æquiucum equivo-
 cans hæc tria, honestum, iucundum, &
 vile. 8.4.
- Bonum vniucat solum honestum, &
 iucundum, vile autem potius æqui-
 uocat. ibidem.
- Bonum dupliciter vsurpari. 17.2.
- Bonum perfectiuum hominis est du-
 plex. ibidem.
- Bonum primò cognitum cognitione cõ-
 fusa multum differt à bono primò
 cognitò cognitione distincta. 11.4.
- Bruta animalia quomodo finem agnos-
 cant. 2.1.
- Brutis conuenit electio secundum Sco-
 tum. 7.1.
- Brutis memoria à Scoto conceditur. 2.1.
- C.
- C**asuale noua casualitate quid est. 5.5
- Causa duplex per se, & sine qua
 non. 5.4.
- Causa per se quomodo prior causa per
 accidens. 3.2.
- Causa per se immediatè, & directè in-
 fluens in delectationem est apprehen-
 sio conuenientis. 14.2.
- Causa sine qua non, est aduentus ipse,
 seu relatio propinquitatis. ibidem.
- Causa æquiuoca quomodo est perfe-
 ctior suo effectu. 3.1.
- Causa brachij eleatrix, vt caput ab ictu,
 & vulnere præseruet, quæ sit. 12.6.
- Causa totalis, & proxima tristitiæ in pe-
 nitentiæ, quæ sit. 14.2.
- Causa necessariò proficiens in effectum
 agit secundum vltimum suæ poten-
 tiæ. 4.3.
- Causæ finalis ratio, & essentia verè inest
 bono præstituto. 10.5.
- Charitas viæ, & patriæ quomodo distin-
 guantur. 10.4.
- Christi hominis quæuis deprecatio ucu-
 la, & a deo infiniti fuit roboris ad im-
 petrandum diuersa beneficia. 1.4.
- Christus vna cum Patre, & Filio neci
 suæ tortoribus seu causis secundis in
 ratione causæ primæ cooperabatur.
 1.4.
- Christus retinuit animæ gloriam, nè
 in passione sua foras erumperet. ibid.
- Cogitatio secunda quæ sit. 6.2.
- Cogitationem secundam integrè fieri,
 seu elici ab intellectu stare dupliciter.
 ibidem.
- Cogitationem iussam elici, seu continua-
 ri, vel etiam intendi, posse tripliciter
 considerari. 5.5.
- Cog-

Index.

- Cognitio habitualis obiecti bifariam sumitur. 5.1.
- Cognitio vniuersalis in moralibus non est dabilis alia à cognitione particulari. 5.4.
- Cognitum in ratione obiecti, & motiuū voluntatis quomodo se habeant vt in ferius, & superius. 5.2.
- Commoda, & delectabilia per se primò quomodo necessariò fiant honesta, & quomodo contingenter. 9.3.
- Commodorum, vel delectabilium, quædam sunt absolutè vetita, & quædam non. 3.9.
- Compositio intellectualis est prior veritate. ibidem.
- Compositio qua talis prior est iudicio nixo ipsi compositioni. ibidem.
- Conclusio non procedit ex cognitione sui ipsius, aut sui obiecti, sed ex intelligentiâ simplici primorū principiorum. 1.2.
- Contingentia quid. 4.1.
- Contingentia volitionis vndè fluit. 4.5.
- Contingentia totalis causalitatis actiue simultaneo, ac totali causarum cunctarū concursui subordinato innititur. 4.5.
- Contingentia in actu primo non potest auferri per necessitatē extrinsecā. 4.5.
- Conuenientiam, vel consonantiam operationis ad potentiam, & obiectū dupliciter posse consistere. 14.3.
- Conuenientia eadem duplex est. scilicet neutra, & positua. ibidem.
- Creaturæ se habent vt effectus verè à sua causa promanantès respectu Dei. 1.5.
- Cuius est effectus, eius est causa talis effectus. 18.6.
- D**
- D**amnati quomodo desiderant, & appetant beatitudinem. 14.1.
- Delectatio non est actio, sed passio quædam. 18.1.
- Delectatio non est velle, & quare. 14.2.
- Delectatio, & tristitia, à quibus, & quomodo causantur. 14.7.
- Delectatio, & tristitia non sunt actus elicitii. 14.3.
- Delectatio non est operatio elicità à potentia concupiscente circa suum obiectum, sed influxus causatus ab obiecto preconcupito, obiecto, possesso &c. 18.1.
- Delectatio concupiscibilis est de pacifica possessione primò conuenientis: irascibilis, autem de effugatione vindictoria, & punitoria eiusdem. 18.6.
- Delectabile ex natura rei duplex. 17.5.
- Delectatio est duplex. 3.4.
- Deliberatio propriè, & vniuocè quid, 3.4.
- Descensus lapidis etiam si esset à principio extrinseco, & nō intrinseco adhuc esset sibi naturalis. 1.2.
- Desideriū, & reuertentia quid sint. 15.1.
- Desiderium duplex. 15.4.
- Desiderium absolutè elicitum est duplex. ibidem.
- Desideriū respiciens impossibilia in ratione actus inefficacis, absolutè est elicitum, & non conditionatè tantū. ibid.
- Desiderium prædictum versus impossibile hians, in ratione actus efficacis conditionatè tantum est elicitum. ibid.
- Desiderium respiciens possibile in ratione actus efficacis absolutè est elicitum. ibidem.
- Desiderium Heretici circa beatitudinē quare non est spes. 16.2.
- Determinatio ad vnum, & indifferentia ad vtrumuis sunt omnimodè diuersi, & disparati operandi modi. 2.6.
- Deus quomodo dicitur Deus, & ens per essentiam. 1.5.
- Deus quare non est formaliter Leo, vel alia quæuis creatura. 3.1.
- Deus contingenter amatur à nobis in Patria. 2.5.
- Deus non respectu cuiuscunque obiecti est contingenter amans, & volens. 1.5.
- Deus, intelligentiæ, corpora cælestia quomodo, & gratia cuius agant. 10.1.
- Deus nihil necessariò agit extra. 4.5.
- Differentia inter entia, vt sunt obiecta Christi, & martyrum voluntatum, & sunt obiecta voluntatis nostræ. 1.5.

Index.

- Differentia triplex inter malum, & vitiale. 8.4.
- Differentia qua honesta, & incunda differunt inter se non est mutua. 9.3.
- Discrimen inter naturalitatem, & libertatem. 2.4.
- Discrimen inter mæstitudinem irascibilis, & concupiscibilis. 20.1.
- Distinctio obiectiua concupiscibilis, & irascibilis est mutua, non autem realis. 18.2.
- Dolor concupiscibilis est semper de presentia primi disconuenientis, irascibilis autem secundi disconuenientis. 18.6.
- E.
- E**fficiens impedibile non agit necessario simpliciter. 4.4.
- Ego de Christo in propria persona dictum pro quo supponit. 1.4.
- Eleazarus voluntarie præibat ad supplicium. ibidem.
- Electio voluntatis est duplex. 3.6.
- Electio vniuoca requirit deliberationem vniuocam. ibidem.
- Electio elicitæ erga medium, & intentio elicitæ erga finem quomodo sint actus diuersi. 17.3.
- Ens quodlibet duplex. 1.5.
- Ens diuiditur in ens per essentiam, & ens per participationem, & quid vtrumque. ibidem.
- Ens per essentiam terminans dilectionem voluntatis creatæ non est obiectum voluntarium ipsius. ibidem.
- Ens vniuocum vniuocatione perfecta, quam vnitatem requirit. 2.1.
- Entia per participationem, non quidem in ratione existentium, sed tantum terminantiæ dicuntur vniuocè spontanea. 1.5.
- Esse, & conseruari Dei quomodo possit, aut non possit esse nolita, & qua nolitione. 11.5.
- Essentia diuina est speculum voluntarium. 1.5.
- Essentia diuina sola non sufficit, vt voluntas diuina necessario se determinet ad eius amorem. 2.5.
- Essentia voluntarij non coarctatur ad solam actionem, sed etiam ad ipsa obiecta extra luxuriatur. 1.1.
- F
- F**ine in vniuersali apprehenso non necessario fruitur voluntas. 4.3.
- Fine in particulari caliginosè apprehenso non necessario fruitur voluntas. 4.4.
- Finem esse causam effectus quando est, vel quando non est, quomodo intelligatur. 10.1.
- Finis accipitur multipliciter. ibid.
- Finis diuersimodè intendi potest. ibid.
- Finis dupliciter potest concipi. 4.3.
- Finis duplex gratia cuius, & quo, quid sit. 10.1.
- Finis duplex, obiectiuus, & formalis. 10.1.
- Finis dupliciter consideratur, vt in intentione, & vt in executione. 10.3.
- Finis beati Deum clarè visum amantis attingere illum per heroem amicitiaæ amorem. 4.6.
- Finis Dei dum amat nos est allicere nostram voluntatem ad sui amorem, ibid.
- Finis tam impossibilis per se, quam per accidens est volibilis volitione conditionata. 7.2.
- Finis tam impossibilis per se, quam per accidens est volibilis volitione inefficaci absolute. ibid.
- Finis quomodo necessario cõuenit voluntati. 4.4.
- Finis est causa, & quomodo. 10.1.
- Finis legum tam diuinæ, quam humanæ quis sit. 10.3.
- Finis iustitiæ punitiua, seu vindicatiua quis sit. ibid.
- Finis vniuocat tres fines, sicut ens vniuocat Deum, creaturas, &c. ibid.
- Finis in cõmuni quomodo sit genus in firmum respectu trium specierum. ibid.
- Finis qui, & finis cui in quibus conueniant, & differant. 10.3.
- Finis verus, vel apparens, est obiectum non solum terminatiuum, sed, & motiuum methaphoricè; præstitutus terminatiuum dumtaxat, non verò motiuum. 10.4.

Index.

- Finis verus, & apparens, nequè secundū esse cognitū, nequè reale mouet Physicè voluntatem ad amoris elicitionem. *ibid.*
- Finis verus, & apparens secundum esse reale verum, vel apparens, & non secundum esse cognitum mouet voluntatem methaphoricè ad sui complementum. *ibidem.*
- Finis præstitutus nequè secundum esse reale, nequè secundum esse cognitum mouet voluntatem Physicè, vel methaphoricè ad sui amplexum, & amorem. *ibidem.*
- Finis præfixus potest duobus considerari. *10.5.*
- Finis ad quem requiritur intētio propriè sumpta est duplex. *16.3.*
- Finis, & intentio quomodo dicantur respicere medium vnum, vel plura. *17.3.*
- Forma determinata ad vnā actionem manens eadem non potest esse ratio formalis agēdi actione opposita. *12.6.*
- Fruitio beata non est effectus omnimodè, & totaliter contingens, aut necessarius, sed vtroque. *4.5.*
- Fruitio beata est necessaria necessitate ab extrinseco sibi impressa. *ibidem.*
- Fruitio, & intentio in quo conueniant, & differant. *17.1.*
- Fruitio elicitiuè, & productiuè elaboratur à concupiscibili, inductiuè verò ab irascibili. *19.7.*
- Fruitio versatur circa materiale, seu absolutum finis, vt existentis, & præsentis. *17.3.*
- Fruitio, & delectatio idem omninò non sunt. *14.1.*
- Frui quomodo supponit pro gaudio, voluptate, seu delectatione. *ibidem.*

G.

- G**loriosius est quod secundū naturā habet, quam quod aliter habet. *2.5.*
- Gratia cuius duplex. *10.2.*

H.

- H**abitus supernaturaliter infusi voluntati nostræ, nō possunt dici vniuoçè voluntarij re spectu nostri. *1.2.*

- He, He hebraicum, vt nomini yehouah intercedunt, à suo futuro, & præterito deriuant. *1.5.*
- Homo quare non ens per essentiā. *ibid.*
- Homo, & Leo non sunt species in functionibus suis subordinatæ. *1.1.*
- Homo, vt in Petro, & Petrus idem sunt, & quomodo. *5.4.*
- Honestæ largè sumpta sunt accidentia naturam ipsam decentia. *9.2.*
- Honestæ strictè sumpta, idest moralia, sunt accidentia mores decentia. *ibid.*
- Honestum duplex, primò, & largè, secundò, & strictè. *9.2.*
- Humana substantia identicè realiter est vnica formalitas, & eadem formaliter cum risibilitate. *11.1.*

I.

- I**dem numero potest seipsum mouere. *3.1.*
- Ignis, maria, feræque crudelissimæ paruere sæpius orationi Martyrum. *1.4.*
- Imaginatiua, & appetitiua in sensu communi distinguuntur. *12.2.*
- Imago Trinitatis consistit in potentijs animæ, & quomodo repræsentant Patrem, Filium, & Spiritum Sactū. *18.2.*
- Impossibile duplex. *7.2.*
- Impossibile cognitum, quomodo possit esse volitum, aut nolitum. *11.5.*
- In agentibus æquiocis idem numero subiectum potest esse agens, & passum. *3.1.*
- In beatitudine erit summa observatio præceptorum affirmatiuorum. *14.1.*
- In causis per se eiusdem speciei non potest esse circulus. *5.1.*
- Inclinationes duas in brachio, vnā ad sui tutelam, & aliam ad tutamen capitis constitui contrarias. *12.6.*
- In Dei amore non potest dari excessus, & nimietas. *9.3.*
- In fine præstituto nulla datur, vel Physica, vel Metaphorica motiuitas præuia voluntatis. *10.4.*
- In fine vero, & apparenti datur metaphorica, non autem Physica. *ibidem.*
- Infinitas solius voluntatis diuinæ, cur non

Index.

- non sufficit ad necessariam Spiritus Sancti productionem. 2.5.
- Infinitas solius essentiae diuinæ, cur non sufficit ad eandem. ibidem.
- Influxus quo lapis influit in seipsum descensum, non est factio, sed actio. 3.1.
- Influxus obiecti concurrentis cum voluntate, non est in potestate eius. 3.3.
- Influxus actiuus in hæc inferiora, forma cæli negari non potest. 13.6.
- In potestate nostra non est, quin dilectionis relatio ad nos non pertingat. 1.5.
- In prima mentis operatione reperitur falsitas, vel veritas virtualis. 3.7.
- In secunda autem reperitur falsitas, vel veritas formalis. ibidem.
- In quinque externis sensibus, quinque distinctæ facultates cognitiuæ constituntur. 12.3.
- Instans duplex. 5.1.
- Intellectio impune potest firmari, & infirmari, & quomodo. 6.1.
- Intellectus Angelicus non cognoscit vnico intuitu re, & omnia ad eam spectantia. 3.6.
- Intellectus creatus per primam mentis operationem tantum, temper inadæquatè cognoscit. ibidem.
- Intellectus Diuinus naturaliter fertur in quæcunque obiecta creabilia, & increabilia. 2.5.
- Intellectus noster potest per primam cognitionem simul percipere plura obiecta. 5.1.
- Intellectus, & voluntas subordinatim operantur, vt hæc illum necessariò insequatur. 1.1.
- Intellectus non est causa indeterminata voluntatis. 4.1.
- Intellectus sensibus submersus non reperit vniuersale, nisi in singularibus. 5.4.
- Intelligere, quomodo sit quoddam pati. 9.3.
- Intelligere, quomodo sit actus adæquatus intellectus, & ad intelligere quid requiritur. 10.2.
- Intendere quid significat. 16.1.
- Intentio est actus solius voluntatis. ibid.
- Intentio bifariam sumitur. 16.3.
- Intentio item largè, & propriè sumpta est triplex. ibidem.
- Intentio largè sumpta præexigitur ad actus humanos. ibidem.
- Intentio sola habitualis largè sumpta non sufficit ad actum humanum, sed requiritur virtualis. ibidem.
- Intentio finis, & electio medijs quomodo possunt esse vnica volitio. 17.3.
- Intentio versatur circa formale, & relatiuum finis, vt absentis, & futuri. ibid.
- Inter apprehensionem veri, & compositionem datur medium. 3.7.
- Inter velle propter se, & propter aliud datur medium. 11.3.
- Inuentio thesauri non est voluntaria propriè. 1.5.
- Iraisci sumitur dupliciter. 18.5.
- Iraisci item duplex. scilicet iratione perfecta, & imperfecta. 19.8.
- Iraisci quomodo sit actus adæquatus irascibilis, & quid supponit irasci. 18.6.
- Iraiscibilis, & concupiscibilis vtriusque appetitus in quo delectatur. 14.3.
- Iraiscibilis, affectio comodi, & naturalis voluntas non sunt tres distinctæ absolute formalitates, sed vna simplex diuersorum susceptrix habituum, qualitatum, & effectuum. 22.2.
- Iraiscibilis, ac concupiscibilis, vbi resident secundum artem chirurgiæ. 21.4.
- Iraiscibilis potest vniuocè appellari concupiscibilis. 18.5.
- Iraiscibilem non posse esse, aut appellari vniuocè concupiscibilem, sed æquiuocæ, & abusiue est valde probabile. 19.10.
- Iraiscibilem concupiscere secundo appetibilia, & renuere secundo fugibilia stat dupliciter. ibidem.
- Iratio quid. 21.3.
- Iudicium sumitur quadrupliciter. 3.5.
- Iudicium intellectuale est duplex. ibid.
- Iudicium simplex in prima mentis operatione duplex est. 3.7.
- Iudicium simplex, & complexum sæpe præeunt volitionem. ibidem.
- Iudicium apprehensorium præcedit compositionem. 3.9.

Index.

L.

- L**apis trahi herēs equali necessitate cētrū, & trabis subtractionē expetit. 4. 4.
- Lapis nisi à rubustiori impediēte detineatur, continuè tendit deorsum. 4. 5.
- Læticia, & cupiditas : tristitia, & metus circa quod, & quomodo versatur. 1. 5.
- Læticia, tristitia, &c. vnde causentur, & quomodo voluntaria. *ibidem.*
- Læthalis culpæ descriptio. 14. 1.
- Libertas quid. 2. 4.
- Libertas duplex reperitur, tam in Deo, quam in nobis. 2. 3.
- Libertas cōtradictionis est perfectio simpliciter, ideo ponitur in Deo. 2. 2.
- Libertas contradictionis est cōmunis, & vniuoca Dei, & nostrę volūtatibus. *ibid.*
- Libertas condistincta naturalitati est cōmunis Dei, & hominis volūtatibus. 2. 3.
- Libertas eadem quomodo non est communis Deo, & hominibus. *ibidem.*
- Libertas radicalis opposita naturalitati in quo consistit. 2. 5.
- Libertati soli conuenit, & non alijs omne elicere liberum, & nil aliud. 22. 2.
- Ligamē subortum ab infinita perfectione obiecti, & potentix ex duplex. 2. 5.
- Ligamen eiusmodi non detrahit libertati voluntatis diuinæ. 2. 5.
- Lucifer qua volitione cūcupiuit æqualitatem Dei. *M.* 11. 5.
- M**Ali nomine antonomasticè intelligitur Diabolus in oratione dominica. 18. 5.
- Malum, & bonum duobus modis considerari potest. 11. 1.
- Malum sub ratione mali nullius est cōpos bonitatis. 8. 4.
- Malum sub ratione non solum boni cōmodi, vel delectabilis, sed etiā sub ratione mali verè cogniti potest esse obiectū, tū voluntatis, tū volitionis. 11. 1.
- Malum apprehensum in ratione futuri, & euenturi confert timorem: bonum è contrā spem. 15. 1.
- Mediū consulens nutritioni quid sit. 6. 3.
- Mediū impossibile, rā per se, quā per accidēs quomodo possit esse volibile. 7. 2.
- Media per quæ conscenditur gradatim ad finem, quæ sint. 10. 3.
- Memoria, & reminiscētia in quo differant. 13. 1.
- Memoria, seu recordatio proprię sumpta videtur brutis concedi. 12. 5.
- Meritum quid. 3. 1.
- Mors Christi, & alia tormenta fuerunt sibi vniuocè voluntaria. 1. 4.
- Mors aliorum Martyrum etiā voluntaria fuisse putatur. *ibidem.*
- Motiuitas metaphorica voluntatis non est ostensio bonitatis, sed ipsa bonitas realis vera, vel apparens. 10. 4.
- Mouens in actu est tale, quale est mobile in potentia. 3. 1.
- Mouēs refertur realiter ad mobile. *ibid.*

N.

- N**aturalitas quid. 2. 4.
- Naturalitas actiua, & libertas actiua repugnant in eodem principio operante. 2. 6.
- Naturalitas, & libertas ex diametro opponuntur. 2. 3.
- Necessitas in productione Spiritus Sancti vnde prouenit. 2. 2.
- Nolle duplex. s. amicitix, & concupiscētiæ, & quid. 11. 1.
- Nolle omne præsupponit aliquod velle. *ibidem.*
- Nolitio est duplex. 3. 5.
- Nolitio item duplex. s. absoluta, & conditionata. 14. 1.
- Nolitio improducibilis non solum Angelo, & homini conuenit, sed, & alijs rebus, vt igni, lapidi, &c. *ibidem.*
- Nolo me beatū, & nolo formalē beatitudinē; quomodo sint synonyma. 12. 5.
- Nomine virtutis regitiuæ quid necessario intelligatur. 13. 6.
- Non esse Dei, & non esse mei, quomodo se habeant. 11. 5.
- Notitia de aliquo per aliud est bimembris. *O.* 3. 6.
- O**biectum duplex motiuum, & terminatiuum. 8. 4.
- Obiecti apprehensio est causa sine qua non respectu actus voluntatis. 3. 3.

Ob.

Index.

- Obiectum appetibile est causa partialis elicitio- nis actus voluntatis nostræ. *ibid.*
- Obiectum cognitum confluit ad actus voluntatis in genere causæ finalis. 3. 4.
- Obiectum delectationis concupiscibilis quid sit. 19. 1.
- Obiectum delectationis irascibilis quid sit. 19. 3.
- Obiectum doloris concupiscibilis quid sit. *ibidem.*
- Obiectum mæstitudinis, doloris, & tristitiæ irascibilis quid sit. 19. 4.
- Obiectum immediatum, & mediatum recordationis quid sit. 12. 5.
- Obiectum immediatum, & mediatum phantasiationis quid sit. *ibidem.*
- Obiectum irascibilis est punibile, fugibile, non autem arduum. 18. 1.
- Obiectum concupiscibilis sunt primò appetibilia, & primò fugibilia, non autem delectabile. *ibidem.*
- Obiectum nequit mouere voluntatem ad sui nolitionem, vel volitionem, nisi prius præmoueat intellectus ad nouã sui cogitationem. 5. 5.
- Obiecta distinctiua irascibilis, & concupiscibilis, quæ sunt. 18. 4.
- Obiecta disconuenientia voluntati aduenientia, quomodo se habeant respectu tristitiæ. 14. 1.
- Occisio proprii patris est voluntaria interdum ratione homicidij non parricidij. 1. 5.
- Occursus nouæ cogitationis præcisè est contingens, & casualis voluntati eneruanti. 5. 5.
- Oculus iudicialis animæ est intellectus imperialis verò voluntas, seu actus eius. 16. 1.
- Offendens offensorium; & offendens punitorium idem omninò sunt. 19. 9.
- Omnes volunt beatitudinem amore elicitò concupiscentiæ. 4. 3.
- Operandi modos diuersos, & oppositos impossibile est omninò eidem potentia conuenire. 2. 6.
- Operationes possunt dici esse voluntatis rationalis, seu liberæ dupliciter. 21. 2.
- Operationes ibi recipiuntur, vnde profuunt elicituè. 22. 1.
- Operationes liberæ voluntatis recipiuntur in formalitate, quæ appellatur libertas, vt in sui organo, & subiecto. *ibid.*
- Operationes naturales à quo eliciantur. 22. 2.
- Operationes, quæ à rationali voluntate promanant illiberè, & non liberè, cõtradi- ctoriè, vel cõtrariè à quo eliciantur. *ibid.*
- Operatiuitas, alia actiua, & alia passiua. 14. 1.
- Opposita relatiua, quorũ vnũ non depen- det essentialiter ab alio, sed tantum accidẽ- taliter, possunt eidem conuenire. 3. 1.
- Ordo intentionis, & ordo executionis differunt. 22. 4.
- Originale peccatum dupliciter confide- rari potest. 1. 2.
- Originale peccatum quomodo dicitur voluntarium. *ibidem.*
- Ostensio bonitatis est cõditio necessaria, & cautia sine qua non eliciendi amorẽ, vel de- sideriũ finis veri, & finis apparentis. 10. 4. P.
- P**ars non magis appetit conseruatio- nem totius, quam sui ipsius. 12. 8.
- Pati, vel non pati, quomodo non est in voluntate patientis. 3. 3.
- Peccator per peccatũ, quomodo aliquid extrinsecum subtrahat Deo. 14. 1.
- Perfectio simpliciter quid. 2. 2.
- Perficitur, cinctus, & coalitus illo duplici aduerbio, vltimatè, & completè quid significat. 9. 3.
- Petrus assequitur finem tali medio: Pe- trus per talẽ medium peruenit ad ta- lem finem non est eadẽ cognitio. 17. 4.
- Phantasma virgæ creberrimè percutien- tis quid repræsentet animalibus. 2. 1.
- Potentia cognitiua est distincta ab appe- titiua, etiã in anima sensitiua. 12. 1.
- Potentia cognitiua, & appetitiua sensus cõmunis, & cognitiua, & appetitiua sensus particularis, quomodo diuersi- modè versentur circa obiecta. 12. 4.
- Potentia appetitiua, & cognitiua memo- riæ sensitiuæ distinguitur ab eisdem potentijs phantasiæ sensitiuæ. 12. 5.
- Potentia proxima, & Physica ad ridendũ, quæ sit. 22. 2. ¶¶¶ 3 P.

Index.

- Potentia, qua beatus potest suspendere
fruitionem à Deo clarè viso est remo-
ta non propinqua. 4.5.
- Potentiaè dupliciter distinguuntur. 10.4.
- Præcognitum duplex. 4.1.
- Præsentia sola præcisè non est satis ad
tristitiàm inferendam. 19.5.
- Principium actiuum se se determinare
ad vnum, aliud esse, quam ipsum suap-
tè natura, vel ab agente superiori de-
terminari ad vnum. 2.5.
- Principium contingentiaè est decretum
diuinæ voluntatis. 5.2.
- Principium passiuum vndequaque con-
sistit subsecutioni delectationis. 14.3.
- Principium, vt quo, & vt quod opera-
tionis elicitaè à voluntate quid. 22.1.
- Principium prædictum motuum concu-
piscibilis, & irascibilis quid sit secun-
dum opinionem Medicorum, & Sco-
ti. ibidem.
- Principia productiua non possunt redu-
ci ad maiorem paucitatem, quam ad
dualitatem. 2.4.
- Productiuitas per modum naturæ, & per
modum voluntatis, quæ sit. ibidem.
- Q**uare voluntas non est principium
alligatum modo determinatio-
nis ad vnum. ibidem.
- Quare in oratione immaculata Concep-
tionis Mariæ illi duo termini, sicut, &
ita sublati fuerunt. 19.10.
- Qualibet res mundi agit naturaliter
propter seipsam. 10.1.
- Qualibet res mundi magis diligit con-
seruationem sui, quam cuiuscumque
alterius rei. ibidem.
- Quidquid est cognitum in ratione obie-
cti, est motuum voluntatis, & non è
contra. 5.2.
- Quidquid conceditur irascibili, idem vi-
detur concedi naturali voluntati, &
affectiioni commodi. 22.2.
- Quidquid voluntati inhareret, volunta-
rij rationem sortitur. 1.1.
- Quomodo distinguendum sit inter ter-
minum hecæizatum, & non. 5.4.
- R.
- R**atio principij passiu delectationis
in quo consistit. 14.3.
- Ratio, quæ, & ratio sub qua obiecti po-
tentiaè concupiscibilis, tam rationa-
lis, quam sensitiuæ supponuntur de-
lectabilitati. 17.1.
- Rationalitas est principium, vt quo ra-
tiationum, & homo, vt quod. 22.1.
- Recipere non est efficere, vel agere. 15.1.
- Relationes reales sunt in triplici, diffe-
rentia. 3.1.
- Relationes, quæ, & quales possunt fun-
dari in eadem natura, vel supposito.
ibidem.
- Reminiscencia quid sit, & à quo, & quo-
modo causetur. 13.1.
- Reminiscencia soli homini inest, non au-
tem brutis, memoria verò vtrique.
ibidem.
- Remissio, & attenuatio cogitationi infi-
ta, non est causa per se alterius nouæ
superuenturæ cogitationis. 5.5.
- Risibile substantiuè sumptum non dicitur
formaliter ridere. 10.5.
- S.
- S**anitas est finis qui finitiuus hominis
sanabilis, & principium formale
sani, sanum verò effectum formalem
sanitatis. 10.3.
- Schola D. Angelici nullam agnoscit in di-
uina voluntate libertatè ad intra. 2.3.
- Scientia, operatio, &c. Sunt nomina per
se ferentia ens per accidens. 1.5.
- Scopus artis amatoriaè est attingere ob-
iectum præcipuum talis artis. 4.6.
- Secunda, & tertia mentis operatio non
procedit, ex præuina cognitione termi-
nata ad singula. 1.1.
- Sensibile proprium, & commune potest
vnicuique, & eadè sensatione sentiri. 17.3.
- Sensui conceditur iudicium à Philoso-
pho. 3.5.
- Sensus communis diuiditur in phanta-
siam, & memoriàm. 12.5.
- Sensus exterior si per impossibile esset
actiuus independentè ab obiecti con-
cursu, quare semper ageret. 3.1.
- Sen-

Index.

- Sensus nullus potest obiectum suum abstrahere à singularitate. 12.4.
- Sol quomodo immediatè illuminat, tã propinquam, quam remotam medijs partem. 2.5.
- Sol virtualiter calidus, quare non potest esse etiam formaliter calidus. 3.1.
- Species sensibilis, & potentia rememoratua quomodo producant, tanquam causæ partiales recordationem. 12.5.
- Species sensibilis item, & phantasia ipsa, quomodo producant phantasiationem. ibidem.
- Spei variæ diffinitiones à Doctoribus assignantur. 15.2.
- Spei declaratio secundum antiquos. 16.2.
- Spei passio quomodo causetur. 15.1.
- Spei passio à desiderio cuiusvis boni futuri comitatur. 15.3.
- Spei passio in damnatis intensissimè beatitudinem desiderantibus, quare à tali desiderio non erumpit. 15.4.
- Spes acquisita non generatur, nisi ex actibus exentibus à spe infusa supponente fidem infusam. 16.2.
- Spes in adultis orthodoxis duplex reperitur. ibidem.
- Spes infusa, & sperationes ab ipsa procedentes, cui sunt commoditates. 22.3.
- Spes de qua nunc sciscitatur non est habitus infusus, vel acquisitus, &c. sed passio. 15.2.
- Spes à quo oritur. 15.1.
- Spes, & desiderium in multis conueniunt & differunt. 17.2.
- Spes, & timor nō sunt actus elicti. 15.1.
- Spes duplici ex capite potest in præsuppositionem ruere. 15.5.
- Subiectum, vt perfectè dicatur album, certus requiritur gradus albedinis; vt autem simpliciter, vniceus dumtaxat sufficit. 2.1.
- Summum bonū triplex in via Scoti. 3.3.
- Superius essentialiter inclusum in suis inferioribus specie distinctis non potest descendere ad indiuidua, quin prius descendat ad species, & per illorum differentias contrahatur. 14.1.
- Supremum inferioris, quomodo, & quādo migret in infimo superioris. 10.4.

T.

- T**endere, & intendere actiue, actus dicitur solius voluntatis; intellectus verò causæ sine qua non. 16.1.
- Tendentia, & motio, qua aliqua potentiabit suo vltimò est duplex. ibidem.
- Tentio causalis Physica, & tentio intentionalis obiectiua non sunt vniuocata respectu huius nominis tentio. 1.5.
- Termini isti. s. vsus, intentio, voliti, & propter quod, diuersas fundat relationes. 17.5.
- Terribilia depicta in tabella non timeamus. 3.7.
- Theragrammatom includit tres illas durationis differentias, s. sum, fui, & ero. 1.5.
- Timiditatis passio ex passione timoris suboritur. 15.6.
- Timor à quibus ortum habet. 15.1.
- Timor quomodo causetur in appetitiua potentia. ibidem.
- Timor est comes nolitionis cuiuscumque mali absentis, seu futuri. 15.3.
- Timor, & spes brutis cur non conceditur. 3.7.
- Tristitia proprie est voluntatis, & animæ rationalis. 12.1.
- Tristitia semper est medium, & nunquā electio, neque actio, sed passio. 14.1.
- Tristitiæ, & doloris discrimen. ibidem.

V.

- V**acuum vitæ sollicitudo, & cura, cui sit concredita. 12.6.
- Vau vndè sumatur. 1.5.
- Velle contingenter, & liberè libertate contradictionis est commune, tum nostræ, tum diuinæ voluntatibus. 2.2.
- Velle duplex, s. amicitia, & concupiscentia, quid. 11.1.
- Verbum sum cōpetit creaturæ per participationem. 1.5.
- Violentum quid. 1.2.
- Virtualiter tale, nō potest esse forma-

Index:

- liter tale, quomodo vera ista propositio. 3.1.
- Visio beata est practica non speculatiua. 3.7.
- Visus in videndo albedinē disgregatur, & in videndo nigredinem congregatur. 11.4.
- Visus non sibi soli videt, verum etiam alijs potentijs; similiter auditus, &c. & quomodo. 19.10.
- Viuentia quomodo habeāt in potestate sua actionē, qua se corrumpunt. 3.1.
- Vnico intuitu quomodo in pyramide plures puncti videantur. 5.2.
- Vniuocè voluntarium quid. 2.5.
- Volens antecedens non necessario vult consequens, etiam sit includatur in antecedente. 11.5.
- Volitio est duplex. s. efficax, & inefficax. 3.5.
- Volitio efficax, & inefficax quid sit. 14.1.
- Volitio item duplex. s. intentrix, & electrix. 7.2.
- Volitio intentrix absolutè efficax terminata ad finem impossibilem non datur. ibidem.
- Volitio electrix absolutè efficax terminata ad medium impossibilem non datur. ibidem.
- Volitio elicitā vnā cum apprehensione consistit ad educationem delectationis, idem dicendum est de nolitione respectu tristitiæ. 14.2.
- Volitio vnica potest fundare quatuor relationes, sicuti, & intellectus. 17.4.
- Volitio eadem quomodo sit amor amicitiae, & amor concupiscentiæ. ibid.
- Volo me miserum esse, & volo miseriam quomodo sint synonyma. 11.5.
- Voluntarij definitiones variæ. 1.1.
- Voluntarium secundum Scotum quid. 1.5.
- Voluntarium trifariam sumitur. 1.1.
- Voluntarium in brutis naturale est, nõ liberum. 2.2.
- Voluntas diuina absoluta sua potentia potest simul cum intellectu beati causare visionem beatificam terminatam ad solam essentiam, non ad personas, vel attributa. 1.5.
- Voluntas diuina in creaturas contingenter fertur. 2.5.
- Voluntas nostra hic in via omnia contingenter vult; etiam in patria contingencia saltem intrinseca prouehitur contingenter in obiectum beatificum. 2.2.
- Voluntas nostra duplici coalescit contingencia. 4.5.
- Voluntas est causa indeterminata sui ipsius. 4.2.
- Voluntas per eandem formalitatem ex natura rei est actiua, & passiua. 3.1.
- Voluntas quomodo dicatur libera simpliciter, & secundum quid. ibid.
- Voluntas volens actualiter est nobilior voluntate, quæ est volens tantum virtualiter. ibidem.
- Voluntas nostra est causa totalis sui actus. 3.3.
- Voluntas qualiter determinatur. ibid.
- Voluntas, vt velit conueniens, vel iucundum, & nolit disconueniens, vel molestum, non requiritur iudicium compositorium, sed sufficit apprehensorium. 3.7.
- Voluntas nupiam fertur nisi in præcognitum. 5.1.
- Voluntas suapte natura agit contingenter erga quodcumque obiectum. 4.5.
- Voluntas nostra in patria fruitur sine clarè viso liberè, & contingenter. ibid.
- Voluntas non potest imperare elicitionem positiuam, neque negationem elicitionis positivæ primæ cogitationis intellectus. 5.1.
- Voluntas potest imperare intellectui erga secundas cogitationes, tum applicando, quam arcendo. ibidem.
- Voluntas verè potest imperare suo intellectui, vt consideret, ac etiam sibi ipsi, vt nolit, detestetur, &c. 6.2.
- Voluntas potest suo imperiali nutu liberè iuuare Physicè opus nutritionis. 6.3.
- Voluntas verè est causa Physica, Physicè, in

Index.

- imperatiuè influens in cogitationes. 6.2.
- Voluntas potest, velle positiuo amicitie, acceptare malū sub ratione mali. 11.1.
- Voluntas cur sit non volens, & non acceptans malū sub ratione mali. ibid.
- Voluntas potest insequi positiuo nolitione, & odio inimicitie, & irreferibili bonum sub ratione boni. ibidem.
- Voluntas non potest amore concupiscentie irreferibili velle malum sub ratione mali alicui amato, vel ipsi. ibi.
- Voluntas prædicta benè potest velle eūdem inimico. ibidem.
- Voluntas non potest concupiscere malum sub ratione mali, ei, quem nec odio, nec amore prosequitur. ibid.
- Voluntas potest nolle amare Deū amore amicitie, licet non posset nolle saltem amore concupiscentie. ibidem.
- Voluntas nullum actum circa bonū elicipotest, qui nec sit finis, nec medium. 11.2.
- Voluntas nostra duobus modis considerari potest. 11.4.
- Voluntas potest sistere pedem in neutralitate. ibidem.
- Voluntas potest plus abstrahere, quam intellectus. ibidem.
- Voluntas naturalis non est potentia actiua, nec passiua operationum liberarum. 22.1.
- Voluntas quomodo dicatur tristari. 14.1.
- Voluntas pro actu secundo sumpta nequit formali prædicatione effari de tristitia. ibidem.
- Voluntas quomodo obtineat rationem plurium organorum, subiectorum, &c. 21.1.
- Voluntatis affectus volendi, & nolendi bifariam considerantur. 1.2.
- Voluntatis affectum quemcumque necessario præcurrit aliquod iudicium intellectuale. 3.5.
- Voluntatis potestas duplex. 1.4.
- Voluntatis nostre duplex contingentia. 2.3.
- Voluntati Scotus duas attribuit formalitates. 2.1.
- Vfus, & electio in quo conueniat, & differant. 17.2.
- Vtile est obiectum materiale tantum voluntatis, 17.1.
- Vtile est obiectum motiuum voluntatis per accidens: per se verò est obiectum terminatiuum 8.3.
- Vtile non est bonum nisi æquiocè. 9.1.
- Vtile dupliciter ad statum boni commodi elauetur. ibidem.
- Vtilitas quomodo sit formaliter bonitas. 8.1.
- Vtraque immediatione virtutis, & suppositi Christus neci suæ cooperabatur. Y. 1.4.
- Y**ehouah huius nominis interpretatio. 1.5.
- Yod vt interuenit nomini Yehouah sumitur à suo præterito, & futuro. ibid.

F I N I S.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

11111



DE ACTIBVS HVMANIS,

IVXTA MENTEM SCOTI,

DISPV TATIO PRIMA.

De voluntario.

SECTIO I.

Quid sit Voluntarium?



OMPLVRES de hac re, apud Doctores circumferuntur. Diffinitiones, quæ partim inter se dissident, & partim conueniunt plus, minusue. Extat in primis diffinitio illa Aristotelica 3. Ethic. cap. 2. *Voluntarium dicitur, quod est à principio intrinseco, cū cognitione, vel scientia singularum, in quibus est actio.* Genus in hac diffinitione est principium intrinsecum, vniuocum, ac commune, ipsi voluntati, intellectui animæ vegetariæ, & sensitiuæ, lapidis grauitati, & ignis leuitati: hæc enim omnia suo pte interno pondere, suas erumpunt in actiones. Cæteræ omnes, quæ ad duntur particula, differentia sortiuntur rationem. Sed mirabitur quis Philosophorum Principem, ita toto conari cælo, vt nobis suadeat, *principium intrinsecum ad facultatem appetitiuam contrahi per operationem speciei oppositæ,*

*tanquam per vnam differentiam: namque sicuti rugitus est vniuoca actio Leonis, ita cognitio est operatio intima, & specifica ipsius intellectus: atqui imperitia argueretur, qui hanc conficeret diffinitionem: homo est animal per singula loca rugiens: ergo eadem censura inuræda est Aristotelica diffinitio. Responderet ipso negando paritatem rationis: Homo enim, & Leo non sunt species suis in functionibus subordinatæ; intellectus autem, & voluntas eatenus subordinatim operantur, vt hæc illum necessariò insequatur, prout ipse Aristoteles ingenue docet multis in locis, præsertim Ethicorum 3. per multa capita. Et D. Augustinus 3. de Trinitate cap. 4. & 9. inquit: *Inuisa possumus diligere, incognita nequaquam.* Sed vrgebis; etiam intellectus coniunctus dependet à phantasia, vt egregiè insinuat Scotus in 1. d. 3. q. 6. §. *Ad rationes*, vbi nixus testimonio Aristotelico ait; *Talis est connexio istarum potentiarum, scilicet phantasia, & intellectus pro statu isto, quod nihil intelligimus in vniuersali, nisi, cuius singulare phantasiatur.* Et nihilominus esset dissentaneum optimæ dialectici, diffinire operationes intellectus coniuncti per phantasiationem. Responderetur; negando minore*

Responso.

Philosoph. 3. Ethic.

D Aug. 8. de Trin. c. 4. & 5. Scot. 1. d. q. 6. §. Ad rationes. Obiectio.

Responf.

A

pro.

Arist. 3. Ethic. c. 2.

Obiectio.

propositionem : quia satis congrua foret eiusmodi descriptio. *Intellectus est principium actiuum insequens phantasia, & hæc alia : intellectio est à principio intrinseco præcurrente sensatione.*

Replic.

Sed adhuc videtur præfata diffinitio Aristotelica fore labefactanda, quod conueniat alijs à diffinito: enim uero secundum, & tertia mentis operatio sunt à principio intrinseco, præuia cognitione, nihilominus non sunt uoluntariæ, neque eliciuntur à uoluntate, sed ab intellectu. Respondetur hanc duplicem operationem, non procedere ex præuia cognitione terminata ad singula, in quibus est actio: quia conclusio non procedit ex cognitione sui ipsius, aut sui obiecti, sed ex intelligentia simplici primorum principiorum. Hæc sufficiant circa Aristotelis diffinitionem.

Respond.

D. Grego. Niss. lib. 5. Philosoph.

Secunda diffinitio fertur esse Gregorij Nisseni libro 5. Philosophiæ, cap. 3. *Voluntarium est, quod neque ui, neque ex ignorantia fit, sed à principio intrinseco.*

D. Damasc. 2. Fidei, c. 24.

Tertia est Diui Ioannis Damasceni 2. fidei capit. 24. *Voluntarium dicitur, cuius principium est in agente, qui habet compertas omnes, & singulas circumstantias actus.*

D. Tho. q. 6. art. 1. §. Responde.

Quarta diffinitio est Doctoris Angelici quæst. 6. art. 1. §. Respondeo. Dicentis. *Voluntarium dicitur esse non solum cum principium est intrinsecum, sed cum additione scientiæ.*

Scot. 4. d. 14. q. 1. §. De tertio. Scot. 2. d. 22. q. 1. §. Ad argumenta q. 3. d. 15. q. vn.

Quinta diffinitio colligitur ex litera Scoti in 4. dist. 14. quæst. 1. §. De tertio, hisce uerbis: *Voluntarium est contra, quod non omnino uoluntas remurmurat, sed patienter sustinet, uel accipiat.*

Sexta diffinitio habetur ibidem; *Voluntarium est contra quod non omnino uoluntas remurmurat, sed uoluntarie causat.*

Septima diffinitio est etiam eiusdem Scoti in 2. dist. 32. q. 1. §. Ad argumenta quæstionum. Dicentis: *Voluntarium communiter, & magis proprie sumitur pro eo, quod est in uoluntatis potestate, ut est actiua.*

Hæc septima diffinitio uoluntarij, (quod contractum ad liberum est de intrinseca ratione culpæ, ut euoluo tom. 2. meorum operum disp. 1. sect. 8. fund. 4.) uidetur coincidere cum sexta.

Quocirca obseruandum est cum Do-

ctore in 2. d. 32. q. & §. citatis, & in 4. locis etiam relatis: & rursus in 3. d. 15. q. vnica. Voluntarium trifariam sumi, subiectiue uidelicet, obiectiue, & effectiue, primum est illud, quod in uoluntate recipitur, cuiusmodi sunt peccata tam originale: quam personalia, & habitus, siue infusi, siue acquisiti, qui ei inhaerescunt.

Secundum est illud, quod ipsi obijciuntur: cuiusmodi sunt omnia obiecta uolita, & nolita.

Tertium est illud, quod à uoluntate mediate; uel immediate, elicituè, uel imperatiue procedit.

Voluntarij quidè primo modo sumpti, meminit Scotus in 2. Sententiarum loco supra citato, dicens: *Voluntarium potest accipi pro eo, quod est in uoluntate: quo in sensu, originale peccatum (inquit) potest dici uoluntarium, quia ipsum, sicut quodlibet peccatum est in uoluntate, ubi solum, nata est esse iniustitia, secundum iustitiam sibi oppositam.* Voluntarij autem secundo modo accepti mentionem faciunt in 4. dist. 14. q. & §. nuper citatis: *Voluntarium potest intelligi tripliciter; Vno modo contra, quod, &c. Sed patienter sustinet; Secundo modo, quod uoluntarie accipiat, & inferiusculè subdit, & patet hæc diffinitio, quia in primis duobus modis, tristitia est tantummodo obiectum uolitionis.* Voluntarij tandem tertio modo recensiti meminit Doctor ibidem, dum inquit. *Tertio modo, quod uoluntarie causat, & infra, Tristitia in tertio modo uoluntarij, est effectus tantum, & non obiectum:* meminit item in 2. dist. 32. quæstio. 1. §. supracitato: *Voluntarium communiter, & magis proprie, &c.*

De singulis his uoluntarij acceptionibus sciscitari uigemur, num uoluntarij uniuocam obtineat rationem.

SECTIO II.

Utrum uoluntarium primo modo acceptum uniuocè sit uoluntarium?

IN superiori Sectione obseruauimus peccata, tam originale, quam personalia, omnes habitus tam infusos, quam acquisitos, & tandem quidquid in hæret uoluntati rationem sortiri uoluntarij subiectiue.

Nunc

Nunc igitur opere pretium ducimus rimari diligenter, num eadem qualitates, siue sint positivæ, siue privativæ, debeant dici simpliciter, & univocè voluntariæ.

Scoti 2. d. 3. q. 1. §. supra cit.

Cui dubio, ut breviter fiat satis, observandum est cum Doctore in 2. Sentent. d. 9. & §. supra allegatis, originale peccatum quòbùs modis posse considerari. Primo in ordine ad voluntatè infantuli, cui inhæret. Secundo in ordine ad primum hominè, qui caput fuit morale posterorum.

Secundo est notandum voluntatis affectus volendi, & nolendi, bifariam consideratum iri, vno modo quatenus casualiter profiunt ab ea; alio modo quatenus in suo primo fieri, & postea in facto esse, & conservari recipiuntur in ipsa, illiq; inhærescunt, quantumvis supernaturales sint, ut dico to. 4. mei operis, supra 4. Scoti disp. 3. fund. 8.

Tertio est notandū, nec vnde repugnare in Schola Doctoris præfatos affectus à solo Deo effectivè produci in nostra voluntate merè passivè se habente.

Quarto observat Doctor in 4. Sentent. d. 43. q. 4. §. Ad intelligendum, eiusmodi tres differentias specificas, naturalitatem, violentiam, & neutralitatem, prout inuicem sese opponunt habere se ex parte principij passivi, contra verò cuiusmodi tres alias differentias, naturalitatem, supernaturalitatem, & libertatem, seu spontaneitatem, vel rationem voluntarij, quatenus inuicem vtrò cirròque conferuntur pertinere ad principium actuum, illudque contrahere, ac specificè dividere.

Obiectio Scoti. 4. d. 43. q. 4. §. Ad intelligendum.

Sed contra (arguit Scotus) violentum ex Aristotele 3. Ethicorum, cap. 3. Dicitur cuius principium est extra, non conferente vim passivè. qua ex diffinitione hanc infert consecutionem Ergo in diffinitione violenti ponitur principium motuum; & per consequens violentum essentialiter, non tantum accipitur ex comparatione passivi ad formam, sed etiã ad agens.

Responsio.

Respondet Doctor, quod violenti descriptionem non ingredietur agens per se violentans passum, tanquam ratio essentialiter, & intrinsecè constitutiva ipsius, violenti, sed potius tanquam quiddam extrinsecum: Tota siquidem essentia, & per se ratio violenti, est ex habitu dine passivi ad formam; quia passivè, & forma ma-

gentibus in sua ratione; puta quoddam forma sit receptibilis contra inclinationem, ipsius passivi, quomodocunque varietur agens; dicitur, passum violenter recipere, ipsam formam.

Et inferius ait: Concedo ergo, quoddam in descriptione violenti ponitur agens tãquam extrinsecum, sed non tanquam per se completum, nec tanquam per se constituens rationem violenti; hæc enim completur (inquit) per illud passivè vim non conferente. Hinc si per impossibile ascensus lapidis fulguraret, ut à principio intrinsecò, & naturali actiuitate eius, nihilominus esset sibi violentus, eò videlicet, quia reciperetur contra inclinationem ipsius lapidis in genere receptivi, & principij passivi; & contra, si descensus eius promanaret à principio extrinsecò, & non à suppete potèdere, & gravitate, non minus sibi foret naturalis; quia, vndequaque esset iuxta inclinationem receptivi, & principij passivi, seu subiecti hæforij.

Dico primò, habitus supernaturaliter infusus, & affectus volitionis, & nolitionis à solo Deo (per impossibile) in nostra voluntate cirrò concursum eius elaboratos, nullatenus respectu nostri posse dici univocè voluntarios. Probat, quia ratio, & essentia voluntarij univoci ex habitudine ad intrinsecum actuum principium dignoscitur, in eaq; prorsus vititur, atqui voluntas nostra respectu talium accidentium mudã dumtaxat passivi principij rationem obtinet, igitur necundè sibi dicentur esse voluntaria.

Secundò, dico originale peccatum in hærens parvulo, licet ex habitudine, quam ad ipsam dicit, voluntarium univocè esse nequeat, poterit tamen alio ex capite, nempe ex ordine ad caput morale, à quo illud contraxit: hanc conclusionem tenet Doctor in 2. d. 32. q. 1. §. superius citato: & suadet: esto enim iuxta priorè inhæforiã habitudinè, subiectivè solum nuncupetur voluntarium, ceterum iuxta posteriorem causaliter, & effectivè censetur esse spontaneum, quia, ut expono tom. 2. super 4. disp. 1. Sect. 7. §. in prædictis, peccatum originale transfusum in posteros, est privatio iustitiæ acceptæ in Adamo, & amissæ per actionem liberam, & voluntariã illius. Igitur, ut sic præcisè univocè, ac propriè erit voluntarium. Antecedens probatur, quia verè fuit, in voluntatis Adami pote-

1. Conclusio

2. Conclusio

Scoti 2. d. 32. q. 1.

state, ut erat actiua: quod sanè satis superque fuit, ad hoc, ut originale à nobis contractum absolute credatur, & simpliciter voluntarium; in cuius veritatis testimonium, mox subdit Doctor, Dico, quod peccatum non oportet esse voluntarium, effectiue, & casualiter, ipsi habenti, sed ei, vel alij, scilicet à quo contrahitur, istud peccatum: quia igitur infantulus membrum est illius primi capitis; sufficere videretur culpa, quam contraxit, sit voluntaria voluntarietate ipsius capitis; præsertim cum in huius voluntate, nostræ moraliter extiterint voluntates, & demonis suggestio ni, seu mulieris persuasioni succubuerint, ac consensum miserrime præbuerint.

Eodem modo Theologizandum est de quibuscunque affectibus, qui voluntati insident, & ab ipsa elaborantur; nãque hoc posteriori ex capite vniocam voluntarij rationem iure sibi arrogant.

SECTIO III.

Vtrum voluntariũ secundo modo, propriè, & vniocè censeretur debeat voluntarium?

Partem negantem tutantur communiter Doctores, recentiores præsertim, Gabriel Vazquez in t. 2. disp. 23. c. 2. Dicens: *Quamuis latiori significatione dici possit voluntarium, id, quod solum volitum est; propriè tamen voluntarium vniocè, ita in actione consistit, ut id solum alicui dicatur voluntarium, quod sub actionem illius cadit.*

Vazquez, 1. 2. disput. 23. cap. 2.

Ioã. Salas disput. 1. sect. 1. num. 5.

Cui libenter acquiescit Ioãnes de Salas, disput. 1. sect. 1. num. 5. asserens: *Tribus autem modis cadit aliquid sub voluntatem: primo, ut obiectum tantum, & non ut effectus, vel actus voluntatis; & hoc potius dicitur volitum, quam voluntarium. ut rectè probat Vazquez.* Eidem dicendi modo adstipulatur Petrus à Lorca in annotationibus circa primum articulum pagina 225. columna 2. inquit; *Duobus modis aliquid dicitur voluntarium, vno, quia est volitum, & comparatur ad voluntatem, & obiectum acceptatum: alio, quia à voluntate procedit, quo pacto actiones, & actionum effectus voluntarij dicuntur, & in-*

Petri Lorca annot. circa 1. ar. 1. pag. 225. col. 2.

feriascule subdit. *Secundo tamen modo magis propriè, & communiori usu dicitur voluntarium.* Eandem amplectitur sententiam Ludouicus à Montefinos, disp. 9. q. 1. n. 8. dicens: *Secundo præsuppono, quòd non sint idem volitum, & voluntarium, propriè, & in rigore loquendo: quia volitum est idem, quòd obiectum voluntatis; voluntarium verò est actio, & in actione consistit.* His (ni fallor) cohibetur assertis quatuor Neothericorum sententia, quorum mirabundus sanè omisissis vetustioribus doctoribus mentionem idè fecerim, quòd nemo illorũ in tam ardua, ac perdifficili materia, Scoti meminerint, gratia vel saltem confutandi: quã mehercule, ut iniuriã bono compensarem gratuito, indè opere pretium duxi, singulorum effata ad vnguem referre, & amplecti, vel respicere, secundum quod veritati, & rationi dissona, vel consona recensuero; quod vberius, ut præciterimus, obseruandum est multum interesse voluntatum, Christi Domini, eius heroum Martyrum, & cæterorum vulgariu hominum; Tum, & rerum omnium, quæ ipsis obiciuntur, ut tandem volitæ, vel nolitæ extrinsecè denominentur; de quarum singulis, singulas expedit sigillatim excitare Sectiones; ut veritas demum è caligine nitidior in lucem prodeat.

Ludouic. à Montef. disp. 9. q. 1. n. 8.

SECTIO IV.

Appendix superioris, Vtrum passio Christi, & Martyrum tormenta voluntaria vniocè ipsis fuerint.

Partem negantem tutari cernuntur relati quatuor Neotherici aliàs doctissimi: namque propriè, & vniocè recensitum obnixè molitur in sola actione positiua, vel omisssiua, elita, vel imperata constitutum iri; non verò in obiecto acceptato nisi largè, & impropriè. Notanda sunt verba Ludouici à Montefinos numero 8. supra allegato. *Diximus autem voluntarium esse actionem ipsam; sed intellige, quòd sit actio, aut omisssio actionis; Verbi gratia velle, aut non velle.* Rursus dixi, quòd voluntariam consistat in actione; sed intellige de actione immediate elicitæ à volun-

Ludouic. à Montef. cit. verba.

tate sicut velle, aut de actione imperata, sicut furari. Et inferiusculè, notanter dixi; quòd volitum non sit voluntarium propriè, & in rigore: largè enim, & impropriè vocatur *Voluntarium à Damasceno*. Hoc idem docent Vazquez, Lorca, & Salas, locis in præcedenti Sectione citatis.

Vazquez.
Lorca, Sa-
las.

Conueniunt præterea præfati Doctores in eo potissimum, quòd vno fatentur ore descriptiones Damasceni, Nissenii, ac Doctoris Angelici, & inter se, & cum Aristotelica, maiori ex parte coherere, quandoquidem ipsarum in vnaque que quidditas, & essentia voluntarij à principio intrinseco, & præcurrente scientia apprimè expetitur.

Conueniunt item, & secum, & nobiscum nomine principij, non debere intelligi passiuum; sed actiuum; non *Intellectum*, sed *Voluntatem*; hæc si quidem cum scientia, vel cognitione præeunte, atque actiue influente operatur, & in actum prorumpit spontaneum, aded, vt talis præuia directiuæ scientia fons sit, & origo motus, seu affectus voluntarij (Saltem in ratione causa sine qua non; vult Scotus) contra verò de intellectu ferendum est iudicium: ipse namque esto principium sit intrinsecum, & actiuum, nusquam tamè operatur ex præuia obiecti cognitione in quod fertur, vt supra in prima Sectione edocuimus.

Iuxta mentem porro horum Doctorum nefas omninò esset necem Christi Domini, & Martyrum sauisissima tormenta, voluntaria vniocè recensere, quantumcumque spontè volita, & iucundè acceptata fuerint.

Probat, quia ipsi impossibile prorsus rentur obiectum operationum voluntatis, modo sint elicitæ, modo imperata, vniocè sortiri rationem voluntarij: Tum sic: Christi Domini eiusque militum nex, & tormenta obiecta dumtaxat fuere, letè cuiusdam, ac gratulabundè acceptationis: igitur voluntaria vniocè neutiquam dici possunt.

Opposita sententia videtur colligi ex ex littera Doctoris in 3. dist. 16. q. 2. §. *Ad questionem igitur dicentis: licet hoc fuerit speciale, & noui miraculum, quòd gloria anima non redundauerit in corpus.* Et infra, §. *Ad secundam questionem in fine, alio modo violentum apponitur voluntario; & eo modo, quo*

Scot. 3. d.
16. q. 2. §.
Ad quest.
giltur.

passio fuit volita, & accepta à voluntate fuit meritoria. Quò circa coniungendus est ille terminus *voluntario*, ceti omnino Synonimus, ac vniocus cum his tribus *passio volita, & accepta à voluntate*; quasi dixisset *passio Christi Domini quo volita, & accepta, eò voluntaria prorsus fuit*. Eadem sententia cernitur inferri ex 2. sententijs, um, dist. 32. quest. 1. vbis sic diffinit: *Voluntarium communiter, & magis propriè sumitur pro eo, quod est in voluntatis potestate, vt est actiuus*. Quibus profectò verbis haud caliginosè innuit quiddam potestati actiue voluntatis nostræ succumbit, voluntarium propriè, & in rigore recensum iri: circa quam diffinitionem obseruat Scotus in 2. dist. 25. quest. Vnica, §. *Ad aliud*. Voluntatem non aliter actiuam, nisi circa cognitum: ait siquidem, *quamquam voluntas sit actiuus, tamen intellectio vel obiectum apprehensum est illud sine quo non*. Vult igitur obiecti cognitionem necessariò prærequiri ad rationem voluntarij, in ratione saltem causa sine qua non; ex quò manifestè sequitur præfatam Scoti diffinitionem præclarè vndeque esse, ac Aristolicæ diffinitioni consentaneam.

Scot. 2. d.
32. q. 1.

Scot. 2. d.
25. q. Vni.
§. Ad aliud

Est præterea notandum voluntatis potestatem, seu actiuitatem esse duplicem Physicam videlicet, & moralem, vel meritoriam.

Dico primò mortem Christi Domini, & saua, qua perpeffus est alia tormenta, vniocè sibi fuisse voluntaria. Probat, illud censetur propriè, & in rigore alicui voluntarium, quòd ipse voluntatis actiuitati subest; sed omnia, qua Christus sustinuit aduersa plenè subiacuere physica actiuitati voluntatis increate, & morali item potestati voluntatis create eius, igitur propriè, & vniocè sibi fuerunt voluntaria. Prima pars minoris propositionis probatur ex capite Ioannis 10. *Propterea me diligit, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso; & potestatem habeo ponendi eam; & potestatem habeo iterum sumendi eam; qua verba ingeniosè exponens Scotus in 3. dist. 16. q. 2. in fine, docet ly ego, supponere pro supposito diuino: ly autem à me pro natura humana, seu pro Christo, vt hominè idq. haud immeritò, nà Christus vt Deus, subtraxit animam Christo homini; quan-*

1. Conclù.

Ioan. 10.

Scot. cit. 3.
d. 1. q. 2. in
fine.

dequidem simul cum Patre, & Spiritu Sancto, in ratione causæ primæ Tortoribus ipsis, ceteris causis secundis cooperabatur in necem sui vtraque inmediate virtutis scilicet, & suppositi. Tum secundo Christus, vt Deus actione Physica retundit animæ gloriā, ne foras erumperet, vt sic tandem passibilem omnino Licetibus se praberet; quod mehercule indicium apparet evidens obsequij prorsus voluntarij, quod nex, & ceteri cruciatus eius præsuerere increata voluntati.

Secunda conclusionis pars inde potissimum probari inspicitur, quod Christus, vt homo, & reus gloriæ miraculum, & omnem sibi incussum actionem violentam perfectè nobis meruerit, illiusque ingentis beneficij, moralis causa extiterit: hanc corroborare crediderim veritatem illud Matthæi 26. nobile testimonium. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quàm duodecim legiones Angelorum? quasi dixisset: patastis, exponit Maldonatus, si non scivissim decretum esse à Patre meo, vt morerer, non potuisse me duodecim legiones Angelorum ab eo petere, eumque mihi daturum fuisse?* Christi igitur hominis quavis deprecatoriuncula, eiusque actio quæque tenuis, & exigua, infinito conspicua fuit robore ad impetrandum hoc, vel illud, & tandem cuncta vtriusque ordinis bona, & immensa beneficia.

2. Conclusio

2. Machab. cap. 6.

Secunda conclusio idem idem ferme dicendum putamus de nece, & acerbissimis Martyrum exitijs, quæ voluntaria sibi fuisse sacra testatur pagina secundi Machabeorum 6. *Igitur Eleazarus vnus de primoribus Scribarum, vir atate prouectus, & vultu decorus, aperto ore, viuis compedebatur carnem porcinam manducare; at ille gloriosissimam mortem magis, quàm vitam odibilem complectens, voluntariè præibat ad supplicium.* En quomodo mors, & supplicium voluntaria vnde quaque ostenduntur fuisse huic egregio veteris testamenti viro; quæ profecto veritas ex eo præsertim confirmatur, quod tyranni mandatis obsequio præstito mox necem, & cruciatus omnes euasisset.

Tum secundo ignes maris, feræque crudelissimas, Martyrum orationi sæpe sæpius paruisse experientia docuit, & nunc sacra testatur historia. Ex quò manifestè apparet præfata omnia, & alia

id genus infesta, morali actiuitati voluntatis Martyrum plenè subesse, nec aliqua ex parte reluctari.

Petperam ergo prædicti quatuor nouissimi Doctores voluntarij essentiam, ad solam conantur arctare actionem, cū tamen ipsa verè, & propriè extrà luxurietur, ad ipsa obiecta volita, & accepta.

Veritas huius conclusionis in sequentibus amplius elucescet. Valde consonant huic doctrinæ quæ docuimus tom. 2. disp. 3. Sect. 7. vbi de triplici modo quo pœna est voluntaria diffusè tractamus.

SECTIO V.

Vtrum alia obiecta, quæ à vulgarij hominum appetitu denominantur volita, & nolita rationem sortiantur voluntarij.

EX superioribus constat satis negatiuam incunctanter defendi sententiam à quatuor illis Neothericis, alioqui grauissimis viris.

Quam etiam tutari videtur tota Doctoris subtilis Schola in 4. dist. 14. q. 1. §. De secunda conclusione, vbi habetur, *si aliqua dictio significet per se volitionem volitam, & pœnè volitionem, hoc erit æquiuocum. Item si significat istam quadruplicem volitionem, hoc erit æquiuocum, de quibus ipse nixus assertis tom. 2. meorum commentationum disp. 3. Sect. 2. hæud sub obscure ostendi virtutem pœnitentiæ in quatuor illas pœnitentijs actuales enumeratam, non esse quid vniuocum respectu earum, sed potius æquiuocum æquiuocans.*

Quam (ni fallor) conclusionem hisce probaui argumentis: pœnitentiæ primo, & secundo modo sumpta est tentio pœnæ causaliter; pœnitentiæ autem tertio, & quarto modo accepta est tentio pœnæ obiectiue, & intentionaliter: sed tentio causalis Physica, & tentio intentionalis obiectiua nequeunt esse vniuocata respectu huius nominis tentio, ergo potius sunt æquiuoca æquiuocata. Maior propositio pater, quia pœnitentiæ primo modo sumpta, nempe volitio imperarij considerationis peccati, & eius detestationis, remote causat pœnam trinitarij, ergo tenet illa causaliter.

Si.

Scot. & Scot.
tit. in 4.
d. 14. q. 1.
§. De secunda
Conclu-
sione.

h. 1002
1. 1. 2. 21
100
100

Similiter pœnitentia secundo modo sumpta, nempe odium, seu nolitio peccati commissi, proximè partialiter influit, & causat eandem pœnã: ergo erit tentio talis pœnæ causaliter: pœnitentia verò tertio, & quarto modo accepta nempe volitio acceptatrix, & tolleratrix tristitiæ præ causatæ, obiectiuè dūtaxat est tentio eiusdem pœnæ. Vera igitur est maior propositio.

Minorem autem propositionem probo; quia tentio causalis est realis tēcio; obiectiua verò solum est tentio rationis. Tum sic: nihil est vniuocum ad ens reale, & rationis, igitur. Virtus pœnitentiæ enumerata in illas quatuor, vel tres actuales pœnitentias, non erit quidpiam vniuocum vniuocans, sed potius æqui-uocum æqui-uocans ipsas.

Ex his manifestè inferri videtur in Schola nostri Doctoris, inuentione thesauri; occursum amici; & omnia tandem obiecta, siue volita, siue nolita, quæ verè & realiter existunt antè elicitionem talis volitionis, & nolitionis, æqui-uocè dūtaxat, & improprie posse dici *voluntaria*. Probatur: quia in suo esse non depēdent à voluntate, nequè tenentur *causaliter* ab ipsa, nequè sub potestatem eius, seu actiuitatem Physicam, vel moralem vt cunque cadunt: ergo nequibunt proprie, & vniuocè esse voluntaria. Consultit nobis Doctor, locis in prima Sectione citatis, nimirum in 2. Sententiarum, dist. 32. q. 1. dum inquit, *voluntarium cōmuniter, & magis proprie sumitur pro eo, quod est in voluntatis potestate vt est actiua, & in 4. dist. 14. q. 1. §. de tertio, cū ait, voluntarium est contra quod non omnino voluntas remurmurat, sed voluntarie causat.*

Opposita etiam sententia valdè probabilis cernitur ex Doctore, tūm ex præfata voluntarij diffinitione ex 2. Sententiarum decerpta, tūm ex alia, quàm in prima Sectione, ex 4. libro dist. 14. q. 1. decerpimus huiusmodi. *Voluntarium est contra quod non omnino voluntas remurmurat, sed patienter sustinet vel acceptat.*

Pro decisione huius dubij animaduertendum est *ens* primò diuidi in *ens* per essentiam, & in *ens* per participationē. Primū quidem illud censetur esse, quod cum nec creari, nec conseruari ab aliqua causa possit, necessariò absolutè est; cuiusmodi est Deus Optimus Maximus, iuxta illud Exodi 3. *Ego sum qui*

sum. Sic dices filijs Israel, qui est misit me ad vos. Secundum verò nempe *Ens* per participationem est quæuis rerum creaturarum entitas; nomine autem participationis effectiuam intelligimus, non materialem; luce siquidem meridiana clariùs est creaturas non se habere respectu Dei instar lapidum excissorum ab ingenti montium saxo, sed potius instar effectiuū, à vera causa effectiuè promanantium.

Primum porrò ens nimirum Deus ipse se dicitur, & *Deus essentiam, & ens per essentiam.* Hoc est: & *Deus, & ens, per verbum substantiuum sum, es, fui, & non per verba adiectiua creari, & cōseruari:* quin potius dixerim Deum per essentiam esse illud tale substantiale verbum *sum, fui, ero.* Quæ, meherculæ, durationis tres differentię, ineffabili, ac supra mundano prorsus modo; includi cernuntur in nomine *Thetragrammaton* id est; quatuor litterarū יהוה *yehouah*, littera enim *Vau* sumitur à *bennoni*, id est à participio de præsentis; alias autem tres, nempe *yod*, & duplicem *he*, *he*, à futuro, & præterito, igitur præfatū nomen יהוה imbibit in se has tres durationis differentias *sum, fui, ero*, sublato tamen omni mutationis specimine, consulit nobis originale Hebraum יהוה id est, *ero misit me ad vos.* Igitur Deus per essentiam est *ero*, & per consequens per essentiam dicitur *sum*, & tandem per essentiam erit *fui*, quæ tres differentię affabre (vt dictum est) imbibuntur in prædicto Thetragrammatonico nomine יהוה *yehouah* suborto à יהוה quod verbum substantiuum est æquiualens Latino, *sum, es, fui.* Consultit etiam comanquis præfati nominis יהוה *yehouab* interpretatio, id est *essentius*, quia miro modo Dei essentiam, vt æternitate mensuratam insinuat; & tandem per verbum *haiab, haiitbab, haiitbi:* id est verbum substantiuum *sum, es, fui*, firmiter consistentem: esto enim personæ diuinæ, vt sic, per verba adiectiua *producere, produci, generare, generari, spirari*, constituuntur tamen in esse *yehouah*, vel *essentij* per verbum *hayah, vel sum, es, fui*, constituuntur, & sunt vnicus *essentius vnicus יהוה yehouab*; Cōfirmatur quia auulsis (per possibile) his verbis adiectiuis *creare, & conseruare, & antiquatis (per impossibile) hisce alijs producere, & produci*, esto diuinæ personæ minimè superessent ipse tamen essen-

Subtil. 605 tab.

Scotus in 2. d. 32. q. 1. & in 4. d. 14. q. 1. §. De 3.

Exo. 3.

tius, & yehouah, seu individuum deitatis verè superstes esset.

Contra verò de creaturis est Theologizandum: homo siquidem neq; est *ens* per essentiam, neque per verbum, *sum, es, fui*, neque est *homo*, vel *animal*, per tale verbum; sed per adiectiua verba, *creari, & conseruari*; patet, quia auulsis eiusmodi verbis, in nihilum redigeretur, igitur per hæc verba subsistit, & non per verbum *haiab, vel sum, es, fui*.

Confirmatur, quia antiquato illo duplici adiectiuo verbo adhuc æternaliter esset superstes verbum, *haiab, vel sum, es, fui*; & tamen homo nõ esset desuper, immo cum ipsis simul adiectiuis verbis in nihilum esset redactus: igitur signum euidens est hominem, & quãlibet creaturam verbis adiectiuis, *creari, & conseruari*, inniti, & non verbo substantiuo, *haiab, vel sum, es, fui*. Fateor creaturas habere verbum, *sum, es, fui*, creatum, conseruatum, & participatum, vel participans: Tamen tale verbum non sibi nititur, sed creationi, & conseruationi illius primi increati, & æterni, *sum, es, fui*.

Scot. quodlibet 3. §. Ad arg. & §. De secundo articulo.

Secundò est notandum ex quodlibero: 13. §. Ad argumenta, hæc nomina *Scientia, operatio, species, intellectio, Amor, visio, auditio, &c.* Præferre ens quoddam per accidens, duas simul concernens entitates, alteram absolutam; & relationem aliam; ad eò, vt volitio, qua volo obiecta conuenientia; & nolitio, qua nolo discòuenientia, qualitates sint absolutæ habentes (inquit Scotus) *aliquam relationem ad obiectum sibi annexam*. Et rursus, §. de secundo articulo, ait: *ipsa igitur ratio ad ipsum obiectum est formalis ratio, propter quam Beatitudo, scilicet amor amicitia, dicitur summa perfectio*. Et inferius: *Beatitudo est habitio cuiuscunque bene voliti, nunc autem, habitio, vel habere videtur per se importare relationem realè*. Lenda est de deo. 6. disp. 93. tomi prioris meorum commentariorum pagina 604. ibi enim probamus ex professo, scientiam præter qualitatem dicere relationem extrinsecus aduenientem.

Vltimò est obseruandum, quodlibet; ens, siuè per essentiam, siuè per participationem illud sit, bifariã posse considerari: vno modo in ratione existentis absolute; alio modo in ratione termini terminantis affectum voluntarium.

1. Conclus.

Dico primò, *ens per essentiam terminans dilectionem naturalem, vel super-*

naturalem voluntatis creatæ, neque in ratione *existentis*, neque in ratione *termini*, esse obiectum voluntarium ipsi diligenti.

Prima pars huius conclusionis, in primo fundamento sufficienter eluxit, quãdoquidem tale *Ens* verba adiectiua omnino superuolat, ea præsertim, quæ forinsecus ad ipsum aduentant.

Secunda etiam pars probatione vix indiget; eo potissimum: quia essentia diuina non solum respectu voluntatis creatæ, verum, & ipsius intellectus, est speculum voluntarium ostendens Beato, quod vult, & absès, quòd pandere non placet. Enimverò potest Dei voluntas, absoluta sua potestate causare simul cù Michaelis intellectu visionè beatificã, cum vni ea dumtaxat relatione attingerit terminata ad *essentiã*, quin alias producat imitationes, vel relationes attingerit terminatas ad attributa, & personas: ergo à fortiori dū ego molior erga ipsum aliquam naturalem, vel supernaturalem elicere dilectionem, poterit ipse subtrahere, & auxilium supernaturale, & concursum generalem; quo vtique subtracto, nulla fulgurabit dilectio, quæ Deum pertingat; igitur in ratione *obiecti terminatiui*, non mihi, sed sibi ipsi est voluntarius.

Tum præterea, potest concurrere ad eliciendam nudam dilectionis absolutam entitatem, & ibi sistere, quin vterius progrediatur ad elicitionem relationulæ terminatæ ad ipsum; quo sanè in euerã nequitur denominari dilectus, vel amatus. Non ergo in ratione obiecti terminatiui dicitur mihi sed sibi proprius voluntarius.

Secundò probatur: illud cõsetur simpliciter mihi voluntarium, quod sub meam cadit potestatem: atqui Deus intelligendus contra se habet, quandoquidem meæ voluntatis potestas eius vnde quaquè succumbit voluntati, ceu causa inferior longè perfectiori; igitur Deus neque in ratione existentis, neque in ratione obiecti terminatiui affectus voluntatis creatæ dicitur nobis vniucòcè voluntarius; sed æquinocè dumtaxat, & improprie.

Secundò dico, entia per participationem, licet quoad existentiam, voluntaria, minimè sint volenti, & nolenti; in ratione tamen obiecti terminatiui, vniucòcè, & simpliciter spontaneã referenda sunt.

2. Conclus.

Pri.

Prima pars huius conclusionis per facile suadetur: illud siquidem ab Aristotele fertur esse vniocè voluntarium, quod siuè elicitiuè, siue imperatiue dependet à volūtate, sed neutro modo præfata entia pendent quoad suam existentiam à voluntate: ergo non sortiuntur vniocam rationem voluntarij. Minor patet; quia nullum prius pendet à posteriori; atqui eiusmodi entia priora sunt omni nostra uolitione, seu nolitione ad ipsa terminatis: ergo nequibunt dependere à talibus operationibus. Minor propositio declaratur; quoniam inuentio thesauri inopinata, & amici occursum priores sunt superueniente complacentia. Similiter nummus aureus furto acquisitus prior vndequaq; est actione furandi, & totam suam dependentiam mutuatur ad causas naturales, & ad monetarium: igitur eiusmodi operationū obiecta potius dici debent (secundum suam existentiam) volita per extrinsecam denominationem, quā voluntaria.

Secundò probatur, ad rationem voluntarij requiritur cognitio non solum obiecti, & finis, sed etiam aliarum circumstantiarum: sed inuentio thesauri, amici occursum, & alia con similia obiecta non præsupponunt hanc cognitionem; igitur non erunt voluntaria. Maior propositio declaratur, quia voluntarium circa illud, quod scitur, est voluntarium, non verò circa illud, quod ignoratur, vt satis elucet in filio patrem vice inimici occidente, quæ certè occisio in ratione homicidij est voluntaria non verò in ratione partidij.

Secunda pars conclusionis probatur à diffinitione Scoti ex 2. Sent. supra relata: *voluntarium magis proprie sumitur pro eo, quod est in voluntatis potestate vt est actiua.* Tum sic præfata entia, in ratione obiecti terminatiui, verè, & vniocè sunt *in voluntatis potestate, vt est actiua*; igitur in genere obiecti terminatiui, vniocè, & simpliciter dicentur esse voluntaria. Minor probatur; volitio, & nolitio quas terminant prædicta entia, omnimodè cadunt subtrus nostræ voluntatis potestatem, vt est actiua: ergo etiam prædicta entia in ratione obiecti, recenseri debent cadere subtrus eandem: Antecedens patet ex fundamentis; nam prædicti affectus non solum quoad qualitatem absolutam, verum, & quoad relatiunculam illam sibi

annexam effectiue producuntur à volūtate nostra. Consecutio autem probatur, quia repugnat omninò prædictam relatiunculam extrà causam poni absq; comite obiecto ipsam terminante: qui enim fieri potest *actum furandi*, inuentionem thesauri, amici occursum, & superuenientem complacentiam quoad suas imitatiunculas, seu relatiunculas verè exerceri, quin præfata entia necessario tales terminent operationes; igitur quò istæ operationes secundum totam suam entitatem sunt in potestate nostræ voluntatis, eè talia entia dicentur esse in eiusdem potestate: Confirmatur, quia non cadit sub potestatem ipsorum obiectorum, sed ipsius voluntatis, quòd tales affectus terminentur ad talia obiecta: nam sæpèpius odio habemur, à quibus tamen potius diligi vellemus: & è contrà, interdum diligimur à quo nollemus diligi; vt patet in fæmina nobili dilecta à viro ignobili, ipsa toto conatu, totisque viribus renuente; non igitur est in nostra potestate obistere eiusmodi amori, & odio: & percõsequens in ratione obiecti terminatiui sub potestatem ruimus voluntatis alienæ; atquè aded non nobis, sed alteri dicemur voluntarij. Declaratur amplius; quia non est in mea potestate, quòd Petri dilectio quodam illam relatiunculam recensitam, non perueniat ad me vsquè; sicuti non est in filij potestate, quòd paternitas ipsius generantis non perueniat ad illum vsque.

Dicendum porrò est entia per participationem in ratione obiecti terminatiui vniocè, & simpliciter spõtanea esse, & voluntaria respectu operationum superuenientium, modò eiusmodi operationes sint immediatè à voluntate elicitæ, vt *Volitio*, & *Nolitio*, modò sint imperatæ, vt furari, & inuenire, &c. Certè vtraque harum operationum entitas tã absoluta, quàm relatiua, tã illud, quod dicitur *habere se ad se*. Quàm illud, quod dicitur *habere se ad aliud* effectiue producitur à voluntate, siue immediate, & per modum elicitionis, siue mediatè, & per modum imperij: ergo quoad vtrâque entitatem erunt plenè voluntariæ respectu ipsius voluntatis, & per consequens obiecta, ad quæ terminantur, vt sic, scilicet in ratione obiecti non sibi erant composibilia, sed voluntati, cuius operationem, necessario velint, nolint,

lin, ineuitaliter terminant: vere ergo dicentur voluntaria tali voluntati.

Conclus.

Tertia conclusio, multum interest horum obiectorum, & tormentorum, necisque Christi, & Martyrum, hæc enim utrobique; tam in ratione existentia quàm obiecti, fuere voluntaria Christo Domino, & Martyribus: entia autem nostræ Voluntati obiecta, in ratione tantum obiecti terminatiui, nobis voluntaria sunt (vt patet) non verò in ratione existentia, & hoc sibi vult Scotus, dum citatur in fauorem oppositæ sententiæ.

Obiect.

Sed obijciat quis: quemadmodum Ethiops niger secundum carnem, & Albus secundum dentes, simpliciter censetur esse niger, & secundum quid Albus, perinde videtur dicendum, entia secundum existentiam in voluntaria, & in ratione obiecti voluntaria, simpliciter quidem dictum in inuoluntaria, & secundum quid dumtaxat voluntaria. Tum sic, illud, quod secundum quid est tale, æquiuocè est tale, & non vniocè: ergo entia à nobis volita æquiuocè dumtaxat erunt voluntaria, & non vniocè, & simpliciter.

Resp.

Respondeo distinguendo maiorem: paradigma enim de Ethiope potest dupliciter sumi, vno modo absolutè, alio modo comparatiuè, seu relatiuè; certum est in primo sensu Ethiopem secundum quid esse album, & simpliciter nigrum. In secundo autem sensu potest esse simpliciter (non absolutè, sed comparatiuè) albus quoad dentes. Exempli gratia: constituamus vnum Ethiopem, qui duos dumtaxat habeat dentes albos, & ceteros omnes nigros causa alicuius morbi; & constituamus item alium Ethiopem, qui omnes habeat dentes candidos, hic quidem simpliciter diceretur albus, quoad dentes, & ille prior secundum quid diceretur albus secundum dentes. Sic ergo in proposito, quia non cadit in meam potestatem obistere amori diligentis me, & odio inimici: merito dubio procul in ratione obiecti censetur mihi inuoluntarius, & alteri voluntarius.

Contrà verò Christus Dominus, & eius Martyres, quia per miraculum, Lupos conuertebant (sæpe sapius) in agnos, & ex Mammona iniquitatis sibi faciebant amicos, ideo sibi erant voluntarij potius quàm Tyranno; hoc igitur in sensu obiecta à nobis volita, & noli-

ta dicuntur nobis in ratione obiecti simpliciter voluntaria, non quidem absolute, & in toto genere voluntarij, sed comparatiuè, & arctato genere, scilicet in genere obiecti.

SECTIO VI.

Vtrum in passionibus reperiatur ratio voluntarij.

Negatiuam sententiam defendere moliantur Neotherici illi quatuor Doctores sapientissimi, qui pro viribus voluntarij rationem ad solas coarctare nituntur actiones, & quamuis tristitiæ, metui, gaudijque eam concedere videantur exinde ad hoc citur, quod hos animi motus actiones esse reputent, non passionem, vt videre est apud Ioannem de Salas tractatu 2. disp. 1. pagina 622. col. 2. vbi tristitiam, & latitiam, actus vocat à voluntate elicitos; & est communis illius S. holæ sententia, vt inferius patebit alia in disputatione.

Salas. tract. 3. disput. 1. fol. 622. col.

Oppositam sententiam tenet Scotus pluribus in locis in 3. dist. 15. q. vnica, §. Vterius, vbi tristitiam passionem esse recèset, & in 4. dist. 49. q. 7. docet delectationem esse passionem realiter distinctam ab operatione. Idem docet de gaudio in 4. dist. 49. q. 7. §. Respondeo, & tandem pluribus in locis in eiusmodi passionibus voluntarij astruit: quæ diuersæ sunt ab operationibus, tam elicitis, quam imperatis.

Scot. 3. d. 15. q. vnica. §. Vterius & in 49. q. 7. §. Resp.

Quò circa meminisse oportet Sectionis octauæ, Disputationis tertiæ, tomi secundi meorum in quartum Commentariorum, vbi edocuius latitiã, & cupiditatem versari circa bonum cui inhiamus: tristitiam verò, & metum circa malum, quod reuincimus: cum discrimine tamen; quia cupiditas versatur circa bonum futurum, latitia verò circa præsens quod iam fruimur: metus versatur circa malum imminens, tristitia circa præsens, quod iam nos inuasit.

Secundò edocuius, ex consensione boni quod futurum credimus causari cupiditatem; latitiã verò ex consensione boni, quod nobis adest: metum è diuerso diximus influit ex dissensione mali, quod imminere suspicamur, Tristitiam tandem ex malo nobis hærente.

Dicendum est, has quatuor passionem. Conclusio.

ratione qua passiones sunt, & distinctæ prorsus ab operationibus eas influentibus, esse voluntarias uniuocè, & propriè, vt latissimè probauimus per quatuor conclusiones: legenda est tota illa sectio, nempe septima, & octaua tom. 2. disp. 3. pag. 69. Tùm præambula, Tùm fundamenta, conclusiones, argumenta, & responsiones, hæc satis sint pro hac sectione, & prima disputatione.

Conclusio
Sco in 4. d.
45. q. 3. art.
1. §. Præterea.

DISPUTATIO II.

De discrimine voluntarij,
& liberi.

SECTIO I.

Vtrum in Brutis reperiatur voluntarium?

Grego. de
Val. disp. 2.
p. 1.



REGORIVS de Valentia, disp. 2. pūcto 1. metaphoricè dūtaxat, ac valdè æquiuocè eis adscribit voluntarium: eò videlicet: quia

voluntarium per modum actus illud cōfetur esse, quod à principio intrinseco cum finis cognitione promanat: atqui bruta nequeunt finem cognoscere: igitur neque actus elicere voluntarios.

Tùm secundò voluntarium dicitur à voluntate, quæ longè abest à brutis igitur neque voluntarium inerit ipsis.

Item de ratione voluntarij est libertas cuius omninò est impos brutum; ergo.

Communior sententiã, & veritati magis consona ea est, in brutis omne illud spontè fieri, quod ab eorū procedit appetitu circa obiectum præcognitum: in aliis verò agentibus, quæ pondere ducuntur solius naturæ, & non cognitione, methaphoricè solummodo constitutum in voluntarium: quo in sensu spontè lapis dicitur ima petere, & ignis summa; quia ille suapte grauitate, deorsum hic leuitate sursum tendit. Hæc certitur Scotus amplexus sententiam in 4. dist. 45. q. 3. art. 1. §. Præterea, dum ait: *Ita species delectabilis, qua remanet in*

phantasia mouebit appetitum sensitium ad querendum illud tanquam delectabile. Tunc sic: huic quæstioni prodeunti ab appetitu sensitio bruti, & terminata ad obiectum delectabile præcognitum cōuenit diffinitio voluntarij Aristotelica imò, & Scotica: ergo propriè, & uniuocè erit voluntaria. Minor propositio declaratur nã diffinitio Aristotelis est huiusmodi: *Voluntarium dicitur quod est à principio intrinseco cum cognitione, vel scientia singularum, in quibus est actio: id est obiecti, finis, & circumstantiarū, quæ omnia materialiter utique cognoscit brutum, quod satis superque videtur esse ad rationem voluntarij; consilic nobis Scotus in calce citati §. dicen s. Quādo cibus præsens mouet appetitum ad sumendum, statim phantasma virga percussantis simul mouet, & per consequens, ut tristabile ad fugiendū: & si ex magna frequentia imprimatur phantasma huius, ut valdè tristabilis magis retrahit à delectabili, quam delectabile alliciat ad seipsum: Illud igitur phantasma virgæ creberrimè percussantis representat non solum ipsam percussione, verum etiam circumstantiam excessus ratione cuius circumstantiæ cognitæ fugam capit bestia relicto pastu: interdum contra derisa castigacione fundum ingreditur viridem; quia iucundi pastus delectabilitas præualet pali icibus, & cuius tristabili imminenti; quia igitur brutum animal con similes circumstācias defectus, & excessus materialiter saltē cognoscit, indè efficitur, vt modo huc, modo illuc se se vertat; & certè Scotus licet in corpore citati, §. obnixè, contēdat brutis animalibus memoriã subtrahere, omnēque; præteritorum recordationem seu apprehensionē præteriti, vt præteriti; postea tamen in sequenti, §. Sustinendo, totum ipsis concedit, dicens: *licet probabiliter, possent actus brutorum saluari non ponendo memoriationem proprie in eis, sed solum imaginatiuam cognitiuā obiecti; quod est præteritum; tamen ea, quæ videmus in actibus eorum, facilius saluantur ponendo in eis memoriã, id est cogitionem præteriti, vt præteriti.**

Si igitur brutum cognoscit habitudinem præteritionis, quare (quæso) ordinem: mediorū ad finem, & huius ad media non apprehendet?

Igitur in Schola Doctoris valdè videtur probabile bruta animalia, formales.

finis, ac mediorum nedum materiale dignoscere. Totam mehercule illa doctrina, quam Scotus tradit de nidificatione animi, de industria fornicarum, de vindicta canis læsi, & de mutua accepti beneficii compensatione fauet nostræ conclusioni; quæ expresse tenet Philosophus, 3. Ethicorum cap. 2. *Sed, quod sponte fit, ad plura se se extendit: est enim & pueris, & animalibus cæteris nobiscum commune: electio verò non est communis.*

En quomodo libertatem deliberatiuam seu electiuam adimit pueris, brutisque animalibus, rationem verò voluntarij libenter concedit.

Damasc. 2.
de fide cap.
24.

Astipulatur item Damascenus 2. de fide, c. 24. *Sed ne illud quidem prætereatur, quod pueri, & Bruta sponte quidem faciunt, at non item ex electione.*

His addiderim quod dato etiam bruta animalia obiectum solummodo prænoscant sibi iucundum, vel molestum, & nihil præterea; id satis est ad hoc, ut appetitus bruti simpliciter vniocè censeatur voluntarius, namque cognitio illa singulorum exactissima, quam ad rationem voluntarij videtur exigere Philosophus solum requiritur ad voluntarium, in suo genere perfectissimum, non verò ad vniocè spontaneum præcisè: ad hoc siquidem sufficit materiæ circa quam notitia (sicut exempli gratia) ad hoc, ut subiectum sit album perfectissimè, opus est albedine ut sex, vel octo, tamen ut sit album simpliciter, & vniocè, satis erit albedo, ut vnum.

Similiter ut aliquod ens vniocè vniocans in gradu præstantissimo, opus erit vnitatem, ac conuenientiam specificam aethera, cuiusmodi est hominis vnitatem, ac concinitatem respectu indiuiduorum, ac verò ut simpliciter sit vniocum, longeciterior gradus est sufficiens. Enim verò ens reale transcendens, ac superuolans Deum, & creaturas, absolutum, relatiuum, & substantiam, & accidens, verè, & simpliciter vniocè nostra fatetur Schola, tamen remisso vniocationis gradu; sic ergo in proposito, ad hoc ut affectus elicited ab appetitu bruti simpliciter vniocè sit voluntarius; quæuis circa obiectum præcurrens apprehensio erit satis. Cui profectò affectui, etiam conuenit definitio Scotica, quæ est huiusmodi. *Voluntarium communiter, & magis proprie, sumitur pro eo, quod est in voluntatis potestate, ut est actiua.* Igitur quid-

quid à voluntatis bruti actiuitate, efficienter, vel elicitive procedit circa obiectum apprehensum, merito dicetur voluntarium; crediderim enim (idquæ cõsone doctrinæ Scoticæ ut inferius patebit.) Hoc nomen voluntas ita vniocare appetitum sensitiuum; atque hoc nomen appetitus vniocat appetitum rationalem; tamen si anthonomasticè nomini voluntatis, liberam, ac intellectuam concipiamus facultatem, nomine verò appetitus sensitiuam. Consultit nobis Diuus Augustinus 5. de ciuitate c. 9. *Corpora igitur magis subiacent voluntatibus, quadam nostris, id est omnium animantium mortalium, & magis hominum, quàm bestiarum, quadam verò Angelorum; sed omnia maxime Dei voluntati subacta sunt.*

D. Aug. 5.
de Ciuit. cap.
9.

Obsequitur item Sanctus Ambrosius primo de vocatione gentium cap. 2. vbi vltra voluntatem rationalem sensualem in homine astruit de qua quadragesimo capite inquit: *sensualis voluntas quam, & carnalem possumus dicere, non erigitur supra eum motum, qui de corporis sensibus nascitur.* Fauet etiam Scotus in 4. dist. 49. q. 10. & aliis in locis, dum in voluntate rationali duas inspicitur constituere formalitates, libertatem scilicet, & inclinationem naturalem. Et licet secundum alterutram tantum nempe secundum libertatem sit libera, tamen secundum utramque est voluntas simpliciter, & per consequens etiam appetitus sensitivus licet impos prorsus sit libertate, merito dicetur esse voluntas vniocè, & tandem voluntarium proprie, & vniocè dicetur quidquid efficitur ab ea imperfectum. Tamen instar animalium ex putrefactione emergentium, quæ licet imperfectissima, vniocè tamen sunt animalia.

D. Ambros.
1. de vocatione
gent. cap. 2.

Scot. in 4.
d. 49. q. 10.

Ex his patet solutio ad argumenta initio Sectionis allata.

Ad primum neganda est minor propositio: imò bruta animalia finè agnoscunt saltem materialiter, & licet multa alia ignorent, id non officit, quò minus actus elicited circa tale obiectum vniocè sit voluntarius; tamen si alio ex capite sit etiam inuoluntarius; non enim repugnat vnum, & eundem actum, secundum id quod scitur esse voluntarium, & secundum aliud quod ignoratur esse inuoluntarium, positivè, vel negativè, ut patet in nece Patris vice inimici ignoranter perpetrata.

Ad

Ad secundum etiam negatur minor propositio: superius siquidem differuimus appetitum sensitium vniuocè esse voluntatem.

1. Obiect. Ad tertium negatur antecedens: nam voluntarium latius patet quam liberum. Sed obijciat quis cū Aristotel. 3. Ethicorum c. 1. *In ijs, quæ sua sponte quis agit laudes, & vituperationes versantur.* Tūc sic: Laus, & vituperiū in solis rationalibus, & liberis operationibus reperitur: ergo ratio voluntarij ad ipsas coarctatur, quin ad bruta luxurietur.

Resp. Respondeo ad maiorem propositionem, Aristotelem sibi velle laudes, & vituperationes solum reperiri in genere voluntarij, sicut rationale in genere animalis, indè tamen non sequitur totum voluntarij genus collectiue esse capax laudum, & vituperationum, perindè atque vniuersum animalis genus rationale esse minimè potest.

Minorem propositionem distinguo; vel tanquam in specie, vel tanquā in genere: in primo sensu concedo ipsam, in secundo nego.

2. Obiect. Secundo obijciat nobis D. Gregorium Nissenum lib. 5. Philosophiæ c. 3. *Voluntarium enim, & inuoluntarium in ijs, quæ in nostra potestate sunt, consistūt.* Respondeo Sacrum Doctorem sibi velle, præstantissimum voluntarij, & inuoluntarij genus in operationibus liberis reperiri, in aliis verò secus; non tamen negat vniuocam ipsorum rationem inueniri in actibus appetitus sensitui, tam brutorum, quàm nostri.

2. Conclus. Secundo dico eiusmodi voluntarium vniuocum, quod in brutis reperitur non esse liberum, sed naturale, vt latius infra patebit.

Ita docuit Philosophus vbi supra, *et:io verò non est communis*: tam illa, quæ sequitur plenam apprehensionem obiecti, quàm illa, quæ sequitur conclusionē syllogismi practici, de quibus egimus to. 2. disp. 5. sect. 1. obseruatione 4. id est libertas nō se extendit ad infantulos, & ad bruta.

SECTIO II.

Verum voluntarium contractum ad liberum libertate contradictionis sit commune diuinæ ac humanæ voluntatibus?

Constat ex supra allatis voluntarium habere se instar generis, libe-

rum autem instar speciei; quod sanè, quia apud Scotum interdum sumitur; vt distinctum necessitati, & interdum vt opponitur naturalitati, indè vrgemur in præsentiarum de vtroque sigillatim discutere, num videlicet ambob conueniant, Tūm, Deo, Tūm hominibus, & quomodo etiam inter se se discriminentur primo igitur loco differendum venit de voluntario per libertatem indifferentiæ contracto, an commune sit nostræ ac diuinæ voluntati.

Quò circa Scotus in 2. d. 37. q. 2. §. *Propter igitur istas rationes, voluntatē intellectualem in cōmuni sumptam, sub diuisit in humanam, & diuinā, quas in duas species docet ipsā cōtrahi per limitationē, & illimitationē, per indè atq; animal per rationale, & irrationale, in brutum descendit, & hominem: notāda sunt eius verba. Ita in proposito illam differentiam specificam, qua voluntas in communi contrahitur ad voluntatem creatam, quæ contractio, vel differentia, quia nos modo latet circum loquimur eam, per hoc, quod est esse limitatum, vel defectibile vel ex nihilo.* Enim verò, quomodo differentia, inquit superius, dicitur accidere generi, eodem modo illud, quo voluntas nostra specificè est hæc voluntas, accidit voluntati in communi: quia voluntas in communi est perfectio simpliciter propter quod ponitur formaliter in Deo.

Scot. in 2. d. 37. q. 2. §. Propter igitur.

Con similia verba subtexit deliberate in communi infra d. 44. q. Vnica, *Ad Anselmum dico, quod libertas absolute est perfectio simpliciter; Vnde formaliter ponitur in Deo secundum eundem: libertas in nobis est limitata, potest tamen considerari secundam rationem eius formalem sine illa limitatione, & tunc, non est perfectio limitata, sed perfectio simpliciter, exemplum: sapientia est perfectio simpliciter, & illius ratio est in nobis, non tamen sic, sed cum limitatione: ita quod sapientia nostra includit, duo quorum alterum est perfectio simpliciter, alterum non.* Ita dico, quod hæc voluntas cuius speciei, quæ est in nobis includit libertatem, quæ est perfectio simpliciter, sed non eam solam, sed cum limitatione, quæ limitatio non est perfectio simpliciter. En quomodo limitatio, & illimitatio sunt differentie contractiue tam libertatis quàm voluntatis in communi recensitæ, veluti cuiusdam generis in diuinam, & humanam tanquàm in species.

Scot. 2. d. 44. q. vni.

In presentiarum igitur sciscitatur num detur libertas indifferentiæ, seu contradictionis præcendens à limitatâ, & illimitatâ, & communis utriusque.

Vel si malueris dicito: sensum tituli quæstionis esse utrum detur libertas opposita necessitati, communis diuinæ, & humanæ; & contrahibilis in utranque per differentias limitationis, & illimitationis.

1. Conclu.

Dico primò velle contingenter, & liberè libertate contradictionis est commune, Tum nostræ, Tum diuinæ voluntati. Hanc conclusionem tenet Doctor multis in locis, in primo d. 8. q. 5. §. *Ad argumenta*, & d. 39. q. 5. & aliis locis: & probatur quia in primis, neminè latet, voluntatè nostrâ in via cōtingēter ferri in quæcūquæ obiecta; imò, & in patria docet Scotus ipsâ contingētia saltè intrinseca cōtingēter in obiectū prouehi Beaticum: de diuina etiam quis dubio fluctuet liberrimè cōtradictoriè extrâ operari: notanda sunt Scoti verba in citato, §. *Remanet: ergo libertas illa, quæ est per se perfectionis sine imperfectione, scilicet ad opposita obiecta: ita quod sicut voluntas nostra potest diuersis volitionibus tendere in diuersa volibilia: ita illa voluntas potest vnica volitione simplici illimitata tendere in quacunque volibilia.* Et confirmatur verbis eiusdem Doctoris inferiuscule habitis: *quia sicut voluntas nostra, et prior naturaliter suo actu, ita elicit actum illum, quod possit in eodem instanti elicere oppositum, ita voluntas diuina in quantum ipsa est sub volitione, est prior naturaliter tendentiæ tali, & ita tendit in illud obiectum contingenter, quod in eodem instanti possit tendere in oppositum obiectum, & hoc tam de potentia Logica, (quæ est non repugnantia terminorum) quam de potentia reali.* Quia igitur simplex illa Dèi volitio quasi elicita præcisè in se recensita est indifferens ad eiusmodi oppositas tendentiæ rationis, quas fundat, vel ad reales dependentias quas terminat, inde constiterit diuinam voluntatem in ordine ad extra esse liberam libertate contradictionis, indifferentiæ, seu continentiæ, & per consequens con similem libertatem esse communem; & inuocam tam nostræ, quam diuinæ voluntati; adèd vt istæ sint veræ, ac ingenuæ propositiones. *Nostra voluntas est libera libertate contradictio-*

Scot. in 1.
d. 8. q. 5. &
d. 38. q. 5.

nis. Dei voluntas est libera libertate contradictionis. Interest tamen utriusque, nam illa prior æquipollet vniuersali saltem in via; posterior vero particulari: quandoquidem Deus non respectu cuiuscunq; obiecti est contingenter amans, & volens, sed respectu dumtaxat finiti, & limitati, vt expressè insinuat Scotus in primo dist. 38. q. vnica, §. *Ad primum istorum*, dicens: *quia libertas contradictionis non est ad intrinseca, quæ quasi præcedunt actum eius, sed libertas eius est ad omnia factibilia.* Idem docet dist. 39. quæstio. vnica, §. *Quantum ad secundum articulum*; dicens, dico, quod voluntas diuina nihil aliud respicit necessariò pro obiecto ab essentia sua; ad quodlibet igitur aliud contingēter se habet, ita quod posset esse oppositi, &c. Consultit etiam nobis Doctor Angelicus prima parte, q. 19. art. 3. cuius hæc sunt verba: *circa diuina igitur volita hoc considerandum est, quod aliquid Deum velle est necessarium absolute, non tamen hoc est verum de omnibus, quæ vult. Voluntas enim diuina necessariam habitudinem habet ad bonitatè suam, quæ est proprium eius obiectum, unde bonitatem suam esse Deus ex necessitate vult.*

Scot. 1. d. 38.
q. vn. & d.
d. 39. q. vlt.

D. Tho. 1. f.
p. q. 19. art.
3.

Secundò dico præfatam libertatem esse in Deo perfectionem simpliciter. Hæc conclusio satis inclusa apparet in verbis superius relatis, & probatur ex Anselmo in suo Monologio c. 14. *Perfectio simpliciter est quæ in quolibet habente illam, est melius habere ipsam, quam nō habere.* Id est, perfectio simpliciter est, quæ in quolibet habente illam est melior quocunq; incompossibili sibi. Tūc sic: libertas indifferentiæ in operationibus ad extra melior est in Deo, quam necessitas opposita: igitur erit perfectio simpliciter, minor propositio patet: quia agere necessariò ad extra summam argueret in Deo imperfectionem.

2. Conclu.

Ansel. Monolog. c. 14

Notanda sunt verba Doctoris in 1. dist. 10. q. vnica, §. *Aliter dico*: vbi hanc excitat quæstionculam; *sed queritur ratio a priori, siue causa, quid sit, per quod voluntas ista dat necessitatem isti productioni, nimirum Spiritus Sancti? Respondeo*, inquit, *quod nec voluntas infinita ex se sola, dat necessitatem amori producto, comparando ipsam, ad quodcumq; obiectum: nec solum obiectum amatum (quod est finis) comparatum ad quamcumque voluntatem dat necessitatè actui volendi, vel*

Scot. 1. d.
10. q. vni.

productioni amoris. Idque probat sic: Quia voluntas non est principium necessarium producendi aliquem amorem alicuius obiecti, nisi sit necessarium principium amandi illud obiectum: voluntas autem infinita non est necessarium principium producendi amorem suum comparando illud ad quodcumque obiectum: Hanc eandem consultius doctrinam Gabriel Vazquez eadem fermè Scoti repetit verba in prima secundæ disput. 33. dicens: *Contingentiam seu indifferentiam libertatem operationis esse perfectionem operantis, non absolute, sed comparative, hoc est, liberè contradicторiè, & cum indifferentia operari, non comparatione cuiuscunque obiecti, sed respectu alicuius esse maiorem perfectionem, quam necessario operari.*

Doctor sibi non constare: sed si rectè perpendamus eius asserta, facile perspicimus ipsum liberam voluntatem confundere cum velle actuali, quasi elicto, quòd sanè contingenter; & non necessario transit supra creaturas, vt expressè docet Scotus in 1. d. 8. q. 5. §. *Ad argumenta pro opinione Philosophorum, dicens: Velle est sua essentia, tamen contingenter trahit supra hoc obiectum, vel illud.*

Scot. 1. d. 8. q. 5.

Non igitur sibi contradicit Gabriel Vazquez, quin potius nobiscum sentiat in parte, ipsissima penè verba, ac Scoti sententiæ sibi arrogans voluntatem liberam Dei imbibere in se perfectione simpliciter, versati sumus tom. 1. disp. 53. sect. 2. obseru. 6. hæc sint satis.

SECTIO III.

Vtrum libertas condistincta naturalitati, & contrahibilis per differentias necessitatis, & contingentie sit communis Deo, & homini?

Neminem latet Scholæ Doctoris Angelici nullam in Deo cognoscere libertatem, nisi in ordine ad extrâ; eam nimirum, quæ cum contingentia coincidit, & cum indifferentia ad esse, & ad non esse rerum, vt apparet prima parte, quæst. 41. articulo 2. vbi eiusmodi extant verba: *Eorum igitur voluntas principium est, quæ possunt sic, vel aliter esse, eorum autem, quæ non possunt, nisi sic esse, principium natura est, vbi consequenter, ac concinè ratiocinans docet voluntatem Patris, & Filij esse principium Spiritus Sancti, vt natura quædã est, & non vt libera: Ad tertium, inquit, dicendum, quòd etiam voluntas in quantum est natura quædam naturaliter vult, & amat seipsum, sed circa alia d se voluntas Dei se habet ad vtrumque, & Spiritus Sanctus naturaliter procedit.* Et Gabriel Vazquez in annotationibus ad tertium Articulum, quæst. 19. hanc in epilogum redigit conclusionem. *Voluntas Dei necessario diligit suam bonitatem; cetera autem, quæ propter suam bonitatem diligit, liberè vult; his addunt cultores huius Scholæ apud Sanctos Patres virosque alioqui sapientissimos, illud solummodo appellari liberum, quod esse, & non esse potest.*

1. Opinio D. Tho. 1. p. q. 41. art. 2.

Vazquez in 3 anno-ta. ad 3. artic. q. 19.

Gab. Vazq. 1. 2. disput.

32

Obiect.

Sed fortassis videbitur alicui prædictus Doctor sibi non constare: quando quidem Tomo 1. in primam Diui Thomæ partem disput. 80. capit. 2. cernitur insinuare libertatem contradicторinis in Deo, rationem perfectionis simpliciter minimè sortiri. *Est igitur, inquit, voluntas libera Dei essentia diuina significata per modum actus vitalis, & affectus elicti, cum re vera sit ipsa substantia Dei: includit tamen habitudinem etiã quandam rationis ad res futuras, quæ liberè Deo conuenit, sicut etiam res liberæ futura sunt. Cum enim hæc relatio consurgat ex fundamentis non necessarijs, nempe ex rebus ipsis, & obiectis futuris, ipsa etiam habitudo liberè Deo conuenit, non intrinsecè, sed extrinsecè solum denominatione, quam Deo conuenire, & non conuenire: non est absurdum: ergo cum velle liberum Dei non solum includat essentiam, sed cum tali respectu, etiam si libera voluntas possit Deo adesse, & abesse, nihil sequitur absurdi. Et inferiusculè subdit: Eodem modo de præscientia philosophati sumus, videlicet eam esse ipsam Dei substantiam, quæ alijs cognitio est creaturarum possibilem, addito respectu solum rationis ad res futuras, quarum dicitur præscientia, ita vt si res futura non essent, Deo quidem deesset præscientia, sed non scientia. Sic igitur, si res futura non essent, non esse in Deo libera voluntas cum illo respectu libera. Et hinc concludit contra Caietanum, non esse aliquam realem Dei perfectionem ipsi intrinsecam, quæ liberè ei conueniat. En quomodo apparet iste*

Resp.

2. Opinio
Scot. in 4.
d. 43. q. 4.

Oppositam sententiam tenet Doctor multis in locis in 4. dist. 43. quæst. 4. Naturalitas enim aliquando pertinet ad principium actuum, & tunc opponantur sibi liberum uno modo; & alio modo supernaturale. Nam agens naturale, vel naturaliter dicitur, quod opponitur libero, quia agit necessitate naturali; sed voluntarium, vel liberum, quod seipsum determinat ad elegendum; & illo modo loquitur Philosophus 2. Physicorum, Textu 49. Dividens naturam contra agens à proposito, & 9. Metaphysica, capitulo 2. & 4. de potentijs actibus rationalibus, siue liberis; alio modo ex parte principij actiui; naturale dicitur, quod habet naturalem ordinem actiui ad passum; & supernaturale, quod excedit omnem talem ordinem naturalem, & illo modo quodcumque agens causatum dicitur naturale, & solum agens increatum, dicitur supernaturale; in his sane verbis satis perspicue insinuat Doctor, naturam, & essentiam libertatis inniti in quadam ingenna actiuitate opposita ex diametro actiuitati, quæ appellatur naturalitas actiua, & non, quæ nuncupatur necessitas actiua, vt inuente cernuntur Thomistæ in supracitatis eorum assertis. Id ipsum docet Scotus in 1. dist. 10. quæst. vnica, in capite quæstionis dicens: *contra; Augustinus 5. de Trinitate cap. 14. Spiritus Sanctus exit à Patre quomodo datus, & non quomodo natus; exire per modum dati, vel doni, conuenit producta per modum voluntatis, cuius est ex libertate sua dare, vel donare.* Et inferiusculè §. Ad quæstionem, inquit, principia productiua non possunt reduci ad maiorem paucitatem, quàm ad adualitatè, scilicet principij productiui per modum nature, & per modum voluntatis. Ambo ista principia sub natione propria sua ponentur in Deo, vt est primum produciens. En quomodo in Deo constituit Doctor productiuitatè per modum nature, & productiuitatem item per modum voluntatis, seu libertatis inter sese oppositas; priorem illam in intellectu, seu memoria secundam: posteriorem autem in voluntate, vt patet hisce in verbis: *In Deo autè est formaliter voluntas ex natura rei, & hoc sub ratione principij productiui libertatis respectu amoris.* Eandem geminatam actiuitatem astruere videtur in creaturis, dum ait, *ad quæ tanquam ad perfectam*

Philos. 2.
Phyf. 1. 49.
& 9. Metaph.
c. 2. & 4.

Scot. 1. d.
10. q. vn. in
cap. quæst.

stat tota redactio principiorum: nimirum tam in creaturis quàm in Deo, idem omnino docet quodlibeto 19. §. De secundo articulo, vbi inquit. *Disco quod cum necessitate ad volendum stat libertas in voluntate.* Et superius in calce primi articuli dixerat: *hoc saltem certum videtur, quod voluntas diuina necessitatur simpliciter ad volendum bonitatem propriam: cum qua necessitate docet coherere libertatem oppositam naturalitati actiua, vt patet in verbis superiusculè citatis, & rursus infra: voluntas diuina necessariò vult bonitatem suam, & tamen in volendo eam est libera.* Ex dictis potè manifestè apparet, tam in Deo, quàm in creatura rationali reperiri duplicem libertatem, alteram, quæ opponitur necessitati, & coincidit cum contingètia, seu indifferentia contradictionis, & aliam, quæ opponitur naturalitati actiua, & est cõpossibilis cum necessitate, interdum siquidè cum hac; & interdum cum contingètia associari inuenitur: enim uerò Deus liberè necessariò seipsum diligit, & Spiritum Sanctum producit; creaturas è diuerso liberè contingenter amat. Igitur in Dei amore erga creaturas libertas stipatur contingètia in Dei ipsius amore, & in Spiritus Sancti productione consociatur summa necessitate; similiter voluntas nostra viatrix liberè contingenter diligit Deum: in patria autem dum est beata liberè necessariò saltem extrinsecè amat ipsum clarè visum. Igitur eiusmodi amore beatifico libertas opposita naturalitati actiua est comes necessitati, & in amore vitico est contubernalis ipsi contingètia, & indifferentia contradictionis.

Quò circa est obseruandum nostræ voluntatis contingèciam esse duplicem alteram intrinsecam, & aliam extrinsecam, illa prior nequit à nobis extrahi, forasque procul mitti, nisi per necessitatè intrinsecam ipsi voluntati; posterior verò à causa extrinseca expelli potest, maximè si superior, ac præstantior ipsa voluntate sit, & nimis urgeat in prædeterminando, vt accidit in patria; de quo latius infra.

Dico primò, libertatem condistinctam naturalitati, esse cõmunem humanæ, & diuinæ voluntatibus. Probat, quia vterq; tam homo, quàm Deus ipse quædam operatur per modum nature, nimirum intelligere, & generare: & quædam per modum libertatis, vt pote amare, &

Quodl. 19.
§. De 2. ar.

1. Conclu.

spi.

spirare: igitur libertas condistincta naturalitati communis est Deo, atque homini, per indè atque naturalitas opposita libertati est communis utriusque; voluntas si quidem, siuè diuina sic siuè humana, semper, & vbiq; operatur liberè, & nusquam per modum naturæ, vt latius infra patefcer.

2. Concl.

Secundò dico, præfata libertas naturalitati condistincta, quatenus est contrahibilis per necessitatem intrinsecam, & per contingentiam item intrinsecam, non est communis Dei, & hominis voluntatibus. Hanc conclusionem tenet Scotus in 1. dist. 4. §. contra 4. articulum, & in 4. dist. 49. q. 6. & aliis in locis, & probatur, quia nostra voluntas, tam in patria, quam in via, vtrouique operatur contingenter contingetia intrinseca, & vsq; agit necessariò necessitate intrinseca; igitur libertas, vt cõtrahibilis per necessitatem intrinsecam; & per cõiungentiam intrinsecam, non est communis Deo, & hominibus: consequutio benè infertur antecedens differtur infra probandum Sectione sequenti.

Scot. 1. d. 4. §. cõtra 4. art. & 4. d. 49. q. 6. & 2. libi.

3. Concl.

Tertiò dico, libertas opposita naturalitati, si consideretur quatenus est contrahibilis per necessitatem extrinsecam, & per contingentiam item extrinsecam, vt sic, non est communis Deo, & hominibus. Patet: quia Dei voluntas à nullo extrinseco agente vrgeri potest ad agendum necessario, sed solum à semetipsa, & à diuina essentia sibi tummè, & intimè identificata: igitur præfata libertas, vt contrahibilis per necessitatem extrinsecam, non est communis Deo, & homini.

4. Concl.

Quartò dico, prædicta libertas, vt absolute contrahibilis per necessitatè, & contingentiam, communis utriusque est, tum diuinæ, tum humanæ voluntati. Patet: quia vtraque modò operatur necessariò, & modò contingenter; nam diuina erga amorem diuinæ essentia, & Spiritus Sancti spirationem, necessariò se gerit; erga creaturas contingenter similiter nostra voluntas necessariò extrinsecè saltem Deum clarè visum amat, ipsum verò sub fidei caligine latentem, & cætera quæque obiecta contingenter prorsus diligit.

5. Concl.

Quintò dico, libertas condistincta naturalitati, vt contrahibilis per necessitatem intrinsecam, & per contingentiam seu per libertatem indifferetia tali

necessitati oppositam, vtroque modo conuenit diuinæ voluntati. Patet: nam Deus, & se ipsum necessariò, & creaturas diligit contingenter, vt superius exploratum est: ergo vtrouiq; sibi conuenit præfata libertas.

SECTIO IV.

Appendix; in quo nitatur libertas opposita naturalitati, & rursus in quo sistat hæc contraria naturalitas.

THomistæ obnixè contendunt præfaram naturalitatem omni ex parte cõincidere cum necessitate operandi ad vnã determinatam partem; libertatem verò cum indifferetia agendi ad vtramuis partem prorsus conuenire, quam sententiam ingenue explicat Vazquez Tomo 2. in primam Diuini Thomæ partem disp. 161. cap. 3. dicens: *Explicatur deinde sententia Sancti Thomæ ex analogia ad agentia per naturam, quæ naturalia dicuntur, quia solam vno modo naturali operantur: modus enim proprius agendi naturæ est necessarius, & quasi alligatus ad vnã partem; ergo cum voluntas hoc modo operatur cum aliqua determinatione, rectè dicitur operari naturaliter; aut operari, vt natura, contra verò, cum proprium sit rationalis agentis indifferenter ad hanc, vel illam partem operari, propter indifferetiam rationis, Tunc operatur; vt voluntas cum ad vtrumuis operatur eumque liberè opponatur alligato, & natura sit quasi alligata ad operationem, quia ad vnã partem necessario determinata est; ideo liberum rectè, & communiter dicitur, quod indifferens est; dicitur, & tunc voluntas operari liberè, cum operatur indifferenter vt voluntas; tunc autem naturaliter, cum operatur vt natura. Sic diffiniunt libertatem Hieronymus Epistola ad Damasum de filio prodigo, &c. & inferiorius subdit: esse autem dicendam quandam voluntatem naturalem, quandam verò liberam, docuit Nicetas libro 3. Theophrasti fidei capit. 19. his verbis; naturalis voluntas hominis, vt Sancti Basilii, & Cirilli authores sunt, est vite amor; omni enim homini, vita, & lucis fruitio clara est: ecce hæc est communis, voluntas*

1. Opin.

Vazq. to. 2. in 1. par. D. Tho. disp. 161. c. 3.

Hier. Epist. ad Damaf.

Nicetas. li. 3. Theof. fid. cap. 19.

gnomica porro, seu scientes voluntates in nostra natura multe sunt: alius enim homo priuatim secum agere vult, alius edificare, &c. Gnomica idest libera voluntas.

Suar. lib. 6.
de orig. c. 4.

Eidem fuet sententiæ Suaretijs libro 6. de originibus c. 4. prope finem dicens: *libertas aliquando opponitur coactioni, & sic verum est illum actum* Quo Deus se diligit esse liberum, idest libenter factum, proprie verò, & magis absolute loquendo, libertas opponitur necessitati, & hoc modo non potuit Scotus asserere illam actum esse liberum, immò expressè fatetur esse necessarium: non video autè, cur negauerit vocandū esse actum naturalem, quia quòd sit ex intrinseca inclinatione, & determinatione voluntatis ad vntē respectu talis, obiecti, illa autem determinatio voluntatis naturalis est quia voluntas suam habet naturam: ergo non repugnat voluntatis actum esse naturalem, & sumendo liberum solum pro spontaneo nō repugnat actum esse simul naturalem, & liberum illo modo, qui melius dicitur voluntarius.

2. Opin.
Scot. in 1.
d. 10. q. 1.
quodl. 16.
art. 2. & in
4. d. 43. q.
4.

Oppositam sententiam tener Doctōr in primo dist. 10. q. 1. & quodlibeto. 16. art. 2. & in 4. dist. 4. q. 4. cuius supra iā citata verba notatu sunt digna *Naturalitas*, inquit, *aliquādo pertinet ad principium actiuum, & tunc opponitur, sibi liberum, nam agens naturale, vel naturaliter, dicitur quod opponitur libero: quia agit necessitate naturali: sed voluntariū, vel liberum, quod seipsum determinat ad agendum.* Ex his coniciunt intulerim naturalitatem, esse determinationem ad vnum prodeuntem ab ipsa natura: *liberatum*, verò quasi negationem talis determinationis.

Notari etiam debent alia; quæ ibidē habentur verba. *Principia productiua nō possunt reduci ad maiorem paucitatem, quā ad dualitatem, scilicet principij productiui per modum naturæ, & per modum voluntatis.* Quod si perconteris quid vnūquodque horum sit? Respondeo, *productiuitatem per modum naturæ, esse supra dictam determinationem ad vnum.* Vel potius esse actiuitatem causæ, vel principij cum tali modo determinationis ad vnum, *productiuitatem verò per modum voluntatis, esse actiuitatem, seu potentiam actiuam cum negatione talis naturalis determinationis: vel cū modo positiuo seipsam determinandi ad agen-*

dum, siuè se se determinet necessariò, siuè contingenter hoc enim nihil interest immo (inquit Doctōr) *cum necessitate ad volendum stat libertas in voluntate, nimirum operatiuitas volitionis, & amoris cum modo positiuo sese determinandi ad amandum, cui modo positiuo hæret negatio naturalis determinationis insitæ principio, vel agenti naturali.*

Præterea petet quis, ostendito nobis quodnam sit naturale principium conspicuum prædicto illo modo determinationis ad vnum? huic dubio respondet Doctōr q. 16. quodlibetorum prope finem dicens: *Respondeo omne agens naturale, vel est omninò primum, vel si est posterius, erit ab aliquo priori naturaliter determinatum ad agendum.* Vt exempli gratia, intellectus diuinus, est primus inter omnes agentes naturales condistinctos causis, seu principiis liberis, & noster item intellectus est præuius voluntati elicenti, & imperanti: & agentia creata vt ignis, lapis, cum in suos determinatos tendant fines, dicuntur ab aliqua priori causa rationali saltem à prima, & diuina moueri seu determinari.

Obiecto.

Resp.

Omnia porro eiusmodi naturalia principia sunt conspicua modo quodā sibi innato, & intrinseco determinationis ad vnum, & hinc infert voluntatem non esse principium alligatum prædicto modo determinationis naturalis. Quare? *Quia voluntas numquam potest esse agens omninò primum, sed nec potest esse determinata naturaliter ab aliquo agente superiori quia ipsamet est tale actiuum, quod seipsum determinat in agendo sic intelligendo, quòd si voluntas aliquid necessariò velit, non tamen illud velle causatur naturaliter à causante voluntatem, etiam si naturaliter causaret voluntatem, sed posito actu primo, quo voluntas, est voluntas si ipsa sibi relinqueretur, etsi posset contingenter habere, vel nō habere hoc velle, tamen seipsam determinaret ad hoc velle, quando igitur dicitur quòd naturale principium non potest magis determinari, quam quòd necessitetur respondere licet necessarium sit summè determinatū, quo ad exclusionem indeterminationis ad vtrumlibet; tamen aliquòd necessarium aliquo modo est magis determinatum, quam aliud, sicut ignem esse calidum, vel cælum esse rotundum est determinatum à causante, dante simul esse cæli, & rotunditatem, sed graue est determinatum ad desensum, non*

non habito actu descēdēdi ab ipso generante, sed tantum ab ipso principio naturaliter determinatio ad descendendum: voluntas autem causata si necessario vult aliquid, non sic est determinata à causante ad illud velle, sicut graue ad descensum, sed tantum à causante habet principium determinatiuum sui, ad hoc velle.

Concl.

Dicendum est hoc discrimen versari inter naturalitatem, & libertatē, quod naturalitas consistit in modo positio determinationis ad vnum; libertas verò innititur in modo positio se ipsam determinandi ad agendum. Primā partem conclusionis probo: in illo præcisē nititur naturalitas alicuius agentis, quo posito, ponitur ipsa, & quo ablato aufertur sed posito præfato ad vnum determinationis modo in agente, ponitur naturalitas, & sublato, aufertur: ergo indicium euidens est naturalitatem agentis consistere in prædicto modo determinationis ad vnum. Maior propositio neminem latet: minorem probo: nā posito consimili modo in virtute cognitiua intellectus, in virtute descensoria lapidis, & in nativa vi calefactoria ignis, &c. rectē cōcludimus eiusmodi causas esse naturales, & subtracto ipso, cōuincimus non esse naturales: ergo.

Secundam partem probo: nam oppositorum eadem est disciplina: ergo sicuti in igne positio determinationis ad vnum & negatio determinatiuitatis sui arguit naturalitatem oppositam libertati, notanda sunt Doctoris verba: *voluntas autem causata si necessario vult aliquid, non sic est determinata à causante ad illud velle, sicut graue ad descensum, sed tantum à causante habet principium determinatiuum sui ad velle.*

SECTIO V.

Appendix.

Verum ligamen subortum ab infinita perfectione obiecti, & potentia quod diuina voluntas quasi ligatur ad necessario diligendum essentiam diuinam detrahbat libertati eius?

Affirmatiuam sententiam tenēt discipuli Doctoris Angelici præter;

tim Suarius, & Vazquez, vt patet ex eorum assertis supra transcriptis.

Scotus negatiuam tutari cernitur in locis citatis.

Pro cuius decisione obseruandum est, aliud esse principium actiuum se se determinare ad vnum, & aliud ipsum iam vel suapte natura (cuiusmodi est *agens omnino primum*) vel ab aliquo agente superiori, esse determinatum ad vnum.

Enim vero voluntas diuina adeo necessario sese determinat ad amorem diuinæ essentia, & ad productionem Spiritus Sancti, vt nequeat ad oppositum fieri; cum quo tamen stat ipsam suoapte pondere non esse determinatam ad vnum nempe ad talem amorem, & productionem, instar ignis ad comburendum, lapidis ad descensum, & intellectus ad cognoscendum. Quod sanè discrimen exinde facile quisque perspiciet, quod diuinus intellectus, quia suapte ratione est ad vnum determinatus, ideo indiscriminatim naturali pōdere ad cuncta fertur obiecta, tam ad creabilia; quam ad increabilia, seu diuina. Cæterum perfectissima illa voluntas licet necessario in diuinam feratur essentia, tamen in creaturas contingenter prorsus vehitur, & liberè libertate contradictionis; vt expresse insinuat Doctor hisce verbis iam supra citatis: *Dico quod voluntas diuina nihil aliud respicit necessario pro obiecto ab essentia sua; ad quodlibet igitur aliud contingenter se habet, ita quod posset esse oppositi, sed percontaberis vnde proueniat diuinæ voluntati, quod necessario sese determinet ad productionē Spiritus Sancti, & ad amorem essentia? Respondit iam Doctor supra, id prouenire partim ab infinitate voluntatis, & partim ab infinitate diuinæ essentia, neque enim alterutra præcisè est sufficiens, sed vtraque est necessaria. Quod sola infinitas potentia volitiua non sit factis, innuit Doctor his verbis: *nec voluntas infinita ex se sola dat necessitatē amori producto, comparando ipsam ad quodcūque obiectum.* Quasi diceret: si sola præcisè infinitas potentia daret necessitatē amori producto, vel quasi producto; proculdubio; actus amandi in quacunque sese necessario extenderet obiecta, etiam creata. Patet: quia in eo euentu, talis amor totam sui latitudinem necessitatem sumeret à potentia præcisè, & independentem ab infinitate obiecti, igitur*

1. Opinio Suar. Vazq.

2. Opinio Scot. locis citatis.

Dubi

Resps

Obiectio.

Solutio.

tur pondere huius morricis necessitatis in cuncta diffunderetur obiecta, instar cognitionis diuini intellectus, quæ pendere suo pte in creaturas vsque luxuriatur possibiles, producendo eas in illo esse diminuto rationis proprio, & distincto, ab esse eminentiali, quod habent in essentia, & indistinctum ab ipsa. Dices fortassis etiam diuinam voluntatem ferri actu complacentiæ in eiusmodi esse diminutum: Respondeo id ita esse, non tamen ei supperaddit aliquod nouum esse reale, sed solum complacet in facto intellectus in vniuersalitate cognitionis necessariò, in esse autem proprio creaturæ contingenter.

Similiter quòd sola infinitas obiecti nempè diuinæ essentiæ non sufficiat ad hoc, vt diuina voluntas necessariò sese determinet ad eius amorem, insinuat Doctor his alijs iam supra citatis verbis. *Nec solum obiectum amatum comparatū adquamcumque voluntatem, dat necessitatem actui volendi, vel productioni.* Quasi diceret, si hæc ductiua amoris necessitas oriretur à sola infinitate obiecti, nimirum diuinæ essentiæ. Tunc nostræ voluntatis amorem duceret necessariò ad amandum Deum; quod tamen falsum esse ex eo apparet, quod in beata etiam patria ipsum diligimus contingenter intrinseca contingentia: & quamuis necessariò necessitate extrinseca, ipsum Beati diligant, eiusmodi extrinseca necessitas non oritur ab obiecto viso, sed à diuina voluntate in genere efficientis supremæ, vt patebit inferius.

Secundò est obseruandum ligamen cuius meminit titulus sectionis, & Gabriel Vazquez meminerat loco in 4. nostra sectione citato, esse duplex, vnum quidem, quod operatiuam potentiam respectu omnis, & cuiusuis sui actus, & obiecti, absolutè, & simpliciter ligat ad vnā partem, aliud verò, quòd secundū quid, id est respectu alicuius peculiaris actus, & obiecti eam constringit ad vnā determinatam partem. Primum vtique illud ligamen coincidit cum naturalitate, & est in composibile cum libertate, secundum è contra coincidit cum libertate, & est in composibile cum naturalitate, huic siquidem repugnat vnde quaque non esse determinatam respectu omnium suarum operationum, vt patet in igne, intellectu, lapide, &c. exemplo rem illustrare conor: constituamus

tres homines, quorum duos Petrum, verbi gratia, & Paulum, Deus in biuio creet, & Tertium nimirum Franciscum in dextera semita, quæ ortum sumit à tali biuio; hoc sanè in euentu, certum esset Franciscum suapte quasi creatione esse determinatum ad iter faciendū per eiusmodi dextram semitam: alios verò duos minimè, quòd enim creati sunt in biuio, eò censentur constituti in quadam *indifferentia*, biuium si quidem natura sua est quædam *indeterminatio*, seu *indifferentia*.

Sed vt integrius nostræ consulamus sententiæ operè pratum est, inter Petrum, & Paulum in *biuio*, conditos, & inter ipsas item semitas læuam, & dextrā inde prodeuntes aliud constituere discrimen; nimirum quòd semita dextra, & Petrus (per impossibile) sint infinita perfectione cōspicui; hoc certè in casu, Petrus partim à sua perfectione, & partim ab ipsius semitæ infinita perfectione, quodam quasi ligamine necessitaretur dextram carpere viam; Paulus autè secus, imò esset in plena indifferentia, & sub indeterminatione, seu contingētia ad dextram, vel læuam carpendam viam.

Nunc igitur applicando hoc simile, quæstionis nostræ fini præ intento, sat perspicuum est causam naturalem sese habere instar Francisci in dextra semita creati; qui sanè omninò est extra *biuium* extrā *indeterminationē*, & extrā *indifferentiam*. & per consequens omni ex parte cernitur esse sub *determinatione*, sub qua in primo sui esse fuit à Deo positus quin per biuium transiret, vel inde recederet aliquando tanquam à termino à quo.

Secundò certum est diuinam voluntatem in ordine ad creaturas se habere instar Pauli in biuio constituti, qui necundè necessitatur determinatum arripere iter, quin potius est plenè indifferens ad vtrumuis, siuè dextrum siuè læuum.

Tertio tandem satis intelligibile arbitror præfatam voluntatem in ordine ad productionem Spiritus Sancti, & diuinæ essentiæ dilectionem habere se instar Petri in eodem biuio constituti, qui mehercule ab infinita (per impossibile) sui, & dextræ semitæ perfectione, necessitetur illam carpere, & non læuam, tamen eiusmodi necessitas ipsum verè in

binio reperit, ibique quasi ligat, & necessitat, ne sinistram, sed dexteram carpat viā. Longè porrò diuersum est hoc ligamen ab eo, quo Franciscus ligatur in dextra semita conditus, vt patet inuenti.

Tertiò est obseruandū meminisse oportere conclusionē superioris Sectionis, in qua recensuimus naturalitatem inniti in modo quodam positio *ex se determinationis*: libertatem verò in modo positio seipsam determinandi, declarato tamen per hanc negationem *ex se nō determinationis* insitam sibi quasi à parte interiori, qua mediante, ceu acuta quadam hastula bellum inicit contra modum agendi naturæ. Necessitas igitur prouenit ab infinita perfectione Tum ipsius potentie, tum obiecti, inuenit voluntatem diuinam in hoc binio *ex se non determinationis*, & illā quasi ligans necessitat, vt sese determinet ad diuinæ essentiæ dilectionem. Et hoc est, quod Scotus sibi vult dùm ait, quod non sit hæc necessitas præuia ad voluntatem: id est non præcedit illam *ex se non determinationem*: nam si præcederet, proculdubio deferret secum *ex se determinationem*, & per consequens naturalitatem. Est, ergo eiusmodi necessitas inquit concomitans, ita quòd ipsa intelligatur cadere sub voluntate sic, quòd voluntas propter firmitatem libertatis suæ, sibi ipsi necessitatem imponit in eliciendo actum, & in perseverando, siue figendo se in actum.

Conclu.

Ligamen necessitatis subortum ab infinita perfectione, tum obiecti, tum potentie non detrudere libertati, quò minus voluntas diuina in quasi eliciendo amore erga diuinam essentiā se gerat vt libera. Hanc conclusionem tenet Doctor locis supra citatis eamque tam ipse, quàm alij Scotistæ largè probant, & diuersis ad hoc obeundum munus vtuntur argumentis, quibus omis- sis, causa vitandi molestiam, iis, ego dùm taxat vtar, quæ præcisè faciunt intento tituli sectionis. Perindè necessitas se habet ad libertatem in agendo, atque se habet contingentiā ad naturalitatem, sed contingentiā sæpe sepius comitatur naturalitatem, quin ei vllam irroget iniuriam; ergo, & necessitas poterit associare libertatem absque, eò quod in eius vergat detrimentum, maiorem propositionem declaro: nam op-

positorum eadem est disciplina; Tunc sic; naturalitas, & libertas sunt vel oppositæ differentiæ vel oppositi saltè modi diuidentes principium actiuum: necessitas item, & contingentiā immediatè inuicem aduersantur, igitur sicuti contingentiā se geret cum necessitate, ita necessitas se geret cum libertate: minorem primi syllogismi probò: nam ignis eatenus contingenter ligna comburit vt falsim ab eis suffocetur præsertim si viridia sunt, similiter lapis suo descensu frustratur ab impediēte, & intellectus suis functionibus, & sic de cæteris, & nihilominus consimiles contingentiæ non euacuant eorum in operando naturalitatem, nequè aliqua ex parte illi detrahunt; ergo.

Ex his patet quid respondendum sit ad argumenta: ad rationem Gabrielis Vazquez dico modum proprium agendi naturæ esse necessarium, & ligatum ad vnam partem, per ligamen *ex se determinationis*, quo vtique ligamine nusquā ligatur volūtas dum necessariò se flectit ad actū amoris obiecti infiniti, sed alio distinctissimo concomitante, vel quasi superueniente sibi antecedenter præconstitutæ in binio, *ex se non determinationis*, quo in binio consistit libertas radicalis opposita naturalitati, & quamuis vtraque infinita perfectio obiecti, & potentie requiratur ad hoc vt diuina voluntas ab hoc binio necessariò sese trāfferat in determinationē, vel in dilectionē essentiæ diuinæ, in hoc tamē transitu volūtas nō agitur, sed agit, eo præsertim quia in Schola subtili obiectū præstēsū voluntati ab intellectu nullam effectiuā causalitatem habet erga eliciendam volitionem: ergo multo minus eam habere poterit erga ipsam voluntatem. Notato verba Doctoris in 2. dist. 25. q. vnicæ, §. ad primam rationem, vbi sic ait. *Sol non potest illuminare posteriorem partem medij, nisi prius natura illuminet partem propinquorem, & tamen pars propinqua illuminata, non habet aliquam rationem causæ, respectu illuminationis partis magis distantis, quia, & ipsa immediate illuminatur à Sole immediate illuminatione causæ: unde esto quòd phantasiatio, vel obiectum apprehensum requiratur ad hoc, quòd sit volitio, non tamen requiritur nisi sicut causa sine qua non.*

Ad confirmationem Sanctorum idiotmati nixam, respondeo ipsos de libertate

Scot. 2. d. 25
q. vii.

te contradictionis sermonem texere; ad Nicetæ subdiuisionem dico volitiones naturali inclinationi consonas appellari apud ipsum voluntates naturales.

Ad modum ratiocinandi Suaretij eadem satisficit responsione, actum videlicet quo Deus, sumè necessariò se amat, appellari naturalem, quia valdè consonum naturali inclinationi, quo idioma te, & ipse Scotus vsus est quibusdam in locis, præsertim in 4. d. 49. quæst. 10. §. quantum ad secundum articulum, dicens: *Potest tamen dici naturalis, quia conformis est inclinationi naturali: propter quod dicit Augustinus in Enchiridio capit. 104. neque voluntas non est, aut non libera dicta est, quæ sic beati esse volumus, ut miseros nos esse, velle non possimus.* Loquitur de volitione concupiscentiæ vt patebit inferius.

Et infra; *Potest enim dici naturalis, quia conformis inclinationi naturali: tamen est actus liber: non tamen est velle de liberatiuum: quia deliberatio est eorū, quorum est electio: electio autè est eorum, quæ sunt ad finem, & est de conclusione, quæ deliberatiuè concluditur per syllogismum practicum.*

Dub. Percõtabitur quis, quid sibi vult Scotus dum in quæstione quodlibetali. 16. in fine secundi articuli astruit hanc obiecti onem; *contra gloriosus est quod secundum naturam habetur quam quod aliter habetur*, cui obiecti onem facit satis hisce verbis? *Respondeo, quod ex necessitate natura habetur velle, non necessitate tamen natura habetur obiectū.* Et inferiuscule: *ex necessitate natura habetur actus, sed nõ vult obiectum necessitate natura.* Quid sibi vult Doctor hac in responsione? *Respondeo genuinum commentum horum verborum haberi in meis Commentariis super quartum tomo priori, disp. 13. Sect. 7. vbi discrimen constituimus inter intellectum, vt intelligificem; & vt intelligentem; inter voluntatem, vt volificem, & vt volentem; vtraque enim potentia attingit obiectum non per absolutum operationis; sed per relatiunculam ei annexam legito illam sectionem.*

Secundò per contaberis; quòdnam iudicium ferendum est; de illa alia responsione, qua Doctor respondet huic interrogati onem: *in quo igitur est libertas volendi?* *Respondeo, quia delectabiliter, & eligibiliter elicit actū, & per manet in actū* *Respondeo hanc responsionem nudè,*

& præcisè sumptam, solū probare actū volendi necessarium esse voluntarium, & nihil præterea; cæterum si hæc verba connectantur cum aliis, quæ ibi habentur, sic, sufficienter explicatur differentia, quæ inter libertatem, & naturalitatem mutuatur. Hæc sint satis.

SECTIO VI.

Vtrum voluntas possit esse agens naturale respectu aliquarum operationum, & libera respectu aliarum?

Affirmatiuam sententiam tenet Doctor Angelicus in 1. parte, q. 41. art. 2. vbi docet spirationem Spiritus Sancti esse productionem voluntatis vt naturæ, & non vt liberæ. Quo circa Magister Bannez obseruat omnem libertatem, & omnem indifferentiam voluntatis fundari in natura ipsius, adeo vt voluntas quatenus potentia indifferens est, & libera, præsupponat seipsam, vt natura quædam est habens omnimodam determinationem.

Et hinc infert ipse omnè voluntatis liberæ operationem prodeuntem ab ipsa vt potentia libera est, præsupponere aliquam operationem ipsius naturalem, & necessariam saltem quoad specificati onem.

Hæc porrò Doctoris Angelici Schola recenset in voluntate, & rationem naturæ, & rationem libertatis, illam quippe priorem ista: quia primùm in vnaqueque re est ratio naturæ. Vndè consequenter sequitur voluntatem per prius operari vt natura quædam est, quam vt libera est. Gabriel Vazquez cap. 3. superius citato docet modum proprium agendi naturæ esse necessarium, & quasi alligatum ad vnã partem. Ex hoc deducit hanc illationem. *Ergo cum voluntas hoc modo operatur cum aliqua determinatione, rectè dicitur operari naturaliter aut operari vt natura: contra verò, tunc, operatur vt voluntas, cum ad vtrumuis operatur: & in fine capit. quarti docet modum perfectissimum operandi esse quidem naturalem, & liberum simul in eadem potentia, non in eadem operatione, sic enim pugnat, esse autem in eodem agente perfectissimum est.*

Suaretius libro 3. cap. 6. inquit amorem

1. Opin.
D. The. 1.
p. q. 41. art.
2.

Bannez ibi
dem.

Vazquez;
cap. 3. cita.

Suar. lib. 3.
cap. 6.

rem quo Deus diligit se non solum esse necessarium, sed etiam naturalem; quia est maximè connaturalis Deo, & quasi ex impetu naturæ eius. Et in Metaphysica disp. 30. Sect. 6. edocuit esse in Deo non solum vitalem appetitum, sed etiã in natum, quem naturæ pondus vocant. Ex illo ergo naturali pondere (inquit) intelligimus seipsum amare cum prædicta necessitate, & idè amor ille rectè dicitur naturalis Deo.

Et in Meta
phy. disput.
30. Sect. 6.

3. Opinio
Scot. locis
supracit.

Oppositam sententiam tenet Doctor locis supracitatis, ex quibus haud sub obscure nobis constat, agere per modum libertatis, seu liberè, & agere per modum naturæ, seu naturaliter, eò usque diuide re principium actiuum, vt nullo prorsus modo, eodem principio etiam respectu diuersarum operationum cohærere possint; habent se enim, vel instar differentiarum genus diuidentium; vel instar modorum intrinsecorum, verbi gratia, finiti, & infiniti, ens transcendētissimè superuolans ad se diuisim contrahentium, quàm obrem sicuti vnum, & idem ens finitum simul ac infinitum esse nequit, neque vni cum animal rationale iugiter, & irrationale, perindè vna, & eadem voluntas naturale principium respectu harum operationum, & principium liberum respectu aliarum nullatenus esse quiuuit.

Pro decisione huius controuersiæ obseruandum primò est, naturam, & essentiam cuiuscumque rei, & tandem abstractum cuiuscumque realis concreti esse principium quo totale operationum, quæ ab ipsis vniocantur, vel quæ sibi vt sic conueniunt, vt verbi causa *rationalitas* est principium quo vsus rationis prodeuntis à rationali vt rationale est: & *risibilitas* est principium quo risus produci à risibili, vt risibile est: & *flexibilitas* est principium quo fletus emitti ab homine vt flexilis est: & calor est principium quo caeteractionis fulgurantis ab igne vt calidus est: & forma substantialis ignis est principium quo ignitionis emanatis ab igne, quatenus ignis est. Fauet nobis Aristoteles multis in locis libro 1. magnorum moralium cap. 12. dicens; *Nam cum sit homo progenericis essetia ex principijs quibusdam, atque actionibus quibus efficit homo generans.* En quomodo Philosophus hominis essentiam appellat *progenericam*, & ipsam hominem appellat, *progenerantem*. Quo sanè in asserto sibi vult hominem ipsum in concreto recè-

Philos. 1.
Eth. cap. 12

situm, esse principium quo, totale generationis essentiam verò ipsius, vel humanitatem in abstracto esse principium quo totale eiusdem generationis, & libro 4. de partibus animalium, *nihil enim superuacaneum natura facit.* Et libro 1. de celo, cap. 4. *At Deus, & natura nihil faciunt frustra.* Supponit porrò naturam esse factricem operationum sibi conuenientium.

Ex his manifestè sequitur essentiam cuiusque rei constitutiua esse principium (in Doctrina peripatetica) quo totale operationum ab ipsa fulgurantium, earum potissimum, quæ ab ipsa vniocantur.

Scundò est obseruandum, iam in superioribus Sectionibus latè constitisse, in tota Schola Doctoris Angelici, voluntatis libertatem esse *in differentiam ad vtrumuis*; naturalitatem autem esse *quandam ex se determinationem ad vnum in agendo*. Illa porrò egregie Schoia in cunctanter tenet has oppositas in agendo differentias eidè in esse voluntati, licet non erga eandem eliciendam operationem, sed erga diuersas, vt supra dictum est.

Quò circa obseruat Magister Bannez, quòd licet voluntas considerari queat, vt natura, & vt libera, hæc tamen consideratio non cõstituit duplicem rationem potentia: quia ratio naturæ non importat gradum distinctum in ipsa voluntate, licet ratio naturæ sit communis, & quasi fundamentum libertatis: exemplum (inquit) est in anima rationali quæ principia intelligit sine discursu, conclusiones verò cum discursu, ceterum quia primus operandi modus est secundi fundamentum, non inconuenit eandem potentiam habere illos; sic ergo in proposito, quia modus ille prior quo voluntas operatur vt natura, quædam est, ordinatur ad modum eiusdem voluntatis operantis vt libera est, indè efficitur quod non reputentur diuersi modi.

Dico primò inintelligibile prorsus est, *ex se determinationem ad vnum* voluntatis vt naturæ, & *indifferentiam ad vtrumuis* eiusdem vt liberæ, non esse diuersos omnimodè, ac disparatos operandi modos. Hæc conclusio est contra prefatum Magistri Bannez ratio cinandi conamen, cui herclè luce meridiana clarius opponitur Philosophus libro 1. de par-

4. De par.
a uim. & 1.
de celo, c.
4.

2. Fundam

Bannez.

1. Coucl.

1. De partibus anim.
cap. 3.

partibus animalium cap. 3. dum alserit, *oppositis item diuidendum est: disant enim inter se opposita omnia.* Tunc sic: determinatio, & indeterminatio, differentia, & indifferentia in agendo, oppositiones quædam sunt, igitur perspicuo discrimine inuicem ditare censendæ sunt; & per consequens distinctos præferunt gradus, ac tandem, disparati modi, & non subordinati erunt. Fauet nobis Cicero primo de inuentione 58.

Cicero de inuent. c. 58. Geli. li. 11.

Disparatum autem est id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo sapere, & non sapere. Item Gelius libro. 11. *tot sententias in eandem rem, quasi aliud, atque aliud diceret disparauit:* Et Quintilianus lib. 5. cap. 10.

Quintil. lib. 5. cap. 10.

aliter disparata, ut dura nõ duris. Tunc sic: *determinatum ex se, & indifferens ex se;* per inde se habent, atque *sapere, & non sapere: dura, & non dura.* igitur distincta inter se, aut disparata ceteri debent, & non eadem: vel sub ordinata, idèitate, & sub ordinatione, qua superius, & inferius identificari, ac subordinari solent. Decipitur: ergo Bannez (alias Doctissimus) à toto aberrat cælo.

2. Conclu.

Secundò dico, impossibile omninò est hos oppositos, ac diuersos operandi modos eidem potentia convenire, hanc conclusionem probat noster Rada hoc argumento: potentia naturalis, & potentia libera sunt opposita potentie: ergo impossibile est eandem voluntatè diuidi in naturam, & in potentiam liberam. Antecedès patet ex Aristotele 9. Meraph. textu. 3. & 6. vbi liberum distinxit à naturali, consequutionem probat: quia tunc idem distingueretur in se, & in oppositum sui perindè, ac si homo distingueretur in hominem, & equum, patet: quia (vt supra obseruauimus) potentia naturalis, & libera, opponuntur inuicem sibi: sed distinctio qua distinguitur idem in se ipsum, & in oppositum sui, est prorsus absurda: ergo. Cõfirmatur quia vnica potentia nõ potest habere geminum operandi modum oppositum, atque diuersum, sed agere libere, & agere naturaliter sunt modi oppositi immediatè diuidentes potentiam actiuam: ergo impossibile est voluntatem operari nũc per modum nature, & postea per modum libertatis. Minorem propositionem declaro: nam in Schola Scoti agere liberè est opera-

Rada.

9. Meth. 2. 3. & 6.

ri indifferenter ad vtrumuis, agere autè naturaliter est operari, *ex se determinate ad vnum, sed indifferenter, & determinate, sunt aduerbia opposita, & per consequens modi oppositi, vt supra patuit in prima conclusione.* Præterea proho ipse hanc conclusionem ex primo fundamento in hac Sectione præiactò: ex Aristotele: eadem essentia, quæ est constitutrix rei, est factrix operationum, quæ à tali procedunt vt eadem caliditas, quæ est constitutrix subiecti calidi, est etiã factrix calefactionũ ab ipso procedentium; & eadem rationalitas constitutrix hominis in esse hominis est progenitrix rationationum fulgurantiũ ab homine; & risibilitas constitutrix hominis in esse risibilis, est factrix actionis ridendi, &c. Tunc sic: ratio realis factrix operationũ naturalium voluntatis, est quædam, *in actu primo ex se determinatio ad vnum:* & ratio, vel realitas factrix operationum liberarum eiusdem, est quædam *in actu primo indifferentia ad vtrumuis:* Igitur hæc eadem determinatio ad vnũ, & præiacta *indifferencia ad vtrumuis,* erunt essentia constitutrix voluntatis in ratione potentia, implicat autem contradictionem eiusmodi *ex se determinationem ad vnum, & indifferentiam ad vtrumuis,* esse essentiam constitutricem voluntatis in ratione potentia: Ergo etiam implicat contradictionem easdem esse rationem, vel formam factricem operationum voluntatis, hanc pro syllogismi minorem probò: nam implicat contradictionem vnũ, & idem constituibile cõstitui per opposita constitutiuas voluntas autem est vnũ quid constituibile, *ex se autem determinatio ad vnum, & indifferentia ad vtrumuis,* sunt opposita constitutiuas: ergo implicat contradictionem eandem voluntatem in ratione voluntatis, vel in ratione potentia constitui per eiusmodi, *ex se determinationem, & per indifferentiam ad vtrumuis,* sibi oppositam.

Sed respondebunt Authores oppositæ sententia, eiusmodi, *ex se determinationem ad vnũ, & indifferentiam ad vtrumuis;* minimè opponi sibi inuicè proprie loquendo, quia non respiciunt eundem actum, sed diuersos; atque adè non inconuenit, quòd eadem potentia sit ex se determinata respectu vnus actus, & sit indifferens respectu alterius.

Euasio.

Sed hæc sanè responsio non euadit Cõfatatio, dif.

difficultatem, recensitis his realitatibus, ut constitutivis voluntatis in esse potentia. Paret: quia *productivitas ex se determinate* huius actus, & *productivitas cum indifferentia*, alterius actus verè sunt constitutivæ eiusdem voluntatis in ratione potentia; ergo in ratione constitutivorum vnum constitubile respiciunt, & non diversa, implicat autem contradictionem vnum, & idem constitubile constitui per opposita constitutiva; igitur dicendum est vndequaque repugnantum iri, eandem voluntatem constitui in esse *potentia* per se *determinata productivitate* vnius actus; & per *productivitate* cum *indifferentia ad utrumvis*, alterius actus.

Confirmo præfatum argumentum. Per vos: naturalitas activa: & libertas activa omninò repugnant in eadè operatione: ergo etiam prorsus repugnabunt naturalitas activa, & libertas activa, in eodem principio operante. Probo consecutionem: per inde se habent *naturalitas activa*, & *libertas activa*, respectu activi, quod constituunt: atque se habent *naturalitas passiva*, & *libertas passiva* respectu passivi, quod constituunt; sed sic est: quod omninò repugnat vnum, & idem passivum (per vos) constitui per libertatè passivam, & per naturalitatem passivam simul, igitur eodem modo repugnabit vnum, & idem activum constitui per *libertatem activam*, & per *naturalitatem activam*, simul. Consequentia bene inferitur, minor ba adversarijs conceditur maiorè declaro axiomate Philosophico in Scholis passim trito. *Eadè est via Thebis Athenas, quæ est Athenis Thebas.* Ergo eadem viget ratio, vel proportio activi ad passivum, quæ vigere cernitur passivi ad activum; & tandem utrorumq; eadè disciplina: igitur perinde se habet *naturalitas activa*, & *libertas activa* respectu activi, quod constituunt; atq; se habent *naturalitas passiva*, & *libertas passiva*, respectu passivi, quod constituunt.

Ex his elucet falsitas opinionis, & modi Theologizandi Dominici Banez, & Gabrielis Vazquez, nefas enim est, & veritati dissonum, diuidere voluntatem in naturam, & potentiam liberam, (ut probatum est) vel aliquam ei adscribere operationem in ratione naturæ recensitæ. Hoc sibi vult Doctor in 4. dist. 49. q. 10. §. *Quantum ad secundum articulum*

lum, dicens: *Quia voluntas respectu cuiuscunque actus est libera.*

Ad modum autè Theologizandi Suarezij respòdeo, amorem quo Deus se diligit fulgurare non quidem ex impetu naturæ, seu ex naturali pondere, neq; ex principio ex se determinato, sed potius ex principio necessario sese determinate ad quasi elicitionè talis amoris: in quo utiq; *sese determinare*, consistit libertas opposita naturalitati: ut diximus in 4. sect.

Ad exemplum autem, quod Magister Banez tradit de Anima rationali prima principia intelligente sine discursu & conclusionem cum discursu; respondet Scotus in 2. dist. 1. q. 6. agere cum discursu, & sine discursu non esse modos diversos, & oppositos, sed subordinatos instar animalis, & hominis; agere autem liberè, & agere per modum naturæ esse modos omninò oppositos, diversis necessariò principijs convenientes: quia principium activum prima sui divisione dividitur in liberum, & naturale: & mehercule inutilis prorsus evasio est, quam Thomistæ cominiscuntur quod scilicet quando vnus modus operandi ordinatur ad alium, possunt duo oppositi modi eidè in esse, quia talis ordinatio nihil cernitur esse præter præsuppositionem ex naturæ ordine, quæ sanè præsuppositio non tollit diversitatem simpliciter mutuatam: Paret: quia alioqui modus operandi intellectus non esset diversus à modo operandi voluntatis; quandoquidè ille huic præsupponitur necessario hæc sint satis pro sect. & disp.

Scot. in 2. d. 1. q. 6.

DISPUTATIO III.

Quid sit actus humanus & à quibus fluat causis?



Descriptio humani actus ex aetè decerpitur ex littera Doctoris in 4. dist. 6. q. 5. §. *Ad istam quæstionè*, hisce collecta verbis: *Actus humanus est ille, qui per intellectum & voluntatè causatur ab homine.* Consultat huic definitioni à nobis sic collectæ Doctoris verba: quæ ibi habentur huiusmodi, *proprie loquendo de Actibus Humanis, qui scilicet causatur per intellectum, & voluntatem ab homine, & coincidit*

Scot. in 4. d. 6. q. 5. §. 1. ita quæst.

C

cum

D.Tho. q.
1. art. 1.

cum diffinitione Doctoris Angelici q.
1. ar. 1. *Illæ ergo actiones propriè humane
dicuntur, quæ ex voluntate d. liberata pro-
cedunt. Ly deliberata idè sibi vult, ac ter-
minus ille nostræ descriptionis per in-
tellectum, Huius si quidem est delibera-
re, & voluntatis eligere.*

Alia diffinitio (vel potius eadem vbe-
rior tamen) potest exindè quibusdam
concinnè superadditis verbis enucleari:
*Actus humanus est ille, qui per intelle-
ctum, & voluntatem causatur ab huma-
no, non quidem fortuito, & casualiter, sed
cum intentione.* Favent huic descriptio-
ni sic exhaustæ illa Doctoris verba: *In-
tentio requiritur in quocunque homine
agente aliquid non fortuite, vel exercente
aliquem actum humanum.* Et inferius cu-
lè. *Actus autem, ad quem homo obligatur
debet esse humanus, non casualis vel for-
tuitus.*

Hanc diffinitionem inuenies explica-
tam ad mentem Doctoris subtilis tomo
1. nostrorum commentariorum disput.
23. sect. vnica, Observatione Secunda; &
omnis actus humanus, elicitur, vel im-
peratur à voluntate hominis, rationi
vtique, & præstantiori methodo consen-
tanè videretur, prius de causis elicitæ
actus differere, & post modum de his
quæ in imperatum vt cumque influunt:
sit igitur prima sectio.

SECTIO I.

*Vtrum volitio efficiatur à phantas-
mate?*

1. Opinio.
Gofredus
apud Scot.
2. d. 25. q.
vni.

PARTEM affirmatiuam tenet Got-
fredus apud Scotum in 2. distin. 25.
quæst. Vnica, cuius mox initio quæstio-
nis meminit Doctor dicens: *Dicit ergo
illa opinio, quòd intellectus agens non
mouet intellectum possibilem, nec vo-
luntatem, sed phantasma irradiatum ab
intellectu agente mouet immediate intel-
lectum possibilem: quia quamquàm vbi
sit phantasma, ibi sit intellectus: intel-
lectus tamen est alicubi, vbi non est phan-
tasma: & sic saluatur quòd mouens, &
motum sunt distincta subiecta: phantas-
ma igitur irradiatum immediatè causat
intellectionem, & volitionem immedia-
tione causa, sed non immedatione effe-
ctus; quia prius causat intellectionem quàm
volitionem.* Hanc igitur sic explicatam

Gofredi sententiam probat Scotus his
ce argumentis ab ipso decerptis, primū
est: oportet mouens, & motum subiecto
distingui, sed in parte intellectiua ani-
mæ nihil reperitur quòd subiecto possit
distingui à voluntate: ergo neque quòd
possit esse motiuum voluntatis. reperi-
tur in ea; & per consequens, foras exeu-
dum erit, talis motiui quæsitus gratia:
Tunc sic; & his quæ foris eminent, nihil
vicinius voluntati ipso phantasmate: igitur
huic soli adscribi debet tota vis mo-
tius rationalis voluntatis, totaque vir-
tus effectrix eliciendæ volitionis: propo-
sitionem primam probat Doctor: nam
ponere mouens, & motum subiecto non
distingui; est ponere idem mouere seip-
sum, quòd sanè, & rationi aduersatur, &
ingenuæ Philosophiæ: quia tunc, idem
respectu eiusdem esset in actu simul, &
in potentia, asserente Philosopho. 3.
Phisicorum textu comment. 17. *Tale est
mouens in actu, quale est mobile in poten-
tia.* Et confirmatur vltimò; quia hæc pro-
positio, *idem numero non potest seipsum
mouere,* est principium Metaphysicum,
quòd tollere, esset auferre principium re-
quirendi veritatem in Metaphysica.

3. Phys. tex.
com. 17.

Secundum argumentum ex Aristor.
2. Phisicorum Textu comment. 20. *Ma-
teria, & efficiens non coincidunt in idem
numero: ergo nec agens, & patiens; con-
sequentiã declaratur: quia patiens ratio-
nem sortitur materiæ; igitur neque uic
coincidere cum agente: ergo neq, mo-
bile cum mouente.*

2. Phys. tex
tu com. 20.

Tertium argumentum desumitur ex
Quinto Metaphysicæ Textu comen. 10.
*Mouens refertur realiter ad mobile: sed
eiusdem ad se ipsum non est relatio rea-
lis: hanc minorem probat, quia quæ rea-
liter sunt reatiua etiã realiter sunt op-
posita: est autem impossibile opposita
simul eidem competere: igitur relatio
eiusdem ad se ipsum est. impossibilis.*

2. Metha. t.
com. 10.

Quartum argumentum agens apro-
ximatum passo disposito agit necessa-
riò; ergo si voluntas esset causa actiua
suz volitionis, semper veller obiectum
sibi præsens. Antecedens probatur ex
Aristorele 2. de Anima, Textu comen.
52. *Sensus si esset actiuus semper ageret,
sicut ignis semper combureret, si haberet
combustibile præsens: quòd si responde-
rimus multū interesse ignis, & volunta-
tis; quia hæc liberrimè agit, ille minimè.*
Contra (inquit) saltè sequitur, quòd se per

2. De Aris.
t. c. 52.

po-

potest agere eum vult, & semper potest velle. Quod si secundo respondeamus obiectum apprehensum in phantasmate requiri tanquam causam sine qua non; vrget contra nos Gottfredus dicens, quod eodem modo possemus dicere quodlibet agere, in se: nā si lignum approximaturn igni comburatur, dicam eodem modo, quod ignis non comburit: sed lignum comburit, & ignis est causa sine qua non. Quintum argumentum omne agens æquiuocum est nobilius suo effectu: sed volūtas (data hypothēsi efficiat) est causa æquiuoca: ergo erit nobilior sua volitione; & per consequens, voluntas vt potestate. Volēs, erit, nobilior quā vt actu volens formaliter, quod absurdum omninō videtur.

Oppositam sententiam tenet Scotus, §. Contra illud de phantasmate: vbi sic arguit ad hominem: agens æquiuocum totale nobilius est suo effectu (vt ex professo probamus tomo 1. disp. 49. sect. 4. obseru. 3. vbi inuenies exactam intelligentiam agentium æquiuocorum) sed in sententia Gottfredi phantasma est agens æquiuocum totale intellectōnis, & volitionis; ergo erit nobilius omni intellectōne, & volitione. Igitur, & phantasiatio erit nobilior felicitate Philosophorum ipsam in intellectōne, & volitione constituentiam responderet Gottfredus huic argumento phantasma non absolute, & nudè, recensitum agere in intellectu possibilem, & in voluntatē, sed potius quatenus lumine intellectus agentis superfusum; dixerat enim supra, phantasma igitur irradiatum immediate causat intellectōnem, & volitionem.

Hanc vtique solutionem nullius esse momenti haud sub obscure ostendit Scotus hocce argumento: per te mouens, & motum subiecto debent distingui, sed lumen intellectus agentis irradians phantasma: Non est distinctum subiecto a voluntate, & intellectu: ergo phantasma non potest agere in ipsam voluntatem per ipsum, lumen, vel in intellectum possibilem: neque etiam intellectus agens in phantasma, cum non sit distinctum subiecto ab ipso.

Secunda ratio: in Angelis non datur phantasma, & tamen datur volitio, igitur eius origo, aliundè & non à phantasmate desumenda est. Ad confirmandam hanc sententiā subdit Scotus: Videmus autem, quod illi, cui natura dedit potentiam

vt possit augmentari, dedit ei potentiam augmentatiuam, actiuam, & effectiuam ad hoc, quod possit conseruari. Et mox subdit, & ideo absurdum est, quod nobilissima forma cuiusmodi est anima intellectiua, non habeat potentias actiuas suæ perfectiōnis accidentalis; & receptiuas eiusdem. Et quia non potest dari in talibus formis potentia actiua, & passiuā, quæ sint distincta subiecto cum non sint potentia organica, ideo non distinguantur subiecto: & ideo ibi erunt unitiuæ, sine distinctione ratione subiecti, non tamen sine distinctione formalis. Et inferiusculè. Item ostenditur in 4. libro dist. 49. quæst. 14. quod anima separata habet potentiam mouendi se ipsam, ad aliud, & aliud vbi; nām sic moueri, competit enti imperfectissimo: scilicet corpori: ergo à fortiori conueniet enti perfectiori. Perfectiōnes enim distinctæ in natura inferiori, debent esse unitiuæ, vel non negari esse in natura perfectiori, & ad quam inferior ordinatur: Item graua, & leuia suum efficiunt motum simul ac recipiunt, vt latè ostendit Scotus in 2. d. 2. q. 10. igitur non est necesse mouēs, & motum subiecto distingui, & per consequens Gottfredi argumentum non viget nos ad phantasma irradiatum aufugere, tanquā ad virtutem eliciendæ volitionis singularem, ac præcisam.

Ad primum argumentum Gottfredi responderet Doctor negando maiorem propositionem: & ad probationem inquit, nequē rationi, nequē ingenue Philosophiæ aduersari, quod idem sese moueat, immò experimento constat, (vt ita dixerim) plura tūm spiritualia, tūm corporalia suos concitare motus simul, ac recipere. Et dum vltterius vrget, implicari contradictionem, quod idem sit in actu, & in potentia simul respectu eiusdem: responderet id verum esse, si accipiantur actus, & potentia, vt sunt due differentie primæ entis: Sanè impossibile omninō est, vt album in potentia simul sit album in actu, quandiu est in potentia. Si autem actus, & potentia accipiantur vt sunt indifferentie principij; sic possibile est, quod idem sit in actu, & in potentia simul respectu eiusdem: vt lapis supra trabem detentus, verè dicitur esse in actu primo virtualiter effectiuo descensus, & simul dicitur esse in potentia passiuā, & receptiuā eiusdē; & dum de facto ruit ad ima, vere dicitur

tur esse in actu secundo efficienti talis descensus, & in potentia passiva simul, vel potius in actu passiva, & receptione talis descensus.

Quò circa obseruat Scotus quòd in agentibus uniuocis in quibus passum est formaliter tale in potentia, quale est formaliter agens in actu; ibi impossibile est, quòd idem sit in actu formaliter tale, & in potentia tale simul: sed potius necesse est ipsa subiecto distingui; vt experimur in igne, & aqua sibi approximata: ignis siquidè actu formaliter est calidus, & aqua similiter in potentia formaliter est calida: & sic necessariò distinguuntur, qui enim fieri potest, quòd vna, & eadem res simul in potentia, & actu formaliter sit calida?

Cæterum in agentibus æquiuocis, in quibus agens non est actu tale formaliter, & in potentia; ibi idem omninò subiectum poterit esse agens, & passum, vt accidit in lapide supra trabem detento, qui formaliter (vt dictum est) in potentia passiva est descendens: est inquam receptius descendens; & simul virtualiter actu est descendens: id est actu habet virtutem productiuam talis motus deorsum; talis autem virtus non est formaliter descendens, sed virtualiter, & eminenter dicitur descendens. Notato verba Doctoris: *Tamen in actione æquiuoca nūquam oportet hoc esse nobilius, & virtualiter tale.* Vult igitur, Scotus in agentibus æquiuocis idem respectu eiusdem posse esse simul in actu, & in potentia.

Obiectio.

Sed contrà agens virtualiter tale non potest sese constituere formaliter tale: igitur non solum in agentibus uniuocis, verum, & in æquiuocis erit impossibile, idem omninò subiectum esse agens, & passum. Antecedens probat Scotus: quia impossibile est habens aliquid modo eminentiori, fiat habens illud modo minus eminenti: Sed si agens virtualiter tale, faceret se formaliter tale, tunc subiectum habens aliquam formam modo eminentiori, fieret habens illam modo minus eminenti: ergo. Minor propositio patet in Sole virtualiter calido, & vnde quaque impossibili migrare in formaliter calidum; patet etiam in Deo in quo est virtualis potentia producendi asinus, vel in quo virtualiter perfectio asini continetur. Et tamen formaliter nequit esse talis.

Resp.

Respondet Scotus negando antece-

dēs illius eminentiæ: & ad probatio-
nē, negat maiorē syllogismi, & ad dno
exēpla in declarationē allata: Respondet:
*in talibus exemplis comitti fallaciā de nō
causa, vt causa; ratio enim quare Sol vir-
tualiter calidus nō potest fieri formaliter
calidus, nō est quia virtualiter est calidus;
sed quia caliditas est qualitas sensibilis,
qua non est nata recipi, nisi in corpore
mixto.* Similiter quare Deus nequit esse
formaliter Leo non est quia virtualiter,
& eminenter est Leo, sed ex eo, quòd
*est essentia simplicissima, in qua non potest
esse compositio rei, & rei, vel quia
perfectio Dei est infinita, & ideo non potest
recipere aliam, & aliam rem: vnde
consultò infert, Doctor eiusmodi pro-
positionem: nihil existens virtualiter
tale, vel modo eminentiori existens tale,
potest esse formaliter tale, esse simpliciter
falsā ex terminis, & si est vera (inquit)
non est vera nisi ratione materiae in qua
est.*

Ad vltimam confirmationem, qua in-
sinuat esse principium Methaphysicum,
idem non potest seipsam mouere, negat an-
tecedens: & rationem reddit dicēs: *quia
principia talia cognoscuntur esse vera no-
tis terminis, saltem à viro sapiente; sed
notis terminis illius principij, non patet
illud principium multis sapientibus esse
verum.*

Secundò respondet, quòd si nomine
potentia, intelligatur principium receptiuum,
& nomine actus intelligatur forma,
qua agens agit (vt supra obseruauimus)
Tunc illa propositio nihil aliud sibi
vult, quam quòd, nihil est receptiuum,
quòd habet rationem actiui, vel eminentioris,
sed hoc patet esse falsum de substantia
respectu propriae passionis, vel alterius
accidentis, cuius est actiua, & cuius est receptiua.

Ad secundum argumentum Respondet
Henricus quòd lib. 13. q. 1. r. volun-
tatem quatenus liberam efficere, & qua-
tenus appetitum recipere: quam respon-
sionem Scotus edicitur labefactare,
quòd voluntas (inquit) est ratio recipien-
di in quantum libera.

Quamobrem, aliter ipse Respondet,
Aristotelem nempe loquutum fuisse de
materia prima, qua est subiectum sub-
stantialis transmutationis: non autem
de subiecto receptiuo, seu transmutabili,
accidentali transmutatione. Enim verò
lapis passim sese trāsmutat à negatione
des-

Henric.
quodl. 13.
q. 11.

dencensus subter ipsum; & à loco sursū in ima deorsum. Aqua etiam calida, ab igne procul extracta, mox ab illo statu sibi violento, se transfert subter pristinam frigiditatem: manifestum etiam (inquit Scotus) est quod cum aqua calefacta redit ad frigiditatem, quod tota aqua agit, & tota patitur.

Secundò respondet dicens: *Materia, id est subiectum non coincidit in idem numero cum efficienti, quòd dicitur proprie efficiens distinctum contrà agens: sic enim efficere transit in materiam extrinsecam, sicut, & factio: sed non sic transit actio agentis, proprie loquendo de agente, cuius scilicet actio est tantum ad intra.* Influxus igitur quo lapis in semet influit descensum nō est proprie loquēdo factio, sed actio: quia non transit in externam materiam. Idem dicendum est de influxu quo ignis actiue se fert sursum: & de infrigidatione aquæ extra ignem eductæ: quòd enim eiusmodi functiones non transeunt in externam materiam, eò dicuntur se habere instar actionum immanentium, cuiusmodi sunt elicitio notitiæ in intellectu, & volitionis in voluntate, non exeuntium foras, sed in ipsa anima immanentium. Plura habes de actione tam immanenti, quàm transeūti in tom. 1. meorum operum, disput. 1. Sect. 2. §. quartum fundamentum.

Obiectio.

Sed mirabitur quis, quòd Scotus sibi velit voluntatem quatenus receptiuam volitionis esse liberam; cum tamen sæpe sæpius oppositum alibi edocuerit, præsertim in 3. distin. 13. quæst. 4. §. *Ad argumenta; vbi sic habet. Neque etiã illa fruitio si tantum esset in voluntate ut in subiecto, causata à Deo immediate, esset laudabilis, quia non esset in potestate fruētis.* Manifestè igitur insinuat Scotus voluntatem ut elicitiuam volitionis dici liberam, & non ut receptiuam eius. Et in 1. dist. 17. quæst. 3. ait. *Meritum est actus potentia libera, & secundum inclinationem gratiæ elicitus, acceptus à Deo, & premiabilis beatitudine, & ita mereri est sic agere.* En quomodo rationem libertatis in actiuitate constituit non in receptiuitate: igitur peperã nūc, in hac 25. d. q. 4. oppositum molitur suadere. Respondeo Doctorem subtilem hoc vnum decernere contrà Henricum, voluntatem nimirum non per distinctas ex natura rei formalitates, sed per eandem esse actiuam, & passiuam, seu recep-

tiuam volitionis. Notato eius verba. *Idò concedo, quòd per eandem realitatem primò est volūtas receptiua actus, & effectiua eiusdē, nec per aliã rationem, realem elicit, & recipit, nisi per aliã rationē causatam ab intellectu nostro.* Non igitur est receptiua secundum rationē appetitus, & actiua secundum rationem libertatis, sed vtrūq; munus obit secundum hanc ultimam. Id est formalitas libertatis specifica est receptiua, & actiua: hoc sibi vult Scotus. Sed contra plusculum videtur Doctor sibi velle; inquit enim, *est ratio recipiendi in quantū libera.* Respondeo negando antecedens: nā in hisce verbis nō innuit esse in libertate, vel potestate volūtatis recipere, vel nō recipere volitionē, vel nolitionē, semel elicitā; quoniam velit nolit, ipsam necessario recipit, sed solum insinuat vnicam simplicem voluntatis formalitatem esse elicitiuam, & receptiuam volitionis; patet: quia alioqui si libertatis ratio eliceret volitionē, & ratio appetitus reciperet, tunc appetitus denominaretur volens, & libertas solum diceretur, *volificens*, quod rationi prorsus est dissentaneum; lege meos Commentarios super 4. in tom. 1. disp. 1. 3. sect. 7. ibi enim edocui multum interesse intellectus, ut intelligens, & eiusdem, ut intelligentis.

Impugnatio
Respon.

Si hæc mea interpretatio nō tibi fuerit satis, accipe cōmentum Licheti asserentis Scotū hac in quæstione sibi velle, *voluntatē esse liberam formaliter denominationē, id est secundum quid, quia recipit actum liberè elicitū; esse autem simpliciter liberam, quia habet in potestate sua libere posse elicere talem, vel talē actum.* Libertas, enim volūtatis ex hoc attenditur, quia habet in potestate sua mere libere posse producere velle, & nolle respectu vnius & eiusdem obiecti; Et mox addit, *quia effectus denominatione extrinseca dicitur liber, ex hoc quod respicit causam libere producentem.* Igitur quemadmodum albedo recepta in pariete necessario ipsum denominat simpliciter albū; eò nimirum, quia simpliciter est albedo, & sicuti medius color, quia secundum quid est albedo, subiectū cui inhæret necessario denominat album secundū quid: ita proculdubio, quia volitio elicitā secundū quid, & denominatione extrinseca, sed libera, recepta in voluntate, & inhærens illi, necessario illā denominabit liberam, & per consequens eandem

Lichet.

Sco. 3. d. 13.
q. 4 & in pri
mo d. 17. q.
4.

Respond.

dem realitas simplicissima libertatis, vt elicitiva volitionis, vel nolitionis dicitur libera simpliciter, & vt receptiva dicitur libera secundum quid.

Ad tertium argumentum distinguit minorem: *relationes* (inquit) *reales sunt in triplici differentia, quaedam sunt relationes, quae habent dependentiam essentialem, vt causa ad causatum: aliae sunt relationes originis, quae tamen non habent dependentiam inter se, vt paternitas, & filiatione in diuinis: aliae habent dependentiam inter se accidentalem mutuo, vt mouens, & motum: motum enim non dependet essentialiter à mouente; quia non dependet nisi ratione illius accidentis, quod recipit: quid enim est de essentia moti praesupponitur motui. Prima duae relationes repugnant in eadem natura, vel persona, siue supposito. Secundae repugnant in eadem persona, vel supposito, quia nullum suppositum producit se: sed non repugnant in eadem natura, si illa est illimitata: sicut patet, quod in natura diuina est producens, & productum.*

Sed relationes tertio modo dictae, non repugnant in eodem, siue natura, siue supposito; quia idem potest acquirere sibi, & efficere in se perfectionem suam accidentalem, & sic accidentaliter dependere à se.

Ex hac doctrina deducit huiusmodi illationem: vnde dico, quod non repugnat ex ratione relationum oppositarum, vt oppositae sunt, quod non possint fundari in eodem: sed quia habent dependentiam essentialem. Nunc igitur respondeo ad minorem, quod eiusdem ad se ipsum non est relatio essentialis dependentiae, bene tamen relatio accidentalis dependentiae.

Ad probationem praefatae minoris, concedo maiorem, & nego minorem: immò opposita relatiua, quorum vnum non dependet essentialiter ab alio, sed accidentaliter tantum, possunt eidem conuenire. Notato verba Doctoris: dico quod relatiua realia denominatiue accepta, non sunt sic opposita; quod vnum de nominatiue acceptum, negat suum correlatiuum, vt scilicet, si est actiuum, ergo non est passiuum: sicut inferunt contraria, vt scilicet, si hoc est album, ergo non est nigrum: sed in abstracto, bene inferunt, vt si est actio: ergo non est passio; vel si est motio actiua, ergo non est motio passiuua: tamen non repugnant, quin possint simul esse in eodem, sicut repugnat albedo, & nigredo.

Ad quartum respondetur conceden-

do antecedens si sermo sit de agente naturali, & negando consequentiam. Ad probationem, negat Scotus rationis paritatem: ratio enim, quare sensus exterior agens per impossibile, inde pendet ab obiecti concursu, semper sentiret ea est; quod scilicet ipse est prima inter potentias animae, id est eius effectus non dependet ab aliquo effectu, sed solum à suis causis: igitur si sensus exterior esset actiuus independenter ab obiecti concursu, & haberet in se principium sufficiens effectiuum sensationis independenter ab obiecto (vt dictum est) proculdubio ipse semper ageret; sed sic non est de intellectu (inquit Scotus) & voluntate: etià si independenter à suis obiectis agerent, sicut de facto voluntas agit: quia volitio est effectus posterior intellectione naturaliter, & intellectio phantasiatione; & propter illum ordinem necessarium, non potest causari volitio à voluntate, nisi prius causetur ab intellectu intellectio; & simile est de intellectione respectu phantasiationis, vel phantasiationis: quamquàm igitur sensus semper ageret: vel sentiret si esset actiuus independenter ab obiecti concursu, non tamen oportet hoc dicere de voluntate totali causa suae volitionis, nec etià de intellectu si per impossibile absque comite concursu obiecti, eliceret intellectionem.

Ad vltimam instantiam de ligno sui calefactuò respondet Doctor multum interesse actionis perfectioris, & actionis corruptioris, nam ad illam inclinatur ipsa natura; ad hanc minimè. Quamobrem rationi est consentaneum, quod potest iam perfecta, & nobilis, cuiusmodi est voluntas, sit elicitiva operationis sui perfectioris, nimirum volitionis, vel nolitionis. Non tamen sic est rationabile, quod aliquod ens agat ad corruptionem sui. Verba Doctoris sunt: *rationabile est quoddam nobile perfectio animae, cuiusmodi est voluntas, qua anima est in actu primo, possit exire in actum secundum, quo anima formaliter perficitur in actu secundo, nullo alio actiuo requisito: Sed ad huiusmodi passiones, quae sunt calefieri, & humectari quibus corrumpitur natura ligni, & non perficitur, non potest poni rationabiliter ipsum lignum habere actum primum, seu principium actiuum, quo actiuè presente igne sicut causa sine qua non solùm reducat se ad actum illum secundum, quo natura ligni corrumpitur.*

Sed

Obiect.
Licheti.

Responda

Sed urget Franciscus Lichetus dicēs: *Nonne viuentia habent in potestate sua actiua. actionem, qua se corrumpunt?* Respondet: *dico quod nihil agit ad corruptionem sui: & quod viuentibus accidat talis corruptio, non est quod una pars agat in se ipsam corrumpendo, sed quia una pars agit in aliam, reddendo illam impropotionabilem ad animationem: vt docet Scotus in 2. d. 15. & 19.*

Ad quintum respondet maiorem esse veram, si intelligatur de effectu, vel termino formali productionis: non verò, si fermo sit determino totali composito vno *Per accidens vnde voluntas est nobilior volitione, non tamen voluntate sub volitionem formaliter existente; immò nobilior est voluntas volens actualiter ratione bonæ volitionis, quàm voluntas solum volens virtualiter.*

Obferu.
Lichet.

Circa maiorem propositionem obseruat Lichetus causam æquiuocam dātem effectui totum suum esse, absolute esse nobiliorem, tali effectu cuiusmodi est causa prima: *Si vero comparētur causa æquiuoca ad effectum, qui non dependet ab illa, quantum ad totum esse suum, sed quia tantum habet ab illa terminum formalem, qui est forma partis, talis causa æquiuoca non est simpliciter nobilior toto effectu, sed tantum nobilior termino formali.* Vt Sol producens ranam perfectior est illa parte, vel forma, quam ei dat; nō tamen tota ipsa rana (nam viuere gradus perfectior est ipso esse, & sentire; eminet esse, & viuere) eo nimirum, quia Sol non dat ranā vitam, & sensum, sed Deus educens animam sensitivā à potentia materiæ. Lege tomum priorem meorum in 4. commentariorum.

2. Obiect.
Licheti
Scot. 1. d. 2.
q. 1.

Secundo obijcit Lichetus contra Resolutionē Scoti; sic Doctor in 1. d. 2. q. 1. dicit. *Quod maioris perfectionis est, continere aliquid virtualiter, quàm esse illud formaliter, igitur voluntas perfectior erit, vt virtualiter continet volitionem; quàm vt volens formaliter, & per consequens decipitur Doctor dum oppositum docet, nec sibi constat.*

Resp. eiusdem.

Respondet Lichetus. *Dico ipsa voluntas absolute sumpta vt virtualiter continet volitionem, est nobilior absolute se ipsa vt continet ipsam volitionem formaliter pater: quia prima continentia est tantum cū perfectione, & nullo modo, ex parte sua includit imperfectionem. Secūda autem continentia semper includit imperfe-*

tionem incontinente, nempe, potentialitatem ad sic, vel sic perfici. Hæc Respon- sio Licheti est prolixa apud ipsum, & meo videri frustranea.

Respondeo igitur breuiter; quod in agente capaci vtriusque continentia; cuiusmodi est voluntas creata, perfectior est vtraque simul, alterutra diuisiue seorsum. Et hoc insinuat Scotus dum ait: *Immò nobilior est voluntas volens actualiter ratione bonæ volitionis, quàm voluntas solum volens virtualiter.*

Resp. Au-
toris.

Quod igitur vult Scotus in 1. d. 2. q. 1. est. Solem, verbi gratia, continentem calorem virtualiter, esse perfectiorem igne continente illum formaliter, cæterum si Sol esset compos vtriusque continentia; nēpe receptius caloris, perinde atque ignis est receptius, & perfectibilis per ipsum, certè in tali euentu, Sol indutus calore, & conspicuus vtraque continentia simul, esset perfectior, quàm vt continens virtualiter diuisiue & seorsum.

SECTIO II.

Vtrum volitio efficiatur ab obiecto tāquam à causa totali?

Partem affirmatiuam tenet Henricus quodl. 12. q. 5. in quā videtur inclinari Sanctus Thomas 1. contragen- tes cap. 7. & 8. Physicorum, & in 1. p. q. 77. & prima secundæ q. 99. & 3. parte q. 32. cuius meminit Scotus numero 5. dicens. *Alia est opinio, quod voluntas mouetur ab alio, sed ponit illud aliud, esse obiectum cognitum, vel intellectum.*

1. Opin. Hé-
ric. quodl.
12. q. 5. D.
Thot. con-
tra Henr. c.
7. & 8. Phy.
& in 1. p. q.
77. & c. 21
q. 99. & 3.
p. q. 32.

Hæc tuam sententiā nititur Henricus suadere: primo ex illo Auerrois in Metaphysica. *Balneum in re extra, mouet vires sensitiuas effectiue, sed Balneum in anima mouet voluntatem.* Igitur obiectum, vt cognitum mouet effectiue appetitum: & per consequens appetitio, vel volitio efficiatur ab obiecto cognito.

Secundo appetitus sensitivus effectiue mouetur ab appetibili sensibili, igitur, & appetitus intellectiuis mouebitur effectiue ab appetibili intelligibili.

Quibus si obiecerimus. *Contra quod non est, non potest esse causa alicuius entis; sed obiectum intelligibile potest esse, non ens in se simpliciter: ergo non potest esse causa volitionis.* Respondet quod hæc

propositio obiectum, ut cognitum causat: coincidit cum hac alia propositione, intellectus per intelligentiam suam causat volitionem. Nihil igitur refert quod obiectum non sit in se vel extra, ad hoc; ut moueat voluntatem eiusque efficiat actum volendi, & nolendi.

2. Opi. Sco.
ibid.

Oppositam sententiam tenet Doctor ibi. Pro cuius decisione obseruat, quod ubi motio passiva moti mouentis non est potestate eius, ibi utique neque motio actiua poterit esse in potestate illius. Quia igitur in opinione Henrici voluntas nostra non mouet, vel excitat in se actus volendi, & nolendi, nisi in quantum mouetur ab obiecto cognito, vel ab eius cognitione, inde necessario efficitur quod si passiva motio, qua voluntas mouetur ab obiecto, non est in potestate voluntatis, proculdubio neque motio actiua, qua in se excitat volitionem, vel nolitionem, erit in eius potestate. Cum igitur prefata motio passiva nequeat esse in potestate voluntatis: plane neque excitatio actiua, qua in se excitat volitionem poterit esse in potestate eius, quod profecto esset e regione subtrahere actus liberos.

Obiectio
ex Scoto.

Sed contra: ex 1. & 2. sententiarum libris elucet, quod per impossibile, causa secunda esset libera, prima existente naturali, & necessaria: Tunc, effectus ab utraque productus foret liber. Igitur Scotus non sibi constat hac in questione, dum docet, quod si motio passiva, qua voluntas mouetur a tali obiecto non est in potestate eius, neque actiuam, qua in se exerceat facit volitionem posse esse in eius potestate. Respondeo Scotum in illis locis sibi velle, causa prima existente naturali, & secunda libera, effectum fore liberum intrinsecè tantum, ut infra patebit Deo voti aspirante: in presentiarum autem contendit probare volitionem elicitam a voluntate, ut mota naturali motione per obiectum nullatenus posse esse liberam extrinsecè, sed necessariam; quod tamen vndequaue inconuenit: ibi igitur de intrinseca libertate, hic de extrinseca fluctuat controuersia.

Respon.

Secundo obseruat Scotus tam obiectum, quam ipsam cognitionem inter naturales causas connumeratum iri, non inter liberas.

Tertio obseruat multum interesse agentis liberi, & naturalis, ille namque contrarios valet erumpere in effectus

hic minimè: quia igitur velle, & nosse eadem nixa obiecto, effectus sunt inuicè aduersi, inde infert in ipsos erumpi a naturali agente haud quaquàm posse: atque adeo si per impossibile obiectum (verbi gratia bonum) constituamus causam ipsius velle, oporteret certè aliam indicere causam ipsi *nolle* nimirum obiectum malum: quod tamen inde cernitur impossibile, quia ens priuatiuum cum sit, nequit esse causa actus positivi cuiusmodi est *nolle*.

Quarto obseruat Doctor quod quem admodum volitio, prima recepta in voluntate, & influxa (per impossibile) effectiue ab obiecto, seu a cognitione non esset in potestate actiua voluntatis, per inde proculdubio neque aliae posteriores per istam primam imperatae volitiones dicerentur esse in illius potestate, nec aliquis inquit actus alius imperatus a voluntate erit in potestate voluntatis: *Et sic nec merebitur, nec demerebitur per volitionem*: sed percontaberis quid iuris, si istae posteriores volitiones non imperentur vel excitentur ab illa prima volitione influxa ab obiecto; sed potius ab aliqua alia verè elaborata ab ipsa voluntate effectiue; Respondet Doctor dicens: *si a voluntate habeo propositum, quia tunc est in eius potestate illa volitio imperatrix, vel excitatrix, & per consequens alia, quae imperantur posterior res dicentur sub esse libertati, & potestati voluntatis; & tandem utraq; recensebuntur esse effectiue ab ipsa voluntate, Et eadem ratione* (inquit Scotus) prima illa volitio, quam in consulto constituit Henricus elici non a voluntate, sed ab obiecto. Namque si haec volitio ab obiecto sic elicitae ceteras non exerceat, sed otiosa sistit; vel potius elabitur, ad quid quæso extra causam eruperat? & rursus cur obsecro haec sola prima volitio mox otiosè elapsura constituitur improducibilis a voluntate, & alia, quorquos sunt producibiles? hoc mehercule sanè menti repugnat.

Dicendum est neque ab obiecto, neque ab eius cognitione effici posse actum volendi. Hanc conclusionem tenet, & probat Scotus, sic: citra controuersiam est voluntatem posse habere *velle, & nolle*, circa idem omninò immutatum; sed contraria circa idem nequeunt effici ab agente naturali: igitur nec velle, & nolle ab obiecto, vel a cognitione, cum haec sint

Dub.

Respond.

sint agētia naturalia, & illa effectus contrarij respectu vnus obiecti: estō igitur quod obiectum esset causa ipsius velle: tunc esset necessariō assignandum aliud quid piam, quod foret causa ipsius nolle, sed illud à voluntate non potest esse nisi obiectum malum: sed malum cum sit quid priuariuum, non potest esse causa actus positiui, cuiusmodi est nolle: ergo dicendum est tam nolle, quàm velle potius effici à voluntate, quàm ab obiecto, vel ab eius cognitione. Secunda ratio: impossibile est passionem influxam ab agente (præfertim naturali) esse in potestate patientis, sed tam obiectum cognitum, quàm ipsa cognitio vtrumque est agens naturale: ergo nefas erit volitionem ab illis influxam constituere in potestate voluntatis; & per consequens, nec aliquis actus alius imperatus à voluntate erit in potestate voluntatis, & sic nec merebitur nec demerebitur per volitionem. Respondent huic argumento, volitionē nihilominus; subesse potestati voluntatis; eō maximē, quia potest determinare intellectū, ad cōsiderationem huius, vel illius, vel auertere eū ab hoc, vel ab illo, & sic est in potestate voluntatis volitio, licet non quantum ad actum primum.

Contra (inquit Scotus) saltem prima actio influxa ab obiecto est merè naturalis: ergo illa non est in potestate voluntatis: nec enim est in potestate nostra, quin visis tangamur secundum Augustinum: si igitur post istum actum, possum mouere intellectum, ad considerandum hoc, vel illud: quæro per quem actus non per istum: quia iste non est in potestate voluntatis: ergo oportet per alium: de illo alio quæro unde est? Si à voluntate, habeo propositum: quia tunc, est in eius potestate illa volitio, & est effectiue ab ipsa. & eadem ratione, prima volitio, erit effectiue à voluntate, perinde atque illa secunda: aut est ab alio, scilicet ab obiecto, vel à phantasmate: & si sic, tunc erit actus naturalis: & per consequens, non plus erit in potestate voluntatis sic imperare intellectui, de consideratione huius, vel illius, quàm fuerit primus actus, Lege quartum fundamentum.

Sed respondent Aduersarij argumento Doctoris, non esse necesse quod obiectum, quod primò occurrit, causet volitionem: si enim cogita aliquid delectabile mouens appetitum, non est necesse moueri ad illud: quia potest occurrere per considerationem intellectus aliud obiectum magis

mouens voluntatem, ita quod sistat voluntas à prima volitione sui.

Hanc contrariorum claudicare resolutionem ingenue probat Scotus dū asserit: Concedo quod potest occurrere impedimentum à casu, sed illud non erit in potestate voluntatis, nec ad imperium eius. Et per consequens habeo intentū, quod volitio sic elaborata non erit libera, sed naturalis: eodem enim modo est de appetitu bruti: nam bos videt herbam, quæ mouet appetitum suum, & ex illo appetitu, mouetur progressiue ad herbam: sed si in motu illo progressiuo, occurrit sibi obiectū magis delectabile fortius mouens appetitum, tunc sistitur à primo, & tamen non libere; quia necessariō mouetur ab illo maiori delectabili, occurrente, quamquam casualiter occurrat.

Alij (inquit Scotus) dicunt ad rationē: quod obiectum intellectus occurrit sub duplici ratione, scilicet sub ratione illiciti, & sub ratione delectabilis: ut patet in obiecto fornicationis; & tunc, in potestate voluntatis est, sistere intellectum in turpi, dimittendo aliam partem: & tunc sequitur mala electio.

Sed contra (inquit Doctor) vel istæ duæ rationes, nimirum, illiciti, & delectabilis aequaliter mouent vel non? Si aequaliter: ergo causabunt simul nolle, & velle in voluntate respectu eiusdem obiecti, quod est impossibile. Si inæqualiter mouet: ergo alterū mouet efficacius voluntatē, & mouet naturaliter, & necessariō: & per consequens, non erit illa volitio in potestate voluntatis: sed necessariō secundum illam mouebit etiam intellectum: non igitur poterit sistere intellectum in alio.

Ad primum argumentum Henrici. Respondet Scotus dicens: si sustineatur quod obiectum mouet potentiam effectiue, licet non sit causa totalis, potest tunc sustineri, quod balneum intrā, mouet ut efficiens, & balneum extrā mouet ut finis.

Sustinendo quod si tantum causa sine qua non, & nullo modo moueri effectiue: tunc oportet glosare, quod non mouet effectiue per se, sed per accidens.

Sed (Contra dicit Henricus) causa per se est prior causa per accidens; sed obiectū prius est volitione voluntatis, vel voluntate volente; prius inquam prioritate naturæ, & originis: ergo obiectum prius mouet quàm voluntas: ergo ut causa per se mouet, & non ut causa per accidens.

Conclu.

Altorum Resp.

Impug.

2. Altorum Resp.

Impug.

3. Altorum Resp.

Impug.

Ref.

Respondet Scotus causam per se esse priorem, causa per accidens, prioritate nimirum, vel naturæ, vel perfectionis; namque non semper determinatè est prior natura, & origine; immò interdum est posterior natura. Exempli tradit Doctor in textu dicens: *amotio, vel fractio trabis est causa per accidens descensus gravis*: & nihilominus est prior natura respectu talis descensus, quam causa per se: patet: quia gravitas ipsius lapidis supra trabem detenti est causa per se sui descensus: & tamen sensibus ipsis experimur priorem (saltem natura) esse trabis fractionem gravitate, ut influente in descensum: igitur aliquando causa per accidens est prior natura, quam causa per se, erga effectum ab utraque influxum. Contrà verò quandoque causa per se est prior, causa influente per accidens, ut clare cernitur in eo, qui terram fodiens gratia aquæ inveniendæ, Thesaurum inuenit per accidens; quo in euentu fossor ut causa per se est prior, se ipso ut causa per accidens.

Ad secundum argumentum negat paritatem rationis: appetitus enim sensitivus idèd mouetur ab appetibili, quia non est liber. Fauet nobis Diuus Damascenus lib. 2. cap. 22. dicens: *sensitivus ducitur, & non ducit, sed intellectus ducit, & non ducitur*; hæc sufficiant pro Sectione secunda. Quomodo actus voluntatis ab obiecto specificetur iam dixi tom. 2. disput. 3. Sect. 6. §. circa præsens vers. tertium fundamentum.

SECTIO III.

Utrum partialiter saltem actus voluntatis efficiatur ab obiecto, vel ab eius cognitione?

1. OpIn. Greg. Ari. 2. d. 25. q. vn. Caiet. 2. p. q. 27. art. 3. & q. 80. 3. & q. 80. ar. 2. & 10. Dionysius Cisterciensis q. 3. ar. 2. noster Ochan quotlibeto 1. q. 16. vbi duo eaque ingeniosè docet. Primum: obiectum voluntati per cognitionem ab intellectu præostensum, nullam sortiri efficiantiam erga affectum voluntatis, cu-

ius potissima ratio, ea videtur esse, quod voluntati multoties proponitur id, quod præteritum est, aut futurum, aut absens, vel tandem quidpiam simile, quod nullum inducit esse reale, sed fictum: Quamobrem neutrum illorum poterit habere Physicum influxum erga eliciendam volitionem: & per consequens neque ratione causa efficientis. Secundum est, hanc partialem causalitatem effusum iri in intellectionem, quæ realis entitas vndequaque est; ab hac igitur intellectione, & à voluntate, tanquam à duabus causis partialibus vnam integrantibus efficitur volitio, seu nolitio.

Et Notherici idem sentire cernuntur, Salas tract. 1. disp. 5. Sect. 3. dicens. *Secunda tamen sententia, & tenenda est, obiectum concurrere effectiue per sui cognitionem ad actum voluntatis*, quam quidem Scotus probabilem cernitur recessisse, §. *ad illud de balneo numero 21.* dicens: *si sustineatur quod obiectum mouet potentiam effectiue licet non sit causa totalis*, eamque nititur suadere mox in capite quæstionis, primo ex Aristotèle 3. de Anima cap. 10. textu 54. asserente, *at verò cum tria sint in animaliam motu, vnum id, quod mouet, & non mouetur cuiusmodi est obiectum appetibile*, in quod sanè nihil efficit voluntas quando quidem extrinsece dumtaxat denominatur *volitum*, vel *nolitum* à volitione seu nolitioe hærenti ipsi voluntati: *secundum id, quod mouetur & mouet*: cuiusmodi est appetitus qui ab appetibili concitatus, potentias excitat organicas circa eius prosecutionem per media ordinata: *tertium id quod mouetur, & non mouet*: cuiusmodi cernuntur esse potentia præfata organica, quæ utique nutu, ac imperio voluntatis experrectæ amplexui inhiant obiecti appetibilis. Vult igitur Philosophus obiectum volibile mouere appetitum rationalem: Ergo partialiter saltè volitio efficitur ab obiecto.

Secundo voluntas non est potentia actiua, igitur nequibit efficere suam volitionem; & per consequens totalis eius causa, nudum partialis erit obiectum, vel aliquid aliud distinctum à voluntate. Consequentia bene inferitur antecedens probat Doctor ex Aristotèle 5. Methaphysicæ textu comme. 17. *potentia est principium transmutandi aliud in*

Ochan: quodl. 1. q. 16. Salas tract. 1. disp. 5. sect. 5.

1. De Ani. c. 10. t. 54.

5. Meta. cõ. 17.

in quantum aliud, sed voluntas dū est volens, vel nolens non transmutat obiectum à carētia volitionis, subtrahit ipsam: quia non habet actum transeuntem, sed immanentem prorsus: ergo non est potentia actiua.

Tertio accidens per accidens non egreditur à principijs subiecti, cuihæret, sed aliundē: vt patet in calore aquæ, vel ligno impresso, qui licet à potentia ligni, vel aquæ educatur; tamen effectiue ab igne influitur, & non à principijs subiecti cui inest, Tunc sic volitio est accidens; per accidens, quia quandoque inest, & quandoque non inest: ergo non egreditur effectiue à voluntate cui inhæret; sed aliunde.

Quarto quod est de se indeterminatum ad vnum oppositorum, in quantum huiusmodi non agit nisi concurrat agēs determinans, Tunc sic, voluntas de se est indeterminata ad volitionē, & nolitionem, seu cessationem, & continentiam ab vtraque: ergo necessariō debet determinari ab alio agēte, nimirum ab obiecto. Maior patet: quia in quantum indeterminatum non magis se habet ad esse effectus, quam ad non esse eius.

Oppositam sententiā tenet Doctor, §. Ad oppositum, & in locis supracitatis: & rursus in 1. d. 1. q. 1. art. 1. verbo *De primo dico*, & in 2. d. 6. q. 1. §. *Respondeo*, & §. *Ad argumentum*.

Pro cuius decisione legendus est secundus Tomus meorum in quartum librum cōmentariorum: vbi disp. 5. sect. 1. edocui, triplex in Doctrina Scoti cōstitui summum bonum, nimirum, bonū verum, bonum apparens, & bonum præstitutum; quorum certē multum interest, namq; primum, & secundū per prius sua bonitate sunt conspicua, quā terminant volitionem; Tertium autem ē contra, per prius terminat voluntatis amorem, & terminando illum constituitur in esse boni præfixi, seu præstituti.

Dico primō, certum esse obiecti apprehensionem esse saltem causam sine qua non, respectu actus voluntatis elicundi. Hanc conclusionem tenet Scotus in litera, §. *Ad aliud*; dicens: *Quāquā voluntas sit actiua, tamen intellectio, vel obiectum apprehensum, est illud sine quo non: sicut ponunt alij, quod intellectio sine phantasmate, non est in actu, & hoc facit naturalis ordo potentiarum.* Hæc conclusio neminem latet; quia voluntas cæca

cum sit absque duce præuio, nullō ferri potest; igitur nusquam velle, vel nolle molietur obiectum, nisi prius sibi ostendatur.

Secundo dico, probabile esse in Scola Doctoris, obiectum, appetibile, seu apprehensionem eius, esse causam partialem elicitionis actus, nostræ voluntatis. Hanc conclusionem probant argumenta in capite quæstionis, pro prioris sententia allata.

Tertio dico: probabilius est in nostra Schola totalem causam actus voluntatis effectricem, esse ipsam voluntatē, obiectum vero apprehensum solummodo confluere ad illius productionem in ratione causæ sine qua non. Hanc Scoti sententiam amplexi sunt Gabriel Vazquez disp. 36. cap. 3. Petrus à Lorca disp. 11. de Actibus Humanis, Ludouicus Montefinos q. 4. disput. 13.

Eiusmodi conclusionem probat Scotus primo ex Diuo Augustino 12. de Ciuitate, cap. 6. vbi dicit: *Quod si duo equaliter sint affecti animo, & corpore, & postea tenentur eadem pulchritudine, vel obiecto: vnde est, quod vnus cadit?* & Respondet, *quod hoc solum est à voluntate*: ergo signum est, voluntatem esse efficientem talis consensus, & non pulchritudinem puellæ sibi obiectam, quandoquidem alter ille locius strenuē tentationi resistit, & occasionem.

Secundō ex eodem Augustino 2. de Libero arbitrio asserente *nisi ea, quæ sūt voluntaria nobis, essent posita in potestate nostra, voluntas neque esset laudanda, nec vituperanda; neque etiam esset monenda; & qui dicit, vel sentit, voluntatem non esse monendam; talis est exterminandus ab hominum numero.* His porro mixtus testimonijs, arguit Scotus sic: pati, vel nō pati non est in potestate patientis, quatenus patiens est. Igitur nec passio dicitur esse in eius potestate. Antecedens probat Scotus: quia si agens agit; patiens necessariō patitur, igitur voluntas si est solum receptiua, & passiuæ volitionis, nulla volitio erit in eius potestate.

Hoc Scoti argumentum solummodo probat, voluntatem esse actricem suæ volitionis saltem partialiter quod autem sit totalis causa eius, minimē probat.

Ego autem probō ipsam necessariō futuram totalem sui actus causam: hac ratione: si volitio non efficeretur totaliter à voluntate, sequeretur ipsam neq,

2. Conclus.

3. Conclus.

Scot. vbi sup. Ex D. Aug. 12. de ciu. c. 6. Va. disp. 36. c. 3. Pet. Lorca disp. 11. de Actib. Human.

Ludou. Montefin. disp. 13. q. 4.

D Aug. 2. de lib. arb.

2. Opin. Sco. 2. d. 25. q. vn. §. Ad oppositum. & in 2. d. 7. q. 1. ar. 1. & in 2. d. 6. q. 1.

1. Conclus.

Sco. cit. §. Ad aliud.

totaliter, neque partialiter esse in potestate eius; quod sanè haud exiguum inconuenies esset. Ad cuius sequelæ probationem suppono influxum (supposito quod detur) obiecti, esse natura priorè influxu voluntatis, iuxta Aristotelicum axioma huiusmodi iam supra allatum: *secundum, id quod mouetur, & nõ mouet*: id est voluntas mota ab obiecto, mouet, tùm potentias organicas, tùm se ipsam; enim verò obiectum appetibile, (si causa partialis est) per prius mouet appetitum; quam ipse appetitus moueat ut ad eliciendam volitionem.

Nunc igitur arguētor sic: voluntas per te, solo partiali influxu influit in volitionem; & obiectum alio partiali consorte influxu, conatur in eandem; sed partialis hic, consors influxus, non est in potestate voluntatis; igitur neq; alter ille partialis propriusque influxus, erit in eius potestate. Minorem probo: quia ille talis influxus non est volūtatis in genere causæ efficiētis per te, neque in genere causæ determinantis, vel mouentis obiectum ad talem influxum; quin potius é contra, voluntas mouetur ab obiecto, vt molliatur in alium partialem, si bique proprium influxum. Vera porrò est minor propositio, influxum nempe partialem obiecti apprehensi, non esse in potestate nostræ voluntatis.

Consecutionem autem probo: quia partialis voluntatis influxus nõ est possibilis elici solitariè, & seorsum nisi vt associatus alio præuio, vel comite obiecti influxu; sed vt sic associatus non est in potestate voluntatis. Ergo quatenus possibilis, non est in potestate voluntatis. Minorem probo; quia talis associatio, & stipatio non est in potestate volūtatis. Ergo neque influxus, vt associatus, & stipatus, erit in potestate eius. Antecedens probo: quia hæc associatio est habitudo mutuata inter vtrumque influxum iam existentem in suo genere, sed existētia illius alterius influxus nempe obiecti, non est in potestate voluntatis. Ergo neq; associatio erit in potestate eius, & per consequens neque influxus proprius voluntatis vt sic associatus erit in potestate eius. Ergo nullo modo erit in eius potestate: quia vt denudatus tali associatione, & consortio, & tandem seorsim sumptus est omninò impossibilis. Tunc sic: *feri* rei impossibilis in nullius potestate est. Ergo eiusmodi influxus

partialis nullo pacto; & nullo in sensu cernitur esse in potestate voluntatis: & tãdem volitio influxa, & elaborata illo duplici influxu, neq; totaliter, neq; partialiter erit in potestate voluntatis.

Vt igitur viterur omninò ad eò ingēs inconueniens, dicendum est voluntatem esse causam totalem sui actus; sic enim, verè diceretur esse in libera potestate eius, alioquin minimè.

Consulunt præterea nostræ conclusioni Diuorum alia testimonia, quæ Scotus adfert in littera. Primum est Diuini Anselmi de Conceptione Virginis, cap. 4 & 8. *Voluntas mouet nos, tanquam instrumenta sua*, secundum est eiusdem Anselmi cap. 4 *Voluntas instrumentum seipsum mouens*. Igitur est effectrix suorum actuum. Tertium est Diuini Augustini, dicentis, *nihil est tam in voluntate nostra, quam ipsa voluntas*, quo ex testimonio infert Scotus: *igitur nulla actio in nobis, est ita à nobis, sicut volitio volūtatis*. Hęc etiam testimonia solummodo probant voluntatem esse causam partialem saltè non autem conuincunt esse totalem.

Ratione autem probat Doctor conclusionem sic: obiectum voluntatis est finis, ad quem terminatur eius volitio. Tunc sic: ex Aristotele 1 de Generatione, Textu comment. 55. *Finis non mouet nisi metaphoricè*. Igitur non mouet effectiue Physicè. Si ergo obiectum est finis voluntatis, vtique nequibit mouere effectiue voluntatem ad volendum. Confirmatur: quia quidquid verè mouet effectiue, mouet propter finem, sed finis in quantum finis non mouet propter finem: ergo si obiectum est finis, & vt sic mouet, non mouet propter finem, & per consequens non mouet effectiue.

Hoc etiam argumentum enerue est, & solutu facile.

Ego igitur probo cõclusionem nixus Scoti Doctrinæ in fundamento allatæ. Nam de volitione præstituta certum est ipsam non produci effectiue partialiter ab obiecto cognito, vel ab eius cognitione; eo potissimùm, quia tale obiectum ante quã terminet volitionem, neq; est sumum appetibile verum, neq; sumum appetibile apprensens. Ergo nihil est in ipso quod alliciat volūtatem, ad amandũ illud irreferibiliter igitur hic talis amor; irreferibilis sistens gradum in tali obiecto, nulla summa bonitate vera, vel apparētī cõspicuo, totaliter producitur à volūtate effectiue, & à

cog-

D. Anselm de
Cõcep. Vir
gin. c. 4. &
8.

Phylos. 1.
de Gener.
tic. 55.

cognitione obiecti tanquã à causa sine qua non. Huiusmodi profectò est amor auari, irreferibiliter pecunias diligētis: nã ipsa pecuniæ neq; vera, neq; apparēti sūma bonitate sunt cōspiciuæ, vt amore irreferibilē ad aliū finem extorquere possint ab appetitu nostro: solū nam que sunt diligibiles amore referibili, & tāquã mediū ordinatum ad alios fines, summaq; bona, vera, vel apparentia, cuiusmodi sunt Deus, Honos, Epulæ, Vitæ, & Vestitus, & nihilominus auarus ex malitia sua, ipsas diligit tanquã vltimū finem, & summum bonū; adeò vt in ratione vltimi boni præstituti, & finis præfixi cōstituatur per illū auari amorē, terminando in quam ipsum, & nō ante. Igitur hic talis amor solo influxu voluntatis producit, quin pœnitus in illū influat pecuniæ, quia ante quã terminēt illum amorē, nulla appetibilitate irreferibili vera, vel apparenti constant in ratione boni irreferibilis, vel finis: licet enim (vt sæpe dictum est) sint appetibiles appetibilitate referibili ad alios fines, & per consequens diligibiles tanquã mediū ordinatū ad illos, nō tamen sunt amabiles amore irreferibili, quo tamen de facto amantur ab auaro, vt strenuē contendit Scotus. Rem hanc tracto ex professo t. 2. disp. 5. sect. 1. §. 3. Respondendo contrariorum argumentis.

Vltima ratio Scoti habetur collatione tertia: estque huiusmodi. Quando duæ causæ cōcurrunt ad producendum vñ effectum, debent concordare in agēdo, ita quòd actio vnius non contrarietur actioni alterius: nunc autem voluntas in eligendo potest contrariari intellectui in dictādo, aliter enim voluntas necessariò eligeret, quod est dictatum per intellectum: & sic voluntas posset necessitari, & tolleretur eius libertas.

Ad argumentum primum Respondet Scotus dupliciter, primò: si acquiescamus primæ opinioni, minusque probabili, nempe voluntatem nostram esse partialem dumtaxat sui actus efficientē: tunc, dicendum est: appetibile extra, mouere partialiter voluntatem ad elicundam volitionem. Id est, appetibile cognitum, vel eius cognitio est causa partialis volitionis.

Secundo. Respondet iuxta placitum nostræ probabilioris sententiæ, appetibile nimirum mouere in ratione finis, atq; adeò, motione intentionali, ac me-

taphorica; nō vero motione effectiua, & Physica, vt apparet in sanitate, quæ apprehensa ab intellectu, mouet voluntatem metaphoricè, allicitque ad sui amorem, vt sic tandem voluntas amans ipsā moueat potentias alias, tum intellectū, tum organicas ad prosecutionem eius per media ordinata.

Ad secundum Respondet Scotus negando antecedens, & ad probationem inquit Aristotelem ibi nomine potentia actiua, intelligere potentiam factiuam, cuiusmodi est potentia: quam habet ignis transmutandi aquam à frigida in calidam: voluntas autem nō est potentia factiua, sed actiua: atq; adeò potest se se transmutare à carentia volitionis subtus ipsam: habet siquidē potentiam actiuā, & receptiuitatem, quæ sunt duæ quasi rationes, instar Medici infirmi, qui in quātum Medicus est sanans, & in quātum infirmus (inquit Scotus) sanatur, & non in quantum Medicus.

Ad tertium negat maiorem, immò accidentia subiecti perfectiua, effectiue possunt egredi à principijs intrinsicis ipsius subiecti vt singularis nam quantitas (inquit Licherus) effectiue causatur à substantia cuius est: calor effectiue causatur ab igne; intellectio ab intellectu: & volitio à voluntate hac singulari, licet nō à voluntate in communi.

Ad quartum Respondet indeterminatum perfectum seu liberum posse determinare se circa obiectum sibi præsentatum cuiusmodi est voluntas: indeterminatum verò imperfectum secus, cuiusmodi est habitus scientiæ, qui non à se, sed ab obiecto determinatur nunc ad hunc actum, postea ad alium, ab inquam fortius mouente.

Tataretus Respondet indeterminatū passiuū semper indigere determinante, & actiuū similiter sicut naturale: secus autem liberum: hinc intellectus post apprehensionem contrariorum dubius fluctuat quoquò se vertat, quòd vsque de terminetur per voluntatem ad vnum illorum: interdum determinatur ab obiecto fortius mouente.

Sed arguit Caietanus, specificatio actus voluntatis est quid creatū: ergo habet causam efficientem, sed talis causa non est voluntas, tū quia voluntas, non se mouet quòd ad specificationem, tum etiam, quoniam alias sequeretur omnes actus voluntatis esse eiusdem speciei.

Respondetur negando minorem pro syllogismi: immò voluntas est totalis effectrix causa vtriusq; differentia, tã indiuidualis, quã specificã, volitionis.

Et primam probationem nego similiter, quia potius voluntas se mouet etiam quò ad specificationem effectiue; quia ipsa est, quæ volitionem circa tale, vel tale obiectum elicit, & modo quo sibi magis arridet. Licet enim per intellectum sibi ostendatur obiectum, vt diligibile amore concupiscentia, potest sua ex malitia diligere illud amore amicitia. Igitur ipsa est, quæ in hanc speciẽ amoris amicitia verbi gratia, erga pecunias prorumpit, deriso amore concupiscentia per intellectum sibi ostenso. Quoniam nequẽ intellectus verus, nequẽ intellectus erroneus ostenderit sibi pecunias, vt diligibiles amore amicitia, sed amore prorsus concupiscentia; & licet plerumque se se conformet ostensionis sibi facta ab intellectu, & pecunias diligat amore concupiscentia, etiam in hoc casu, se se mouet quoad specificationem: quia ipsa est quæ efficit totam entitatem actus in ratione principij effectiui: & intellectus seu obiectum cognitum efficit illam tanquã causa sine qua nõ; seu effectiue metaphoricã, & in ratione causa finalis.

Ad secundam probationem Respondedo, nullum esse inconueniens volitionem amicitia esse eiuſdem speciei quoad entitatem absolutam: satis est differentia speciei quoad entitatem relatiuam: Lege Sectionem sextam disputationis 5. primi tom̃i meorum Commentariorum in quartum: quomodo verò illa relatiuncula extrinsecus adueniens distinguatur hinc indẽ, colligi potest ex littera Scoti in 2. d. 1. q. 4. in solutione argumentorum quinque Hærici: vbi soluens quintum argumentum, sic habet. *Ad quintum de distinctione, dico: quod relatio habet suam distinctionem, in suas species: sicut aliud genus habet suam distinctionem in suas species: & tamen illa non in notescit, nisi per fundamenta, propter modicam entitatem suam, quam habet in fundamentis suis: ita etiam in alijs accidentibus, quæ habent maiorem entitatem, & realitatem, quòd aliquando distinctio sit extrinseca, & per illam cognoscitur distinctio intrinseca, quæ est in eis; est tamen formalis intrinseca, sed non innotescit, nisi per extrinsecam. In*

proposito ergo relatiuncula fundata in absoluto amoris concupiscentia dignoscuntur distingui penes diuersos terminos, in quos expliciunt, intrinsecè autem distinguuntur se ipsis, seu per suas modicas entitates.

Idem dicendum est de relatiunculis nixi absoluto amoris amicitia.

Secundò arguit Salas intellectus, & sensus erga eliciendos suos actus, iuuantur speciebus concurrentibus in genere causa efficientis. Ergo similiter appetitus iuuari debet obiectorum suorum cognitionibus, in genere causa efficientis.

Respondetur negando paritatem rationis: non enim obiecti prauia cognitio ingreditur gremium voluntatis, vel educitur à potentia passiva eius, vt sic tãdem vnã cum ipsa integret causam totalem futurae volitionis; sicut accidit in speciebus intelligibilibus, vel sensorijs, quæ recepta in potentia, educuntur à potentia eius passiva, vnã conflant causa integram speciei expressa mox producenda.

Contra primam conclusionem arguit Scotus in citata collatione tertia sic causa sine qua non semper reducitur ad approximationem passi, vel ad remouendum prohibens. Sicut diuellens columnã, est causa sine qua non (inquit Scotus) motus grauis suppositi, sed apprehensio obiecti, neque reducitur ad approximationem passi, nequẽ ad remotionem impediendi, ergo non sortitur rationem causa sine qua non. Primam partem minoris probat Doctor dicens, quia si voluntas sit totalis causa electionis, & etiam ipsa est causa materialis, & susceptiua electionis, vt certum est: quis nõ videat voluntatem à se ipsa nullatenus distare, sed omninò indistantem, & proximam sibi esse? ergo non indiget obiecti apprehensione, tanquã illam sibi ipsi approximante.

Respondet Doctor negando minorem, & eius probationem. Nam absente (inquit) obiecto, & non ostenso per actum intellectus, voluntas non est sibi ipsi approximata, vt nata est agere, quia non est nata agere, nisi determinetur non quidem effectiue, quia ipsa se se determinat, sed terminatiue, & finaliter seu directiue, & ostensiue. Notato verba Scoti, sicut agens actione transeunte, requirit approximationem passi, ad terminandum, id est ad applicandum agens, si sit agens
quis-

aequiuocum ut Sol: ita voluntas (cum sit agens aequiuocum respectu actus eligendi, & intellectus respectu actus dictandi) requirit obiectum praesens determinans, non imprimendo sed ostendendo: & ideo, ut voluntas determinetur ad eliciendum, requiritur obiectum sibi ostensum per dictamen intellectus. Et infra eiusmodi subdit alia verba: voluntas non est approximata sibi ipsi in ratione agendi, nisi obiectum sit sibi ostensum.

SECTIO IV.

Vtrum obiectum cognitum influat in actus voluntatis saltem in genere cause finalis?

Scot. in 2. d. 25. q. vn. **P**ARTEM affirmatiuam tenet Scotus in 2. dist. 25. quaest. Vnica, §. *Ad primum principale*, dicens. *appetibile mouet appetitum, tantum metaphoricè. Et inferiusculè, causa enim efficiens ordinatur ad finalem, quae est causa alterius generis, quae mouet metaphoricè. Quibus in verbis Scotus omni appetibili ascribit nomen, & rationem finis etiam si tale appetibile alioqui non sit finis in rigore, ut sanitas, sed medium ut effusio sanguinis, vel Rabarbarum. Quidquid igitur est appetibile, siue propter se; siue propter aliud, finem recenset Doctor loco supra citato.*

Conclu. Dicendum est ergò, obiectum cognitum confluere ad actus voluntatis in genere causae finalis, ita tenet communis sententia, tum veterum, tum recentiorum. Vazquez disput. 36. cap. 3. Motesinos ubi supra, Lorca disp. 11. hęc probatur à sufficienti diuisione: nam ex Aristotele 3. Ethicorum, cap. 10. *Appetibile est mouens non motum.* Tunc sic: in superiore Sectione probauimus ipsum non mouere voluntatem efficienter, igitur superest dixerimus quòd moueat metaphoricè, & in genere causae finalis.

Sed de hac difficultate infra agemus Deo votis aspirante disput. 4. Sect.

4. Et videri potest, quod diximus de influxu causae finalis in to. 2. disp. 5.

Section. 3. §. sed contra.

(?)

SECTIO V.

Vtrum quemlibet voluntatis actum debeat precedere iudicium intellectus?

NOtandum est ex littera Doctoris in 4. distict. 47. quaest. 1. iudicium sumi quadrupliciter; primò pro quacūq; certa notitia, siue sit, sensitiua; siue intellectiua. Enim uerò sensus distinctè apprehendens obiectum, vel distinguens obiectum ab obiecto, ubi requiritur forte magis distincta apprehensio, dicitur iudicium. Secundò sumitur pro apprehensione intellectuali, seu pro prima metis operatione: & hoc modo, inquit Scotus, definitiua cognitio de aliquo, potest dici iudicium de veritate illius, iuxta illud primo Ethicorum: *vnusquisque bene iudicat, quae cognoscit; & hic est bonus Iudex.* Tertio sumitur, magis propriè pro aliquo complexo, seu pro secunda metis operatione, iuxta illud Augustini 3. de Libero arbitrio, asserentis, *nullus iudicat de regulis aeternis, sed secundum eas de alijs.* Et hinc infert, ergo iudicium, est certa apprehensio de aliquo per aliud. Et mox subdit, *omne verum complexum, apprehenditur esse verum per aliud: quia si est immediatum, ut potè veritas propositionis per se notæ, adhuc iudicatur verum per rationes terminorum: ut expressè insinuare inspicitur Philosophus 1. Posteriorum, dicens: Principia cognoscimus, in quantum terminos cognoscimus.* Igitur verum contentum in propositione per se, iudicatur verum per aliud: id est per terminos.

Quartò sumitur iudicium, adhuc magis propriè nimirum pro vero complexo, quod est conclusio; quia de conclusione iudicatur, nedum per terminos, sed per principia.

Secundò est obseruandum etiam ex littera Scoti ibidem: iudicium intellectuale esse duplex, vnum speculatiuum, & aliud practicum: primum est dictamen intellectus speculatiui, non respicientis voluntatem, nec operabilia, sed potius purè speculabilia. Secundum, est dictamen intellectus practici, consonum iustitia: iustitia autem non respicit speculabilia, sed operabilia.

D 2

Ita.

Scot. 4. d. 47. q. 1.

1. Ethicor.

D. Aug. 3. de lib. arb.

1. Post. t. 6.

Itaque quodlibet horū trium iudicio-
rum intellectualium, rectè diuidi potest
in specularium, & in praxicum. In præ-
sentiarum autè nos de illo sciscitamus,
quatenus determinare praxicum est, &
voluntatis Dux, ac præuia regula.

Scot. in 2. d.
6. q. 1.

Tertio obseruat Scotus in 2. d. 6. q.
1. §. Respondeo ad questionem: volitio-
nem esse duplicem efficacem nimirum,
& inefficacem, seu complacentiam. Præter
illa est affectus voluntatis imperatiua
ordinans media ad finis assecutionem:
exemplum tradit Scotus dicens: *Infir-
mus sperans sanitatem sibi possibilem; ha-
bet respectu eius, volitionem efficacem, &
imperatiuam, medijs inducentibus sanita-
tem.* Posterior autem est simplex affe-
ctus voluntatis præscindens à medijs,
pleno tamen consensu, ambiens finem asse-
qui possibilem, vel impossibilem. Exem-
pli causa, *infirmus desperans de sanitate
vult eam volitione complacentia, sed non
volitione efficaci: quia non querit media
inducentia sanitatem.*

Idem iudicium ferendum est de noliti-
one: vt passim experimur in vero pe-
nitente, hic enim nolitione efficaci du-
cta per fugam occasionum, orationis
clypeum, & alia id genus, per media
congrua, est nolens, peccare impo-
sterum. Contra verò inefficaci noliti-
one de medijs nullatenus satagente est *no-
lens peccasse*, et apertè iam tēpore; quæ tamè
inefficax nolitio si terminetur ad præ-
teritum peccatum sub ratione iniuriæ
Dei, veræ contritionis rationem sortitur
vt latè edocuius in tomo 2. Commen-
tariorum in 4. librum sententiarū. His
suppositis.

Conclu.

Dicendum est omnem voluntatis af-
fectum, tam inefficacem, quam efficacem,
tam effugatorium, quam amplexorium:
id est, *tam nolitionem quam volitionem:*
Necessariò præcursum ire aliquod ex
tribus illis iudicijs intellectualibus. Ita
tenet communis sententia, & probatur
sic: quemlibet humanæ voluntatis affe-
ctum, necessariò præit (vt in prædenti
Sectione probatum est) aliqua ex tribus
mentis operationibus, sed illarum quæ-
libet induit rationem iudicij saltem
æquiuocè, & largè: igitur omnem vo-
luntatis affectum præcedit aliquale iu-
dicium: minor patet: quia si iudicij spe-
cimen denegetur alicui ex tribus illis
mentis operationibus; maximè primæ à
qua longè abest compositio, & diuisio;

sed hoc non efficit, quò minus specimè
imbibat iudicij ergo: hanc minorem pro-
bo: nā in sensu nulla est compositio nul-
la denique diuisio, & tamen est in eo iu-
dicium ex Aristotele 3. de Anima, c. 7.
Sentire, simile est dicere, atque intelligere;
*cum autem iudicauerit molestum, aut iu-
cundum, ac si affirmasset, & negasset; pro-
sequitur aut fugit appetitus: ergo mul-
tò magis in intellectuali apprehensio-
ne dabitur iudicium præscindens à di-
uisione, & compositio: & percon-
sequens, sicuti sensus nusquam mouet
appetitum ad fugam, vel amplexum ob-
iecti, nisi prius de eius iucunditate, aut
molestia iudicium tulerit, ita intellectus
nusquam voluntatem (in ratione causa
sine qua non) concitat, nisi lato prius iu-
dicio de obiecti conuenientia, aut discō-
uenientia. Cuius sanè iudicij ratio om-
ninò præscindit à compositio, seu af-
firmatione; & à diuisione, vel negatione,
(vt dictum est) & in nuda quadam potē-
tiæ diuersa imitatione nititur, vt insinua-
re cernitur Scotus dum ait: *Sensus di-
stinctè apprehendens, vel distinguens ob-
iectum dicitur iudicium;* id est sensua-
liter à iucundo, & aliter à molesto im-
mutatus est ferens iudicium: aded vt hæc
ipsa, *alietas*, seu *distinctio* apprehensio-
nis, vel immutationis potentia ab obie-
cto sibi immixta saltè, vt à causa paria-
li appelletur *iudicium simplex*: ergo à
fortiori idem dicendum est de intelle-
ctu: enim verò quemadmodum visus cer-
nens album, & nigrum; & gustus arri-
piens amarum, & dulce diuersimodè im-
mutantur ab vtrisque, perindè noster
intellectus prima mentis operatione ho-
minem carpens, & equum; aliter, atque
aliter immutatur ab vtroq; præsertim
in nostra Schola, quæ docet cognitio-
nem esse compositum quoddam ex ab-
soluto, & relatiuo: absolutū porro cog-
nitione equi, diuersam fundat relatiui-
culam, imitationem, seu similitudinem,
ab ea, quam fundat absolutum, cognitio-
nis hominis. Igitur intellectus vestitus
hac, & illa, aliter, & aliter erit immuta-
tus; & perconsequens diiudicās, & discer-
nens hominem ab equo, & equum ab ho-
mine, idq; citra omnem compositionē,
& diuisionē, vt dictū est: hoc igitur iudi-
ciū si est sensorium sequitur appetitus
sensitio, & si est intellectuale, appeti-
tus naturalis. Aded, vt nunquā fugā, vel
amplexum carpere possit, quin præce-
dat*

3. de Anim.
cap. 7.

dat hoc saltem simplex iudicium, nixū, in præfata varia mutatione, de qua meminit Scotus, q. 3. prologi, §. *Ad tertiā questionem*, dicens: *intellectus Beatorum, nati sunt immutari à quidditatibus creatis, ad cognitionem veritatū inclusarum in eis*. Immutatur enim intellectus possibilis, primò, dum species intelligibilis educitur à potentia eius passiva, vi intellectus agentis, & quidditatis. Secundo dum producit speciē expressam, & recipit eam conflata ex qualitate absoluta, & relatione, seu similitudine terminata ad ipsam rei quidditatem; & tūc; intra spheram primæ mentis operationis est immutatus perfectè, & vltima tē, & est iudicans sine compositione, & diuisione, siue affirmatione, & negatione. Hoc sibi vult Scotus dum ait: *hoc modo diffinitiva cognitio de aliquo, potest dici iudicium de veritate obiectiua illius; vt verbi gratia, quando meus intellectus apprehendit, homo animal rationale*. Hoc porrò iudicium apprehensorium debet adminus præcedere quem libet voluntatis affectum. Hæc sufficiant pro Sectione quinta. Quomodo autem voluntas Beatorum immutetur iam habes tomo. 1. disput. 14. section. 7. §. quo circa.

SECTIO VI.

Quodnam ex præfatis tribus iudicijs intellectualibus debeat præcedere efficacem volitionem mediorum imperatiuam?

IN præcedenti Sectione, haud sub obscure constitit ex littera Doctoris, triplex esse iudicium intellectuale apprehensorium nempe, compositorium, & conclusorium; quorum secundum eminet primo, & tertium vtrique: intellectus siquidè creatus, siue humanus, siue Angelicus, siue viator, siue beatus, vt precisè prima fultus operatione, sicuti in adæquatè cognoscit obiectum, ita, & in adæquatè iudicat illud.

Vndè decipiuntur illi, qui existimant, intellectum Angelicum, vnico intuitu cognoscere rem, & ea, quæ conueniunt, & repugnant illi, & rursus, quæ essentialiter, & quæ accidentaliter eidem compe-

tunt: quin potius dicendum est cum Doctore nostro, quod omnis, & quilibet creatus intellectus, vt completè obiectū cognoscat, & adæquatè de ipso ferat iudiciū, tripla indiget mentis operatione, siue successu tēporis, & paulatim elicira (vt accidit nostro intellectui in via) siue ordine nature, vt familiare est animæ beatæ, & intellectui Angelico. Nota to verba Scoti q. 4. Laterali prologi. *Discursus non requirit successione temporis, nec ordinem ipsius, sed ordinem nature: scilicet, quod principium discursus, sit naturaliter prius notum, Superiusculè dixerat, quidditas subiecti in quocunque lumine videtur continet virtualiter veritates, quas potest facere notas intellectui passiuo, à tali obiecto. Si igitur quidditas lineæ visa in lumine naturali, potest notas facere veritates in se inclusas, intellectui nostro: pari ratione vt visa in essentia diuina. Sed omnis veritas causata in intellectu nostro, per aliquid prius naturaliter notum, causatur per discursum: ergo.*

Ex his manifestè elucet intellectus creatus vt precisè informatus primo illo intuitu correspondenti, primo instanti nature, & præscindenti ab illatione conclusoria, in qua posita est tertia mentis operatio, & præscindenti item à diuisione, & compositione, in qua nixa est secūda mētis operatio, dicitur inadæquate cognoscere rem, verbi gratia lineam: modo cernat eā in lumine naturali, modo in essentia diuina. Igitur prima mentis operatio semper, & vbique est inadæquata cognitio, & inadæquatam item iudicium semperq; excellit à secūda mētis operatione, vt expressè innuit Scotus vbi supra, dicens: *iudiciū ad hoc magis propriè dicitur de vero aliquo complexo*. Eminent secundo excellentia huius secūdæ operationis mentis in eo, quod falsitatis, & veritatis propriè, & vniuocè compos sit, prima autem non nisi æquiuocè, nimirum cuiusdam conuenientæ cum re apprehensa, quæ vtiq; conuenientia largo modo vocatur veritas: non verò vniuocè, & propriè, hæc enim in conformitate rerum vt compositorum ab intellectu, ad se ipsas extra, consistit. Vt verbi gratia astruit intellectus eiusmodi compositionem; *omne animal rationale est risibile*, hæc profectò compositio conformis est identitati reali, quam extra intellectum habent rationale, & risibile,

Scot. in prolog. q. 4. Later.

bile, hæc porrò conformitas est veritas illius compositionis, atque adeò ipsa vndequaue censetur vera: contra verò si intellectus diuidat illos duos terminos sic; *animal rationale non est risibile*, censetur falsus vndequaue: quia talis diuisio non est conformis cõuenientia, & identitati ipsorum: nota-

Scot. 1. d. 3. q. 4.

to verba Scoti in 1. d. 3. q. 4. vbi loquens de primis principijs, ait: *Igitur nõ potest esse in intellectu apprehensio terminorum, & compositio eorum, quoniam stet conformitas illius compositionis ad terminos; sicut nõ potest stare albedo, & albedo, quin stet similitudo: hæc autem conformitas compositionis ad terminos est veritas compositionis.*

Tertio præcellit, quia iudicium complexum (inquit Scotus) est certa apprehensio de aliquo per aliud. præcognitum. Est enim apprehensio connexionis fundamentalis simplicium iam per primã mentis operationem præcognitorum: iudicium autem apprehensio- rum simplex de aliquo, non prius noto. In quo autem consistat cognitio pro vt abstrahit ab apprehensiuâ, iudicatiuâ, & discursiuâ iam diximus tomo 1. disp. 46. sect. 1. §. ad octauum.

Quò circa obseruandum est 2. cù Scotus in citata distinctione 47. q. 4. in eodem paragrapho. Certam apprehensionem, seu noticiam de aliquo per aliud, esse bimembrem; alteram de aliquo per aliud simplex præcognitum, & aliam de aliquo per aliud complexum, etiam prius notum, illa prior noticia est secunda mentis operatio, & iudicium compositorium, hæc posterior est tertia mentis operatio, & iudicium conclusorium. Notanda sunt Doctoris verba, quæ sunt huiusmodi, *quia de conclusione iudicatur nedum per terminos, sed per principia.*

Quærimus igitur in præsentiarum quodnam ex his tribus iudicijs, prærequiratur ad voluntatis efficacem volitionem mediorum imperatiuam.

Scot. 2. d. 5. q. 2.

Tertio est obseruandum ex Doctore in 2. d. 5. q. 2. num. 7. & d. 6. q. 1. §. *Ad argumenta*, deliberationem esse duplicem, vnã impropiè, & æquiuocè, & aliam propriè, & vniuocè sumptam. Prior illa est simplex apprehensio obiecti. Secunda, & posterior est noticia conclusoria, seu iudicium practicum, resultans ex syllogismo practico, seu ex discursu cõparatiuò mediorum ad finem, & finis ad me-

dia, vltro citroquè, quousque cõcludat, quodnam ex illis medijs coram expositis, debeat voluntas eligere ad finis iam præintenti affectationem. En quomodo deliberatio vniuocè sumpta coincidit cum iudicio conclusorio.

Quarto obseruat Scotus in 2. d. 6. q. 1. §. *Ad argumenta pro opinione*. quòd quemadmodum intellectus practici deliberatio est duplex, æquiuoca nempe, & vniuoca: perindè voluntatis electio est duplex, altera æquiuoca sequens plenã apprehensionem intellectus, quomodo dicitur quis peccare ex electione, quando non est passio perturbans intellectum, neque est ignorantia: & alia vniuoca, & propriè recensita consequens, conclusionem syllogismi practici, quæ electio non est nisi volitio efficax obiecti, quæ est ad inquirendum medium, per quod possit obiectum attingi.

Electio porrò æquiuoca voluntatis sequitur deliberationem intellectus practici æquiuocam, & electio vniuoca, quæ eligitur medium consulens finis affectationi, sequitur vniuocam deliberationem.

Quò circa Franciscus Lichetus in 2. d. 5. q. 2. fol. 159. col. 2. ait. *Deliberatio propria est circa media ordinata ad finem, & intellectus discurret imperio voluntatis circa illa media, quousque inueniat medium ad finem.*

Suppositis his fundamentis dicendum est, ad electionem vniuocam, seu volitionem efficacem mediorum imperatiuam, requiri deliberationem vniuocam, seu iudicium conclusorium, imbibens, seu præsupponens alia duo iudicia, nimirum apprehensiuum, & compositorium. Hanc conclusionem tenet Scotus locis in citatis, & in 2. dist. 39. q. 2. quam probò sic: electio qua voluntas eligit vnum medium præ alijs, præsupponit consultationem eorum; sed consultatio nihil aliud est præter discursum circa operabilia, vel eligibilia, igitur idèò voluntas elegit (licet contingenter, & liberè, cõtradiçtorie) illud medium, inter tot sibi præstèsa: quia intellectus practicus deliberavit, & iudicium tulit, illud potius, quàm alia esse eligendum. Tunc sic: discursus cum ad tertiam pertineat mentis operationem præsupponit secundam, nempe iudicium componens, & diuidens, iuxta illud Philosophi libro 3. de Anima, cap. 3. text. 30. afferentis: *Atque cum bonum, aut malum dicit affirmando,*

Scot. in 2. d. 6. q. 1. 54.

Liche. in 2. d. 5. q. 2. fol. 159. col. 1.

Conclu.

Scot. 2. d. 39. q. 2.

3. De Anima, cap. 3. text. 30.

aut

aut negando: tunc, fugit, aut prosequitur, quasi diceret: mox, vt secunda mentis operatio affirmat. *Malum est concupiscere non suam*, continuò. Tertia mētis operatio iufert, deliberat, seū iudicat, fugā esse carpendam: & post hanc deliberationem vniuocam illicò voluntas elicit fugam.

Ecce quomodo priusquam voluntas eligat mediū vniuoca electione præcedit in intellectu syllogismus practicus.

Secunda ratio. Proxima regula humanæ actionis electiua est conscientia vniuoca: sed hæc est habitus conclusionis practicæ, vel actus prodiens à tali habitu, seū generatiuus eius: ergo electio mediij supponit syllogismum practicum. Minor propositio est Scoti in 2. d. 39. q. 2. vbi sic habet: *Conscientia potest poni habitus conclusionis practica. Secundum cuius actum, nata est conformari electio rectè in agibilibus.*

Obiectio. Sed obiiciet quis, Aristotelem ad mediij electionem, solūm exigere secundam mentis operationem: ergo non requiritur tertia, antecedens patet ex testimonio supra citato, quod est huiusmodi. *At que cum bonum, aut malum dicit affirmādo, aut negando, tunc fugit, aut prosequitur.* Sed fuga est medium ordinatum ad finem incolumitatis à malo, & prosecutio medium directum ad boni præostensi attingentiam: ergo secunda mētis operatio, seū iudicium compositorium est satis ad vtriusque mediij electionem: ad respuendum, sanè adulterium, & amplectendum ieiunium hodiernum satis videtur esse affirmatiua ostensio malitiæ illius, & honestatis huius.

Resp. Respondeo has electiones nusquam fieri nisi præeuntibus actu, vel habitu, his syllogismis: omne malū est fugiendū, adulterari est malum; Ergo abstinendū est ab adulterio. Bonum honestū est amplectendum, audire sacrum est honestū. Ergo est audiendum, cuius vtriusq; syllogismi maiorē conficit synderesis acquisita, vel naturalis, actu vel habitu: & mox, vt intellectus exercet minorem, continuò infert conclusionem deliberatiuam, antequam voluntas mediū fugæ, vel prosecutionis eligat.

Et confirmatur nam deliberatio propriè, & vniuocè est idem, quod grecè *βουβελια*, idest consultatio, quā sine discursu, & plurimum rerum ad inuicem, collatione fieri est impossibile, vel etiam

βουβελια, tantumdem est, ac consilium quod tunc intellectu hæret, quando in vnam sententiam plures rationes commigrant: ex quo manifeste apparet deliberationem propriè, & vniuocè sumptā esse compositionem illatiuam, statutum seu decretum sistens pedem in vno, post multa ante excogitata, & ad inuicem collata. Similiter eligere voluntatis est, à multis arripere commodissimū quodq;

Obiectio. Sed contra interdum accidit vnicum extare medium ad finis consecutionem: ergo tunc non patebit aditus consultationi, aut consilio: probatur quia hæc innituntur in collatione plurium rerum ad inuicem. Respondeo negando consecutionem: & ad probationem dico cum Scoto q. 1. prologi num. 10. quod *ex fine cognoscuntur illa, qua sunt ad finem necessaria, sicut per rationem sanitatis concluduntur talia, & talia requiri ad sanitatem* in illo igitur euentu, perfecta, vel sufficiens finis cognitio excitabit voluntatem (in ratione causæ sine qua non) vt imperet intellectui ad plura se se flectere, apprimèque rimari num consulant affectu illius finis, quousque in illud vnicū incidat medium, consciusq; fiat, ipsum solum consulere attingentiæ illius scopi, seu finis; eiusmodi vtique flexus, & diuersicula, consilij, seu consultationis sortiuntur vniuocam rationem. Patet: quia in eiusmodi examine, intellectus iussu voluntatis flectit se ad plura conferendo illa cum fine, & illo cōgruo medio, & hæc duo cū illis, vltro citroque donec concludat illud solum rationem congrui mediij sortiri, cætera minimè. Hæc sufficiant pro 6. Sectione.

SECTIO VII.

Verum ad inefficacem obiecti volitionem sufficiat iudicium apprehensorium?

In quinta Sectione edocuimus præfatā volitionem esse simplicem affectum voluntatis præscindentem à medijs pleno tamen consensu ambientem finem, affe qui possibilem vel impossibilem: cuius exemplum ibi tradidimus huiusmodi: *infirmus desperans de sanitate vult eā volitione complacentia, sed non volitione efficaci; quia non querit media inducen-*

via sanitatem. Querimus igitur hac in Sectione num ad eiusmodi inefficacem affectum, terminatum ad finem præcipientem à medijs, satis sit iudiciū apprehensorium.

1. Opinio.
Valent. dif.
t. q. 4. pun-
to 1. Medi-
na q. 10. ar.
3. Suar. to.
1. Meth. di.
23. Sect. 7.
Azor. to. 1.
lib. 1. c. 28.
q. 6. Tolet.
3. de Anima
tex. 153. &
154. cap.
& t. 30.
Belarm.
lib. 3. de li.
Arb. cap. 8.
& alij recē.
interpretēs
D. Thomæ.
D. Tho.
q. 9. ad secū-
dam. 3. de
Ani. c. 3. t.
154. & c. 7.
t. 28. & 30.
& c. 9. t. 46.

Partem negantē tenet Valentia disp. 2. q. 4. puncto 1. Medina q. 10. art. 3. Suarez Tomo 1. Methaphysicę disp. 23. Sectio. 7. Azor. Tomo 1. lib. 1. cap. 28. q. 6. sed clarius hanc amplexus est Toletus 3. de Anima textu 153. & 154 & cap. Textu 30. vbi docet appetitum non moueri donec adueniat iudicium affirmatiuum, vel negatiuum, boni, vel mali. Cardinalis Belarminus lib. 3. de libero arbitrio cap. 8. & alij recentiores Sancti Thomæ interpretes.

Probant autem hanc suam sententiā primo autoritate Sancti Thomæ, q. 9. ad secundum dicentes: *sicut imaginatio forma, sine aestimatione conuenientis, & noctui, non mouet appetitum sensitium; ita neque apprehensio sine ratione boni, & appetibilis.* Igitur requiritur cōpositio.

Secundò probant testimonio Aristotelis 3. de anima cap. 3. textu 154. dicētis: *cum opinamur aliquid malum esse atq; terribile; continuo perturbamur. Similiter, & cum opinamur quidpiam esse tale, vt in illo sit confidendū, at cum imaginamur talia, perinde afficimur, atque si in pictura eadem expectaremus.* Tunc sic, opinio non est in simplici apprehensione, sed in iudicio aliquo compositionis. Ergo.

Tertio probant ex Aristotele lib. 3. de Anima cap. 7. tex. 28. & 30. dicente *cum autem sensus iucundum, aut molestū discernit, quasi affirmauerit, aut negauerit; tunc, prosequitur, aut fugit: at anima, quæ est principium ratiocinandi, cum bonum, aut malum esse dicit affirmando, aut negando, tunc fugit, aut prosequitur.* Igitur sensus ante affirmationem, & voluntas post illam mouetur, & per consequens non satis est iudicium apprehensorium ad mouendam voluntatem, sed requiritur compositorium, per affirmationem.

Quarto probant ex cap. 9. textu 46. vbi sic habet; *at vero neque ratiocinandi vis, & id, quod appellatur intellectus, principium est mouendi; intellectus enim contemplatiuus nihil eorum, quæ sub actionē cadunt contemplatur, neque dicit quicquā omnino si sit fugiendum, an prosequendum.* Quibus in verbis, manifeste insinuat voluntatem à solo pratico intellectu mo-

ueri. Tunc sic, in pratico intellectu nō est simplex apprehensio. Ergo.

Quinto probant: quia si non exigere tur iudicium compositionis, sequeretur quam cumque apprehensionem simplicem posse immittere nostræ voluntati tristitiam, & delectationem; quod experimēto constat esse falsum, nam sine opinione istæ operationes, seu passiones esse non possunt; immò verò possemus odio habere beatitudinem, cum possibile prorsus sit, vt noster intellectus apprehendat hanc propositionem: *Beatitudo est mala;* est autem impossibile beatitudinem odio habere: ergo sola apprehensio non sufficit ad mouendam voluntatem, sed requiritur iudicium compositionis, quod quidem esse, non est de illa propositione *beatitudo, &c.* quam obrem ipsa odio haberi nequit.

Vltimò probant: in apprehensione tam cordati, quam amentes conueniūt & tamen non conueniunt in volitione, quia non concordant in iudicio. Ergo non sola apprehensio, sed potius iudiciū mouet voluntatem.

Oppositam sententiam tenet Doctor in 2. distinct. 5. quest. 2. & dist. 6. questio. 1. §. *Ad argumenta, dicens: ergo de liberatio respiciens plures intellectiones non requiritur ad vnā volitionem, sed in vna sola volitione potest esse obliquitas & peccatum.* Quasi diceret, ad simplicem finis volitionem potentem fundare bonitatem, & malitiam moralem, non requiritur syllogismus practicus, seu pluralitas intellectionum, quas pariunt propositiones, quibus ipse coalescit; non in quam opus est vniuoca deliberatione parta à tali syllogismo, & multiplici propositione. Eandem tenet in citata dist. 6. q. 1. §. *Ad argumenta pro opinione dicēs: electio æquiuoce accipitur vno modo, pro actu voluntatis consequente plenam apprehensionem intellectus, quomodo dicitur quis peccare ex electione, quando non est passio perturbans, neque est ignorantia.* Quando enim passio vel ignorantia est comes apprehensioni nō est plena sed vacua; ad plenitudinē namq; apprehensionis, seu deliberationis requisita ad peccandum (mortaliter præsertim) requiruntur duo: primum est, quod ratio attendat quid agit; secundum quod nullo modo dubitet de malitia sufficiente ad peccatū: quia igitur ratio fluctuans passione, vel ignorantia omnino destituitur

2. Opin.
Scotl in 2.
d. 5. q. 2. &
d. 6. q. 1.

Philippus
Fauētinus.
p. 152. c. 1.
vtro.

utroque, vel alterutro huius gemini requiriti, inde efficitur ut apprehensio *intellectus* non sit plena, neque sufficiens, ad hoc ut subsequens voluntatis motus, sit compos moralis malitiæ, sed subreptivus prorsus, & motus primus, & omnino in deliberatus, non solum in deliberatione uniuoca respiciente media, verum & in deliberatione æquivoca respiciēte obiectum, seu finem precisè abstraendo à mediis.

Vult igitur Doctor plenam apprehensionem; id est cognitionem simplicem malitiæ obiecti, seu circumstantiæ, vel ipsius actus mox a voluntate eliciundi, esse satis ad simplicem finis affectum potentem (ut dictum est) fundare moralem bonitatem, seu malitiam:

Expressius tenet hanc sententiam in 3. dist. 34. q. unica. §. *appetibilem* dicens *nullo alio posito circa ipsum disconueniens nisi sola apprehensione facta, natus est sequi actus delectandi, prosequendi, vel fugiendi.*

Quo circa notandum est primò, non mē conueniens interdū in eandem migrare significationem, atque hoc nomen *debitum*, aliquando autem coincidere cum significato huius nominis *iucundum gratum*, seu *delectabile* idem iudicium ferendum est de hoc opposito termino *disconueniens*. Interdum siquidem idem significat, atque hic terminus *indebitum*, vel *indecens*; quandoque vero tantundem est atque *molestum* vel *exosum*. Recognosce quæ diximus to. 2. disp. 3. Sect. 8. & disput. 11. Sect. 1.

Secundo meminisse oportet notabilis primi, Sectionis quintæ; vbi obseruauimus cum Doctore, perfectum iudicium inniti in secunda mentis operatione, affirmatiua, vel negatiua: imperfectum verò, seu improprie (sufficiens tamen ad bonitatem moralem, & malitiam) in notitiā *diffinitiuā de veritate alicuius* nēpe de veritate iucunditatis, vel molestiæ obiecti: & tandem malitiæ, & bonitatis proueniētis ab obiecto ipso vel a circumstantiā.

Sed contra: Scotus in 2. dist. 6. q. 1. ad Tertium negat apprehensionem veritatem, & falsitatem intellectualem. Ergo ipsa non poterit esse, iudicium de veritate obiecti.

Respondeo distinguendo antecedens, vel veritatem complexam, vel in complexam, in primo sensu concedo antecedēs

in secundo nego. Scotus enim libro 9. summæ Methaphysicæ secundæ cap. 6. numero 57. docet: in prima mentis operatione terminata ad conceptum, obiectiuum simpliciter simplicem, posse reperiri ignorantiam, non tamen falsitatem formalem, Sco. 9. Meth. cap. 6. sum. 2. nu. 57. nam teste Aristotele 3. de Anima cap. 20. tex. 27. intellectus apprehendens quod *quid*, verbi gratia, vltimæ differentiæ, vel *conceptus entis* est verus: quia commensuratur obiecto, si autem non apprehendit, & commensuratur illi est ignorans non falsus, ignorantia porro opponitur tali veritati, non vero, falsitas:

Secundo docet Doctor in prima mentis operatione terminata ad conceptum obiectiuum non simpliciter simplicem, posse reperiri falsitatem, non formalem sed virtualem, *intellectus simplex*, inquit *circa conceptum non simpliciter simplicem, licet non possit esse formaliter falsus, potest tamen esse falsus virtualiter, apprehendendo scilicet aliquid sub determinatione non conueniente, scilicet repugnante sibi* Exemplum tradit Scotus, ut *animal rationale in sensibile, & tamen illa ratio in se falsa est intelligibilis simplici apprehensione, licet ipsa non includat aliquod quid nisi forte quid nominis*. Id est, licet termini illi tres, præfati complexi dicant quid rei, tamen complexio eorum non dicit nisi quid nominis; nomine completionis intelligi debet apprehensio comparatiua, qua *animal rationale* apprehenditur in ordine ad *insensibile*.

Tertiò, docet in secunda mentis operatione posse reperiri falsitatem formalem. *Secundæ autem veritati, quæ est veritas complexa, opponitur ignorantia priuatiuè, & falsitas contrarie, quando vniuntur scilicet ea, quæ in re non sunt unita.*

Vt igitur ad propositum remeet noster sermo, plena apprehensio seu *diffinitiuā cognitio de aliquo*, inquit Scotus, *potest dici iudicium de veritate illius iuxta illud primi Ethicorum unusquisque bene iudicat, quæ cognoscit, & hic est bonus Iudex* iudicio nimirum improprie sumpto; nā iudicium proprie, & uniuocè inuenitur in secunda mentis operatione.

Tertio est obseruandum cum Doctore in 2. dist. 6. quæst. 1. §. *ad secundum* dico eiusmodi iudicium simplex nixum in prima mētis operatione esse duplex vnum absolutum & aliud comparatiuum, abso.

Vide Sco.
n 3. d. 34.
q. vn.

3. Anima c.
20. r. 27.

Obiecto.
Scot. 2. d.
6. q. 1. ad 3.

Resp.

1. Ethic.

absolutum, quidem, inquit Scotus, non est nisi alicuius obiecti simplicis contenti sub obiecto intellectus, comparatiuum est obiecti multiplicis.

Quartò est notandum simplex comparatiuum terminatum ad plura simplicia obiecta, & suapte terminatione ea ad inuicem conferens adhuc esse duplex, alterum quidem, quod terminatur ad simplicia nullam à parte rei possibilem connexionem dicentia cuiusmodi fuit apprehensio, qua intellectus Angeli nequam se Deum, vel aequalitatem sui ad Deum apprehendit: & aliud, quod respicit res inuicem possibilem connecti, vel actu connexas, vt apprehensio terminata ad *viuentis sensibile rationale*, & in practicis rebus apprehensio directa ad *occasionem, vel vindictam inimici*: & apprehensio item, qua explicat in *ieiunium hodiernum*, vel etiam in *amplexum alterius externae penitentiae*, seu alterius cuiusvis boni honesti.

Notato verba huiusmodi Doctoris nostri: *Intellectio comparatiua, siue collatiua potest esse ad quodcumque: & hoc, siue ista comparatio sit obiecti possibilis, siue impossibilis. Non enim intellectus tantum componit propositiones possibles, sed & impossibiles*; & hoc siue compositione propria, & uniuoca, qua fit per affirmationem, vt *homo est animal: homo est asinus*. Siue compositione impropria, & equiuoca, facta per primam mentis comparatiuam intellectiorem, duorum terminorum ad inuicem: vt dum apprehendo *montem aureum, Angelum Deum, flumen lacteum*: quas utique compositiones equiuocas, appellat Doctor in citatis verbis: *propositiones equiuocae* secundum Lichei expositionem, cuius haec sunt verba: *ad hoc ergo, quod intellectus possit facere talem compositionem impossibilem, sufficit apprehensio terminorum sub adaequato obiecto intellectus contentorum.*

Ultimo est notandum, haec praefata duo iudicia, simplex nimirum, & complexum, seu equiuocum praescindens ab affirmatione, & uniuocum, quod est circa affirmationem, & negationem, ambo simul praesire saepe saepius simplicem uolitionem comparatiuam, duorum terminorum connecti impossibilium, quorum alterum nempe simplex, iudicat sine ulla affirmatione de iucunditate, & alterum nempe complexum, iudicat de impossibilitate. Enimvero Angelus uerò

iudicio erat sibi conscius, hoc complexum Angelus Deus esse impossibile, vt ipse edocui Secti. disp. 5. tit. 2. medium, in quartum Comment. & nihilominus, stante illo iudicio affirmatiuo de impossibilitate illius complexi in ratione complexi, aliò simplici iudicio comparatiuo apprehendere potuit, sub ratione iucundi, & delectabilis illud ipsum complexum impossibile.

Sed dices, etià iudicio affirmatiuo potuit apprehendere, vel cognoscere illud complexum esse iucundum. Respond. deo negando antecedens. Et ratio est: quia sicuti Angelus Deus est impossibilis; ita Angelus Deus iucundus est impossibilis; & hanc obrem nequit extra errorem, & deceptionem, iudiciu affirmatiuum ferri in tale complexum omnino impossibile: Angelus enim, tunc nondum erat in statu errandi, alioqui poena fuisset ante culpam iudicio porro praescindenti ab affirmatione apprehendit, se Deum iucundum; sicuti apprehendit se Deum; & mox id ipsum uolitione simplici comparatiua, inordinatè ambiuit.

His praedictis fundamentis dicendum est: ad hoc, vt uoluntas uelit conueniens, id est iucundum, & nolit disconueniens, id est molestum, simplici affectu non tendente in ipsum per media non requiri iudicium compositorium, immò satis esse apprehensorium, & deliberatione equiuocam. Hanc conclusionem tenet Scotus in citatis locis, quem sequuntur Vazquez, disp. 44. cap. 2. Montesinos disp. 13. q. 3. conclus. 2. & probatur, quia si appetitus sensitius apprehenso per imaginationem disconuenienti fugam caput, & ostenso conuenienti, amplexum; quare itidem non poterit appetitus rationalis ductus per simplicem apprehensionem? nulla profecto apparet ratio quare sensoria apprehensio expers omnino compositione, & diuisione, sit potens erga appetitum sensitium; intellegualis uerò impotens erga rationalem, nisi comites sibi sint compositio, & diuisione: igitur incunctanter dicendum est ipsam praesise satis esse, quin confluant affirmatio, & negatio, seu iudicium compositorium.

Secundò probatur à sufficienti diuisione: si aliqua uirgeret ratio ad denegandum primae mentis operatione, eiusmodi uim motiuam, esset proculdubio, vel defectus iudicij compositione, quo iudicatur

cur

Obiecto.

Respond.

Conclus.

Scot. locis
cita. Vazq.
disp. 44.
2. Montes.
disp. 13. q.
3. con. 2.

Lichei.

certar nūm expediat complacere in tali obiecto sic appreso, an non: vel defectus iudicij, compositionis, quo iudicetur obiectū esse possibile, vel impossibile. Sed neuter huius vtriusque defectus, est sufficiens subtrahere primæ mentis operationi, illam vim (causæ sine qua non) mouendi voluntatem. Ergo; Maior propositio ab aduersariis conceditur, minoris autem priorem partem probat Vazquez cap. 2. nam iudicium reflexum de conuenientia complacentiæ, in obiecto conuenienti, & displicentiæ, & odij in obiecto disconuenienti, nullus huc vsque constituit, immò verò contrariæ sententiæ cultores sibi fiunt satis, si directum iudiciū de obiecti conuenientia, vel disconuenientia, eis concesserimus. Ergo frustra nō nulli recentiores, & absq; fundamento sentiunt, Doctorem subtilem confirmilē exegisse reflexum iudicium; quòd autem non opus sit iudicio compositorio, quod extorquet contraria opinio, probatur nam in primis sunt in voluntate motus subiti interdum circa bonum, & quandoquē circa malum, siuè omninò necessarij, siuè imperfectè liberi, quos nequit præcedere iudicium compositionis, vel diuisionis; quia hoc suapte natura exposcit, vt fiat paulatim, & successiuè; & illi è contra, adedò confestim fulgurant in voluntate, vt non subsit tempus ad affirmandum, & negandum. De his motibus repentinis, & ex tempore, meminit Scotus in 3. d. 34. q. Vnica, §. *Appetibilem*, dum ait, *actus adequatus, hominis ira candentis, est velle vindicare: velle quidem quasi imperfectum, dum irascitur ante repulsionem, vel sustentiam, quod assimilatur ei, quod est desiderium.*

Hos igitur primos motus voluntatis, non potest præcedere iudicium affirmationis, vel negationis.

Quod etiam ad actus perfectè liberos sit satis conuenientia obiecti ad proseguendum, & disconuenientia ad fugiendum, patet: quia illa per se est appetibilis, & hæc fugilis; Ergo correspondet illis, in voluntate appetitivitas, & fugitivitas. Antecedens est communis sententiæ, & Scoti in citato § q. 1. dist. 34. libri tertij dicentis: *Appetibilem enim, quoad sunt appetibilia ex se, quæ scilicet nata sunt ex se statim conuenire: & quædam etiam sunt primò fugibilia, quæ scilicet nata sunt ex se, statim disconuenire.* Consequentia autem probatur, quia cuiusq;

potentiæ passiue, correspondet potentia actiua: ergo si obiectum iucundū est appetibile, voluntas erit appetitiua: & si obiectum molestum, & disconueniens est fugibile, voluntas erit fugitiua, & profuga. Vel aliter si obiectum conueniens est motiuum (in genere saltem causæ sine qua non) ad amplexum, voluntas erit mobilis, &c. & per consequens apprehensio talis conuenientiæ, & disconuenientiæ sufficiet ad mouendam voluntatem, ad fugam, & amplexum.

Secunda pars minoris probatur, quia Angelus absquē præuio iudicio de possibilitate, immò stante assensu de impossibilitate appetiuit æqualitatem Dei; & peccator dum pœnitet appetit non peccasse: vt latè edocuimus in 2. tom. meorum Commentariorum in 4.

Nunc superest respondere ad argumenta contrariæ opinionis.

Ad primum negatur consecutio: nam inter apprehensionem veri, & compositionem, datur medium nempe apprehensio appetibilis, & conuenientis; Angelicus Doctor solum cõtendit non satis esse apprehensionem veri, non tamen negat conuenientis apprehensionem sufficere immò hæc satis est ad mouendam voluntatem in eius sententia. Quòd autem cognitio obiecti, sub ratione conuenientiæ saluetur citrà compositionem, indè constat, quod bruta animalia facultate sua æstimatiua cognoscunt obiectum, sub ratione sibi conuenientis, vel disconuenientis; quæ tamen nullatenus componunt, aut diuidunt.

Ad secundum Respondetur quod quæ admodum, nec terribilia depicta in tabella timemus, neque iucunda, & prospera in pariete sculpta speramus; per indè obiecta exosa, & disconuenientia, nuda imaginatione, seu prima mentis operatione apprehensa, nusquam passionem timoris in voluntatem nostram incutiunt: nisi præcesserit opinio, vel iudicium compositionis, & tandem obiecta iucunda, & venusta, simplici apprehensione, & absque comite iudicij compositorio, seu affirmatorio cognita non excitant actum spei, vel confidentiæ; hoc sibi vult Aristoteles: non tamen negat nudam imaginationem, seu apprehensionem disconuenientis absque stipante opinione, vel compositione sufficere ad respicendum illud nolitione displicentiæ: namque brutum animal impos omninò est

opinionem, compositionem, & diuisione, & nihilominus (vt supra dictum est) mole-
stum, seu disconueniens apprehensum
fugit, & quod iucundū, & familiare am-
plectitur.

Affectus porrò spei, seu confidentiæ,
& passio timoris in uoluntate præexigunt
opinionem, seu iudicium, non uerò affe-
ctus displicentiæ, & complacentiæ.

Sed contra (inquit Lorca) Aristote-
les in citato loco non intendit explica-
re, quæ cognitio requiratur ad affectum
timoris, uel spei, sed uniuersè constitu-
ere differentiam inter imaginationem, &
opinionem, uel iudicium; quod imagina-
tio sola non mouet affectum; opinio, &
iudicium mouent.

Respond.

Respondetur negando antecedens,
cuius falsitas facile dignoscitur ex illo
duplici termino *per turbamur & confidē-
dum*, expressè certè meminit passionis,
timoris, & affectus confidentiæ; igitur
ad has tantum exigit secundam mentis
operationem, & non ad affectus conpla-
centiæ, & displicentiæ.

Ad tertium Respondetur sensum illius
collationis Aristotelicæ inter appetitū
sensitiuum, & rationalem; hunc esse, ni-
mirū non equè uniuersale, ac iugæ esse
appetitui rationali moueri semper ante
affirmationem, & negationem, per inde,
atq; sensitiuo: quia, vt moueatur ad ele-
ctionem uniuocam erga medium ordi-
natum ad finem, indiget præcurrente iu-
dicio compositorio, seu deliberatione
uniuoca: ex hoc tamen nō sequitur ip-
sum nō posse moueri electione uniuoca,
& uolitione simplici, quin uia præerit
affirmatio, uel negatio intellectualis;
quia satis sibi est simplex apprehensio,
& deliberatio equiuoca.

Vaz. Resp.

Ad quartum Respondet Vazquez
Aristotelem non negare, aliquando in-
uoluntate excitari aliquem affectum ex
contemplatione, & speculatione: *quia
uisio* (inquit) *clara Dei est speculatiua
operatio, & tamen est principium amoris
amicitiæ erga Deum.*

Impugn.

Sed ruit hæc responsio: quo enim ope-
ratio intellectus se extendit ad uolun-
tatem, vt naturaliter prior praxi ab ea
elicitæ, eò censetur practica in Schola
Doctores.

Ex quo inferuntur duo; primum:
nunquā in uoluntate cieri aliquem affe-
ctum, ex præuia speculatione Secundū;
uisionem beatam esse practicam, & non

speculatiuam; vt latè probat Doctor in
prologo,

Ego igitur Respondeo, concedendo Resp. Auct.
maiolem propositionem desumptam ex
Philosopho, & negando minorem; im-
mò in intellectu practico regulante sim-
plicem uolitionem absolutam, uel com-
paratiuam, est simplex apprehensio pra-
ctica, qua præeunte excitatur uoluntas
ad præfatam electionem æquiocam.

Ad quintum Respondet Vazquez di- Vazquez.
stinctæ maiori sic: uel solam apprehensio-
nem terminatam ad obiectum sub rati-
one boni, uel mali conuenientis, uel
disconuenientis, uel terminatam ad ob-
iectum præscindens ab his rationibus.
In primo sensu uera est maior, in secun-
do est falsa.

Ad illud de beatitudine respondetur
ipsam non posse apprehendi, vt malam,
uel disconuenientem: cuius rationem red-
dit Scotus in 4. d. 49. si. 2. §. De secundo, Sco. in 4. d.
dicens: *De nomine beatitudinis hoc suppo- 49. q. 2.*
*nitur notum apud Philosophos loquentes
de ea, quod beatitudo est bonum sufficiens
excludens defectum, uel indigentiam; est
bonum perfectum, seu completum exclu-
dens imperfectionem, seu diminutionem,
est bonum, quo habito completè, bene est ha-
benti: ipsum porrò nomen beatitudo ef-
flagitat apprehendi sub ratione boni, &
conuenientis.*

Percontaberis sicuti sola apprehensio Dub.
conuenientis, & disconuenientis est fa-
tis immittere delectationem, & tristitiā
uoluntati, erit ne etiam incutere eidem
timorem, & spem? Responsum iam su-
pra est non sufficere: quia actus spei ex
futuri boni, & passio timoris, ex uentu-
ri mali credulitate procedunt: creduli-
tas autem est iudicium compositionis,
& diuisionis, & hæc est ratio potissima,
quarè brutis animalibus timorem, &
spem, propriè minimè concedimus: Tū
quia non componunt, neque diuidunt:
Tū consequenter, quia futurum ut sic,
non respiciunt. Addit tamen Ludouicus Montef.
Montesinos Magister meus, quod licet
ad solam imaginationem obiecti terri-
bilis, non moueatur homo, seu uoluntas
rationalis, nisi etiam per intellectum iu-
dicet illud esse futurum: appetitus tamē
sensitiuus ex sola imaginatione potest
terreri, quando imaginatio circa obie-
ctum, ut *disconueniens* uersatur.

Ad ultimum argumentum Responde-
tur negando consequentiam: uoluntas
enim

enim cum sit libera, nō necessitatur ab apprehensione, atq; ad eōdē consistit eadem apprehensione, poterit vnus proficere, & alius fugere.

Secundō respondetur negando antecedens: nam qui solertia pollet, & ingenio, rem apprehendit, vt se se gerit; stultus è contra: hæc sufficiant pro 7. sect.

SECTIO VIII.

Vtrum eiusmodi volitio supponēs simplicem apprehensionem possit esse efficax ad consequendum finem per media?

Scot. in 3. d.
34. q. 1. &
in 2. d. 6. q.
1.

Notandum est cum Doctore in 3. d. 34. quæst. 1. §. supra citato, appetibile esse duplex: vnum *ex se*. & primò, vt respectu sitibundi febris citatis fons frigidus, & respectu conscientie timorata Sacramentum confessionis, & aliud, nō primò, sed secundariò, vt Sacerdos confessorius respectu pœnitentis, & famulus ad fontem missilis respectu heri, ardentis febris, sitique æstuantis. Similiter inimicus est primò fugibilis; locus in quo est secundariò dicitur fugibilis.

Secundò est notandum cum Doctore in 2. dist. 6. quæst. 1. §. supra citato, quod quemadmodum duplex est apprehensio simplex intellectus, absoluta nempe, & comparatiua; ita etiam aliqua volitio est absoluta (inquit Scotus) & illa non est nisi alicuius obiecti simplicis, contenti sub primo obiecto volibili: aliqua est comparatiua: & ita, potest comparare quodcumque volibile simplex ad quodcumque licet in illa comparatione includatur contradictio: vt in volitione Deitatis in ordine ad Angelum. De quo in superiori sectione actum est. Quomodo autē voluntas sit potentia collatiua, & comparatiua explicuimus iam to. 1. disp. 2. sect. 2. §. sextum fundamentum.

Conclus.

His suppositis sit Conclusio responsiua. Licet regularis modus volitionis efficacis conandi in finem, per media: plerumquē supponat iudicium compositio nis affirmantis, vel diuisionis negantis; aliquando tamen, probabile est, sufficere simplicem apprehensionem comparatiua prædicati possibilis, ad hoc, vt voluntas illud velit volitione comparatiua in ordine ad subiectum, cum quo cōuenit,

& necitur; vt verbi gratia apprehensio honesto nexu, ieiunij si die veneris, præscindenter ab omni affirmatione; potest voluntas religiosa imperare gustui abstinentiæ. Et similiter ille, qui pedester iter facit, apprehensio per intellectum impetu capis irruentis, & lapide coram exposito, ante vllam affirmationem, vel negationem, potest illum arripere, in canem iaciendum. Similiter siti æstuantis apprehensio per intellectum frigidum fonte, qui primò appetibilis est; & famulo missili, qui secundò appetibilis dicitur ante quā in secundam progrediatur mentis operationem, potest voluntas eius moueri ad imperandum delationem aquæ frigidæ; & tandem viso inimico obviam propè occurrenti, & apprehensa per intellectum, ipsa disconuenienti inimicitia, potest voluntas imperare corpori, terga vertat, & fugam carpat, absque vlla cunctatione aliò diceffurum, deserto nimirum primò loco, quem secundariò fugibilem recensuimus cum Scoto. Hæc nō stram vtique conclusionem non abhorrent Vazquez, & Petrus à Lorca. Ille enim ait in citato 3. capite Aristotelem non negare, posse moueri voluntatem, affectu efficaci, ad opus exterius, ex sola simplici apprehensione operis, sine iudicio compositionis, & diuisionis, de quo solū nobis est controuersia: Hæc Vazquez: & hic, nēpè Lorca disputatione 10. §. est tamen aduertendum; ait, non est impossibile, vt nonnunquam iudicet homo sine compositione, & diuisione, qua prædicatum aliquod enunciatur, vel negatur de subiecto.

Vazquez
Lorca.

Sed dices: in sectione 6. Edocuisse nos contrarium nimirum electionē vniuocam supponere semper iudicium conclusionarium.

Obiecto.

Respondeo rem ita se habere regulariter loquendo, vt ipsa huius Sectionis appendicis conclusio fatetur, id tamen non officit quò minus voluntas cieri possit aliquando, in finem possibilem, per congrua, & apta media: vt patet in exemplis conclusionem explorantibus.

Respond.

Quò circa, perdoctè obseruat Petrus à Lorca, dum ait, idque existimo, euenire posse, tum ex perspicacia intellectus, tum etiam, ex usu, & consuetudine intelligendi, & habitu scientie intenso. Quemadmodum enim, etsi homo discurrendo cognoscat; aliquando tamen, absque discursu, aliqua veritates

E

affe.

assequi potest. sic etiam, et si nativum sit illi, componendo iudicare, non est impossibile, ut nonnunquam iudicet sine compositione. Hæc sint satis pro 8. Sectione.

SECTIO IX.

Verum in Iudicio compositorio Iudicium sit prius compositione?

IN quinta Sectione edocuimus cum Doctore, quemlibet voluntatis actum præcedere aliquale iudicium, siue compositorium, ad secundam pertinens mentis operationem; siue apprehensorium contentum intra spheram primæ mentis operationis: nam volitionem absolutam, quæ est alicuius obiecti simplicis, contenti sub primo obiecto volibili, præcedit intellectio absoluta, quæ quodammodo est iudicium, ut ibi exploratum est:

Volitionem item comparativam, quæ voluntas vult plures terminos simplices in ordine adinuicé; præcedit intellectio comparativa, quæ etiã est iudiciũ primæ operationis mentis: volitione tandem imperatam media ad finem; regulariter loquendo, semper præire cernitur iudiciũ compositionis affirmantis, quod in secunda mentis operatione sedem fortitur.

Ecce igitur quomodo Doctor subtilis ad quemcumque voluntatis affectum præ exigat iudicium intellectus.

Hinc intulerim decipi Petrum à Lorca disp. 10. supra citata, dũ ait: *Et si auctores contraria sententia, nempe Scotus, & eius asseclæ, solam asserant, voluntatem posse moveri absque compositione, id est, absque affirmatione, non esset falsa eorum sententia; sed asserunt posse moveri absque omni iudicio.*

Decipitur ite hic Doctor in eo, quod subdit, dicens; *Nam Scotus ex eo, quod voluntas absque iudicio operari potest, deducit posse peccare, non interueniente errore, ex parte intellectus, sentit ergo nullum iudicium esse necessarium.* Hæc Lorca; aliõ qui doctissimus, & Magister meus, in quibus deceptioni succumbit, & mentis Scoticæ, in scitiæ.

His igitur suppositis iuxta mentem Doctoris, (suscipiamur hac in Sectione, quid præcedat in iudicio compositorio, compositio, iudicium; vel an iudicium præcedens ipsam compositionem,

Montefinos in citata disput. 13. tenet iudicium esse posterius diuisione, & compositione: idque probat ex Aristotele 1. Periermeniarum cap. 1. asserente: *Circa compositionem, & diuisionem est veritas, & falsitas, id est iudicium verum, aut falsum.* Itaque, inquit, non debetis intelligere, quod ipsum componere, aut diuidere sit iudicare: sed iudiciũ sequitur circa compositionem, & diuisionem: cuius signum est, quod disputantes conueniunt in affirmatione, & negatione, sed differunt in iudicio: & qui respondet resumit eandem affirmationem, & negationem; & postea iudicat, dicendo, nego, aut concedo.

Oppositam sententiã tenet Vazquez tomo 1. in primam Diui Thomæ disp. 76. cap. 4. dicens: *quosque intellectus apprehendens subiectum, & prædicatum: aliquo modo vident, potius inter se conuenire, quam non conuenire, nondum dicitur iudicare, aut vnum de alio affirmare; & contra nondum dicitur negare, quousque videat potius inter se, non conuenire, quam conuenire.*

Et inferius sic habet: *quod si aliquis obijciat, posse esse propositionem compositam in intellectu, ante quam ipse iudicet quid quam? Respondeo (inquit) hoc solũ fieri posse, apprehendendo solas voces; at vero res ipsas inter se non posse ab intellectu connecti enunciatione, quæ indicatiua denotatur quousque cognoscat prædicatum magis conuenire subiecto, quam oppositum, quod est assentiri; vel cognoscat non conuenire, quod est dissentiri.*

Circa hoc dubium notato verba Scoti lib. 6. Metaphysice q. 3. nu. 3. *licet igitur in illo, nempe intellectu sit formaliter veritas, vel falsitas; aut quia est conformitas rei extra, aut non.* Quasi diceret: veritas est conformitas rei, ut in intellectu ad se ipsam ut extra: & falsitas est non conformitas rei perceptæ ab intellectu, ad se ipsam extra, ut in superioribus iam differuimus, verbi gratia, *homo est risibilis, homo est in sensibilis.* Veritas prioris propositionis est conformitas risibilitatis, ut enunciata de homine, ad se ipsam ut extra identificatam cum homine: & falsitas posterioris est carentia huius conformitatis.

Et inferius nu. 9. docet id ipsum: nempe, *obiectum complexum prius in se tale, quam in intellectu.* Et mox declarat in quo nitatur hæc complexio à parte rei, præcedens complexione factã in intellectu;

1. Opin. Montefin. disp. 13. 1. Perier. 6. 1.

2. Opin. Vazq. in 1. p. D. Tho. disp. 76. 6. 4.

Scot. 6. Metaph. q. 3. nu. 7. & 9.

Disputatio Quarta.

SI

dicens: hoc esse complexum est habitudo virtualiter inclusa in extremis, ante naturaliter quā extrema comparantur à ratione: id est ab intellectu. Cui esse priori conceptū complexū conformari, est verum esse; difformari, est falsum esse. Id est; formalis veritas consistit in conformitate complexionis patratae ab intellectu, ad complexionem, seu habitudinem, quā extrema habent in se virtualiter.

1. Conclus.

Dico primò: si cōpositiō intellectua-
lis, & eius veritas conferantur ad inui-
cē: veritas cernitur esse posterior. Hanc
conclusionem expressè tenet Doctor in
citatis verbis, & in 1. sententiarum d.
3. quæst. 4. num. 7. dicens: *Igitur non po-
test esse in intellectu apprehensio termino-
rum, & compositio eorum; quin stet con-
formitas compositionis ad terminos, sicut
non potest stare albedo, & albedo quin
stet similitudo; hæc autem conformitas
compositionis ad terminos est veritas com-
positionis: Ergo non potest stare compositio
talium terminorum quin sit vera.* Nūc
sic argumentor: similitudo inter duas al-
bedines est posterior ipsi; ergo etiā con-
formitas cōpositionis ad terminos erit
posterior ipsa cōpositione in qua fun-
datur, atqui hæc cōformitas est eius ve-
ritas; igitur hæc erit posterior, & illa
prior.

2. Conclus.

Secundò dico, iudicium apprehensio-
riū, seu primæ mentis operationis præ-
cedere cōpositionē; hæc etiam expres-
sè tenet Scotus locis sæpe sapius supra
citatis præsertim in asserto nuper rela-
to, in quo haud subobscurè docet cogni-
tionem apprehensivam esse priorem cō-
positione, sed illa cognitio est iudicium
apprehensivum. Ergo tale iudicium ni-
xum prima mentis operatione est prius
cōpositione.

3. Conclus.

Tertiò, dico cōpositionem verā in ra-
tione cōpositionis verè esse priorem iu-
dicio nixò ipsi cōpositioni, vel secundæ
mentis operationi; hanc tenet Doctor
in eodem dudū relato testimonio dicēs:
*& ita non potest stare perceptio illius cō-
positionis, & perceptio terminorum, quin
stet perceptio conformitatis compositionis
ad terminos, & ita perceptio veritatis,
quia prima percepta evidentè includunt
perceptionem illius veritatis: Tunc sic
eiusmodi perceptio, est iudiciū quo intel-
lectus iudicat de terminis; de illorū com-
positione, & de conformitate huius ad
illos. Ergo iudicium est posterius omni*

bus. Quò circa Tataretus, & facta cōpo-
sitione, intellectus immediatè assentit ha-
bita apprehensione terminorum. Sed per-
contaberis eiusmodi perceptio est ne
alius actus reflexus? Respondet Scotus
lib. 6. Metaph. q. 3. n. 7. dicens: *Respondeo,
propter evidentem habitudinem termino-
rum, intellectus cōponens statim percipit
actum componendi esse conformē entitati
compositorum: possit ergo dici, quod ibi est
alius actus, & reflexus, sed in perceptus,
quia simul tempore; in alijs, ut in conclu-
sionibus differunt tempore.* Plura prolixè
ibi, & obscurè dirimit Doctor, quæ Es-
choliator Doctissimus Hugo Cauellus
breui complectitur Epilogo, dicēs: *Ter-
tiò explicat quomodo reflectendo, cognos-
cit intellectus veritatem sui actus, scilicet
aduertendo complexionem propositionis,
esse conformem virtuali habitudini inclu-
sæ in terminis.*

Dub.

Sol.
Scot. 6. Me-
taph. q. 3.
num. 7.

Hugo Cauellus.

Ad opiniones illius vtriusque Docto-
ris dico, modum dicendi Vazquez esse
verum in sensu nostræ secundæ conclu-
sionis, Ludouici verò à Montefinos in
sensu tertiæ conclusionis.

Percontaberis actus reflexi veritatē,
quo alio actu reflexo cognoscam? Res-
pondet Doctor num. 11. *Dico, quod ille
actus reflexus in perceptus est verus, sed
non oportet cognoscere illum esse verum;
est enim actus vnus cognoscibilis natu-
raliter rectus; sicut dicitur de syllogis-
mo, quòd non est notus vt obiectum,
sed vt actus cognoscendi rectus natu-
raliter.*

Dub.

Solu.

DISPUTATIO IV.

De contingentia Actus Hu- mani eliciti.

SECTIO I.

*Vnde proueniat contingentia voli-
tionis.*



Oc excitat dubium Scotus
d. 25. q. citata, §. dico: *Ergo
ad quæstionem, dicens: quero
ergo illud quod euenit contin-
genter vnde, vel à qua causa*

Scot. d.
25. q. vñ.

eueniat à causa, inquam, in determinata, vel an potius, à causa determinata?

Pro cuius decisione supponit, aliquid contingenter euenire, tantūdem esse, ac euitabiliter euenire: adeò vt contingentia idem prorsus sit, ac euitabilitas.

1. Perier. c.
vltim.

Secundò supponit ex Aristotele 1. Periermeniarum cap. vltimo, quòd si omnia euenirent ineuitabiliter, tunc frustra in rebus esset negotiandum, ac consiliandum: eò potissimum, quia illo in euentu, nec consultatio, siue negotiatio, rerum euentui faueret, neq; eius defectus, vtrū que detraheret: frustranea porrò quæuis consultatio foret, ac prorsus inanis.

His igitur suppositis, breuiter Doctor, ac perfunctorie sciscitatur, num effectus cōtingens, ac liber contradictoriè proueniat à causa determinata, vel an potius à causa indeterminata. Quò circa Lichetus hæc profert verba declaratoria: *quādo dicit de causa determinata ad vnum effectum: accipit causam determinatam ad vnum effectum contradictorie: sicut calor est sic causa determinata ad calefaciendum; quia presente calefactibili, non potest non calefacere. Et quando dicit de causa indeterminata, debet accipi indeterminata contradictorie, ita quòd talis causa, stante etiam optima dispositione obiecti, potest agere in illud, & non agere.*

Lichetus.

His igitur præiactis, quærimus in præsentiarum, vnde proueniat contingētia actus humani eliciti, vel imperati à voluntate; nū videlicet proueniat à determinante indeterminato ad vtrumlibet cōtradietiorū, vel an potius à determinante determinato ad vnum illorum?

Vel si maus dicito sic, vnde emergit contingens, & euitabilis determinatio volūtatis indeterminatæ? à determinante determinato ad vnū cōtradietiorū, v. grat. ad *velle*, vel an potius à determinante indeterminato ad vtrumlibet cōtradietiorum, nimirum ad *velle*, & *nolle*.

1. Conclus.

Dico primò, præfatam determinationem (verbi gratia ad *velle*) contingentem, & euitabilem voluntatis, non prouenire à determinante determinato ad vnā contradictionis partē, scilicet ad *velle*, Hanc conclusionē tenet Scotus in littera, dicēs: *nō à causa determinata*. Probatque quia determinatio volūtatis ad *velle*, facta per talē causam, reuera non esset contingens, & euitabilis, sed potius necessaria, & ineuitabilis. Ergo non est

dicendū voluntatem determinari ad *vel* le contingēs, per causam ad ipsum determinatā, sed potius per causam indifferentē, & determinatā ad *velle*, & ad *nō velle*. Consequentia bene infertur; antecedens probat Scotus, dicens: *quia pro isto instanti, pro quo est sic determinata, effectus non potest euenire contingenter*; quia cū huiusmodi determinatrix causa suapte natura sit determinata ad vnā contradictionis partem, verbi gratia, ad *velle*, & non sit indifferens ac indeterminata ad vtrumlibet, nimirum ad *velle*, & ad *nō velle*, proculdubio necessariò, & ineuitabiliter, trahet secum voluntatē, ad illam contradictionis partem, ad quam ipsa nimirum determinatrix causa, naturaliter est determinata. Quo utique in euentu, voluntas nō diceretur determinari contingenter, & euitabiliter, sed potius necessariò, & ineuitabiliter. Confirmatur quia determinabile ad modū determinantis determinatur, sed eius modi determinans adeò necessariò fert, & determinat ad hanc solam partem, vt non possit ferre, & determinare ad aliā. Ergo determinabile, & ductile, nēpè voluntas, ita necessariò, & ineuitabiliter ducetur ad eandem, vt non possit ferri in aliā. Igitur determinatio huiuscemodi voluntatis, iam non esset contingēs, & euitabilis, sed potius necessaria, & ineuitabilis. Et per consequens *velle* sic demum elicited non foret contingens, & euitabile, sed necessarium, & ineuitabile. Videantur quæ diximus de duplici inclinatione voluntatis tom. 2. disp. 3. sect. 4. §. ad rationem dubitandi.

Secundò dico, hæc (de qua loquimur) determinationem contingentem & euitabilem, prouenire a determinante indeterminato, & indifferenti ad *velle*, & ad *nō velle*; hanc conclusionem tenet Scotus in textu, dicens: *ergo à causa indeterminata ad alterutrum oppositorū*, hæc conclusio probatur à sufficienti diuisione; nam necessariò prouentura est à determinante determinato, vel indeterminato, & indifferenti. Sed probatum iā est, non prouenire à determinante ad vnum determinato. Ergo dicendū superest, ipsam prouenire à determinante indeterminato ad vtrumuis cōtradietiorum.

2. Conclus.

Tertiò dicendum est, contingentiam & euitabilitatem, *volitionis*, & *nō volitionis*, seu *nolitionis*, & *odij* fluere à determinati-

3. Conclus.

mi-

mināte indeterminato, & indifferēti, ad
vtrumvis contradictorio: ū, vel contra-
riorum. Hęc conclusio directē respon-
det titulo sectionis, cuius mehercule ve-
ritas, adeo manifeste sequitur ex dua-
bus præcedētibus, vt ampliori haud in-
digeat probatione:

SECTIO II.

Appendix prioris.

*Verum hæc indifferens, & indetermi-
nata causa determinans voluntatē ad
suas contingentes functiones sit ip-
samet voluntas?*

1. Opin.

A VCTORES negativæ sententiæ in-
cunctanter dicent indeterminatam
causam voluntatis determinatricem, ef-
se ipsum intellectum præ ostendentem
obiecti convenientiam, vel disconueniē-
tiam. Huius opinionis meminit Scotus
in citato §. dicēs. *Dices ista indetermi-
natio est ex parte intellectus sic representan-
tis obiectum voluntati, vt fore, vel non fo-
re.* Potest enim intellectus repræsentare
voluntati, Petrum esse diligibilem,
iucundum, & conuenientem; & media
tali repræsentatione, determinare eam,
ad diligendum ipsum. Et rursus potest
ē contra, repræsentare eidem, illum po-
tius esse in visum, & odio dignum, atque
adeo, determinare eā, ad ipsū odio pro-
sequendū. Quia igitur intellectus est in-
determinatus ad has oppositas repræse-
ntationes de fore, vel nō fore Petri aman-
dā; indē meritō potest recēseri causa in-
determinata, voluntatē contingēter de-
terminās ad velle, vel ad nō velle obiecti.
Sic cōmentatur Lichetus verba, ac mē-
tē Doctoris, dicēs: *Ista determinatio, id-
est, quod si intellectus repræsentat volun-
tati, hominē risibile. est. diligibile, quod ta-
lis intellectio est causa dilectionis illius: si
verō repræsentat hominē risibilem, nō di-
ligibile; quod talis intellectio est causa al-
terius opposita, puta non dilectionis, vel
odij: ita quod talis determinatio est ex alia
& alia intellectuone.* Hęc Lichetus.

2. Opin.

Doct. citat.

Affirmatiuam sententiam tenet Do-
ctor dum ait: *Dico ergo ad questionem,
quod nihil aliud à voluntate est causa tota-
lis volitionis in voluntate.* Et infra, *si de-
terminans contingēter, & euitabiliter ad*

*vnū illorum determinat, ita quod pos-
sit determinare ad aliud, profecto tale de-
terminans non potest esse, nisi voluntas.* Et
inferius, *contra intellectus non potest de-
terminare voluntatem, &c.* Consultit no-
bis Lichetus inquit. *& hæc est sola vo-
luntas, quia præsentē obiecto potest velle
illud, & non velle.*

Ad tutamen quippē hui scē sententię,
obseruat Doctor quamcunq; causam na-
turalem actiuā, esse suapte natura deter-
minatam, ad vnū effectum: vel si causa na-
turalis, inquit, est indeterminata, cer-
tē, non potest seipsam determinare, nec
aliam. Quò enim naturalis est eò, intelli-
gitur secundum potentiam dumtaxat
passiuam, esse indeterminata, & deter-
minabilis ab alio determinante actiuo,
Namque si supponatur esse compos etiā
potentiæ actiuæ, vtique non naturalis,
sed libera recensenda esset.

Hinc infert intellectum neutiquam
posse esse causam actiuam, contingēter,
& euitabiliter determinatricem volun-
tatis, modò ad velle huius obiecti, deinde,
ad nolle, vel ad non velle eiusdem;
eò nimirum, quia intellectus inter natu-
rales connumeratur causas,

Ad ostendendum autem nullius esse
momenti illam Aduersariorum instan-
tiam, de intellectu nimirum, per duas
contrarias inuicem intellectuones repræ-
sentante, modò hominē risibilem, fore di-
ligendū, & deinde, non fore diligendū; ad
confutandam inquam hanc instantiam
obseruat Doctor secundò. Quod si intel-
lectus concludat semel per verum syllo-
gismum, ostendatq; voluntati, hominem
risibilem, meritō dilectū iri; postea her-
cle nequibit oppositum cōcludere, nisi pa-
ralogizando, siuē sophisticè syllogizando,
& tandem in deceptionem migrando.

Vnde affabrè infert, quod si contingē-
tia functionum voluntatis, originem du-
ceret, ex hac contrariarum conclusio-
num, vnus veræ, & alterius sophisticæ,
varietate; proculdubio hac facta hypo-
thēsi: *à voluntate Dei nihil contingēter
eueniret; quia ipse (inquit Scotus) non
paralogizat, nec decipitur, verbum liqui-
dē Græcum παραλογίζο, idem sonat, ac
Latinè, captiosè argumētior, & παραλογί-
μος, identidem est, ac captiosa argumen-
tatio, conclusio fallax, seu deceptio per
falsas rationes, quæ omnia longe abfunt
à diuino intellectu.*

Dico primò, actiuam indetermina-
tam

1. Conclus.
Scot.

tam causam, voluntatis determinatricem ad *velle*, & *nolle*, seu *ad non velle*, nõ esse intellectum. Hanc conclusionem tenet Doctor in littera, probatque his verbis: *Intellectus agit modo maximo naturali, per Augustinum 2. de Trinit. & multis alijs locis, ideo intellectum ponit principium appropriatum, respectu productionis filij in diuinis, qui maxime naturaliter producitur: ergo intellectus minime est causa indeterminata, respectu alicuius effectus sed determinata.* Et per consequens, nequibit esse causa indeterminata voluntatem determinans contingenter ad suas operationes, volendi, & nolendi. Et confirmatur, quia *omnis causa naturalis, aetiuua, est determinata ad vnum effectum: vel si causa naturalis est indeterminata, non potest se ipsam determinare, nec aliam.* Quia (vt dictum est in primo fundamento) supponitur esse indeterminata secundum potentiam passiuam dumtaxat. Tunc sic: intellectus est causa naturalis; ergo non poterit contingenter determinare voluntatem, *ad velle*, & *ad non velle*; quod si aduersarij nobis urgeant instantiam illam de diuersa representatione obiecti, amore, vel odio digni: *contra*, inquit Scotus, *intellectus qui demonstrando ostendit voluntati Petri amore dignum, non potest eundem representare dignum odio, nisi paralogizando, siue sophisticè syllogizando, ut quod concludendo decipiatur: ergo si contingentia operationum voluntatis futurat ab intellectu, vnum contradictorium per demonstrationem, & aliud per paralogysmum, dictante secundum hoc, a voluntate Dei, vel a Deo, nihil contingenter eueniret: quia ipse nõ paralogizat, nec decipitur, sed hoc est falsum, & improbatum, dist. 8. 1. lib. q. vltima.*

Lichetus

Lichetus sic concludit: *Sed non est credibile, quod intellectus maxime nudus, vt anima separata, vel Angeli sic decipiatur, & posito, quod omnis intellectus creatus deciperetur intellectus tamen diuinus non decipitur, cum igitur voluntas animæ separata Angeli, & tamen voluntas Dei, plura velint contingenter, & tandem quam plura nolint, eiusmodi voluntates prorsus nude non determinentur ab intellectu ad has contingentes operationes dicere vndeque cogimur: causam determinatam, voluntatis contingenter determinatricem non esse intellectum.*

2. Conclus.

Secundò dico, hanc indeterminatam

causam voluntatis ad sua contingenter obeunda materiam latricem, esse ipsam voluntatem. Hanc tenet Doctor in littera dicens: *Tale determinans non potest esse nisi voluntas.* Et Lichetus inquit vbi supra: *& hæc est sola voluntas, quia presente obiecto, potest velle illud, & non velle.* Et probatur à sufficienti diuisione: ex quo enim voluntas ad *velle*, & ad *non velle*, ad amorem, & odium contingenter, & euitabiliter fluctatur: idque ab aliquo determinante: & ostensum iam sit, eiusmodi actuum determinans, non esse intellectum, nequè obiectum, nequè phantasma, nequè intellectiõnem, superest ceteris esse ipsammet voluntatem.

Obiect.

Contra primam conclusionem arguit Scotus sic: *Philosophus diuidit naturam, contra intellectum; & contra agens à proposito; non igitur intelligit, quod intellectus sit causa per modum natura.* Respõdeo breuiter apud Aristotem, intellectum simpliciter, & vniocè, esse causam per modum naturæ; æquiocè autem, & secundum quid, esse agentem per modum libertatis; nimirum, *secundum quod est potentia practica, respectu agibilis extra per se autem recensitus, secundum quod est quedam potentia operatiua, tali operatione distincta contra operationem voluntatis: sic: quantum est de se, naturaliter agit.* De libertate diuina in ordine ad extra annotauimus aliqua tomo 1. disput. 1. sect. 1. §. tertio dico.

Resp.

SECTIO III.

Qua contingentia, & libertate sit compositus amor ille, quo voluntas nostra diligit finem ab intellectu obscure, & in vniuersali apprehensum.

Circa titulum est notandum cū Doctore in 1. dist. 1. q. 2. art. 2. finè dupliciter posse concipi, obscure nimirum vniuersaliter, & obscure item singulariter, primo quidem modo, tunc temporis concipi perpenditur; quado sub conceptibus communissimis, tam fini, nempe Deo; quam enti ad finem ordinato, scilicet creaturæ apprehenditur vt exempli gratia, quando Deus concipitur sub ratione boni. Bonitas siquidem non solum competit fini, verum, & ipsis me-

Scot. in 1. d.
1. q. 2. art. 2.

medijs, nimirum creaturis. De eiusmodi beatitudine, intelligitur antiquorum assertum: *omnia bonum appetunt*. Finem obscure, & in particulari, concipere, est apprehendere beatitudinem in Deo trino & vno: seu concipere Deum in vnitate essentia, & personarum trinitate, cognitione enigmatica, cuiusmodi est fides.

Querimus: ergo in presentiarum vtrum sine primo modo apprehenso, possit voluntas non frui illo, seu non velle illum. Num videlicet, volitio, qua ipsum obscure, & communissimè apprehensum, volumus: sit libera, & contingens.

Hanc sane questionem, multos retro ante annos, ipse in codicibus auditorum meorum, seu discipulorum manu scriptis, haud sub obscure disputavi: cuius primum fundamentum decerpsi ex littera Doctoris in hoc articulo, verbo *contra hanc*. Ex Licheto folio 48. columna 2. ex Tataretto, pag. 81. quod cum Divus Augustinus primo retractationum, cap. 22. asserit: *Nihil tam in potestate voluntatis esse, quam ipsam voluntatem*. Loqui Sacrum Doctorem de voluntate in actu secundo, & non in actu primo. De actu inquam elicito, & non de potentia volitiva. Adeo, ut sibi velit, nihil ita esse in potestate voluntatis, atque actum eius, quem potest producere, & non producere.

Secundum fundamentum desumpsi ex eisdem locis: voluntatis potestati, succumbere; ut nosse intellectus firmiter hæreat, ultimi finis apprehensioni, & cuiusvis alterius obiecti. Adeo, ut suo imperio illum possit in tali apprehensione figere: & postea subtrahere. prout sibi magis arriserit, & mehercule, auulso intellectu à tali finis consideratione: voluntas minimè hærebit illi per fruitionem, (mystici Theologi oppositum sentiunt) cum non possit aliquem habere actum, circa rem in cognitam.

Ex hoc fundamento infert Scotus, non solum actus voluntatis esse in potestate eius verum etiam actum intellectus, quæ suo imperio dirigit in elicitionem, & retrahit ab illa.

Secundo infert actus voluntatis esse in potestate eius, tam mediata, quam immediate, mediate quidem; quia affectu imperativo, potest immediate coercere intellectum à consideratione obiecti; quo præstito: necessario seipsam cohibet me-

diata, cum non possit ferri in materiam in cognitam. Immediate autem, quia scilicet te cognitione confusa, erga finem: potest voluntas auellere se à dilectione eius.

Vltimò infert Scotus, in potestate voluntatis esse frui, & non frui, vltimo fine obscure viso, tam mediata, quam immediate, mediate utique: quia est potes velle ipsum, firmado cognitionem in ipso, & figendo volitionem mediatam.

Similiter est potens non velle illum mediatam, dimouendo videlicet considerationem immediate, & rescindendo volitionem mediatam; igitur mediatam potest velle, & non velle vltimum finem, caliginosè, & obscure visum. Atque adeo, frui, & non frui illo. Similiter immediate est potes itidem præstare, quia potest ab amore finis, ut obscure visi, immediate se auellere; quin prius cognitionem coeruerit, stante inquam visione enigmatica, & obscura, erga finem: potest non diligere ipsum: tamen nequeat eum diligere, secundum Theologos Scholasticos (benè secundum mysticos) absque præuia cognitione. Telle Diuo August. octauo de Trinitate, cap. 4. & 9. asserente, *in visa possumus diligere, in cognita nequaquam*.

Dicendum est primò, sine in vniuersali, obscure apprehenso per intellectum; non necessario frui voluntatem; Sed merè contingenter ac libere, libertate contradictionis, seu indifferentia. Hanc conclusionem tenet Scotus locis supra citatis. Et probatur testimonio Diui Augustini, in primo fundamento allato: *nihil est tam in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas*. Igitur actus intellectus, non erunt tam in potestate eius: atque sunt actus ipsiusmet voluntatis. Tunc sic: actus potentia intellectiva verè sunt in potestate voluntatis; quandoquidem creberrimè eos circa finem, suo figit imperio: & postea rescindit. Igitur multò melius, id præstare poterit erga suos actus. Et per consequens, stante cognitione obscura, circa finem vniuersim sumptum: nempe circa bonum vniuersaliter consideratum, vel circa Deum, sub ratione boni in communi recensitum; poterit voluntas non diligere eiusmodi finem sic apprehensum.

Secunda ratio Scoti: voluntas non necessario amat, media ordinata ad finem. Igitur neque ipsum finem, obscure, & vniuersaliter apprehensum: diligit neces-

Lichet. 1. d.
1. q. 2. folio
48. col. 4.
ex Tat. fol.
81. D. Aug.
1. Retract.
c. 22.

D. Aug. 8.
de Trinit.
c. 4. & 9.

1. Conclusi.

Scot. locis
supra citatis.

fariò; consecutionem probo : quia eadē ratio communissima boni, sub qua concipitur finis, vt vniuersalis est, & obscure recensitus reperitur in medijs. Ergo si hæc non necessariò mouent, vel necessitant voluntatem ad sui amorē, & prosequutionem : proculdubio neque finis sic transcendentaliter conceptus vrgebit illam ad suæ dilectionis obsequium. Dilectionis inquam elicite, siue amicitie (qua velit vltimum finem in communi apprehensum, in se, & propter se) siue concupiscentiæ, qua illum sibi, & hære, vt bonum fatians velit. Hæc quidem conclusio satis corroborata manet in fundamentis. Enimverò si voluntatis in potestate, est velle, & non velle finem vltimum, mediante actu intellectus, in sensu supra explorato; à fortiori erit in optione eiusdem, velle, & non velle illum immediatè, coercendo nimirum suos, actus, & retrahendo à fine, sic in vniuersum, sibi obscure ostenso.

2. Conclus.

Secundò dico: amorem nostræ voluntatis elicitedum, circa vltimum finē, obscure in vniuersali apprehensum, esse cōtingentem, & liberū libertate cōtradictionis: & non necessarium naturali necessitate: Esse inquam, contingentem omnimode: tam intrinsecè, quam extrinsecè. Hanc cōclusionem tenet Doctor vbi supra, §. præsertim, contra primum articulum arguo, &c. Eamque sic probat: omnis causa, quæ dum non est impedita necessariò erumpit, in aliquem effectum, consequenter debet necessariò irruere in omnem obicem præpeditum talis effectus, si illi præualet. Atqui nostra voluntas non necessariò aggreditur eiusmodi, cui præualet, obicem præfati amoris, erga vltimum finem sic apprehensum elicendi; igitur nequē in elicitionē ipsius amoris, irrumperet necessariò; sed cōtingenter, & liberè contradicitoriè. Maiorem probat Scotus, dicens: *Quia quòd ex se necessitatum est ad agendum, numquā prohibetur nisi per aliquid repugnans, vincens virtutem eius actiuam. Sicut patet in graui: prohibetur enim à descensu, propter aliquid repugnans vincens eius inclinatio nem; & pari necessitate, remouet prohibens, si potest. Quo amoto, non impeditum descendit. Quia ita necessariò remouet repugnans effectui, sicut ponit effectum, cui illud repugnat.* Minorem etiam probat, dicens: *Prohibens autem hanc volitionem, est non consideratio finis, & hæc*

Doct. vbi supra.

potest voluntas remouere, faciendo intellectum stare in consideratione finis. Ergo volendo finem, necessariò faciet intellectum stare in consideratione finis. Quòd tamē falsum esse ipsa docet experientia, quādoquidem intellectus etiam viri orthodoxi sapius vacat caducarum rerum cōsiderationi, quā suprema finis meditationi. Dicendum ergo est voluntatē nostram non necessariò pronehi in dilectionem vltimi finis obscure, & in vniuersali, apprehensi: quin potius vtramque tã apprehensionem, quā dilectionem, obsequio plenè submittere liberi arbitrij.

Secunda ratio; omnis causa necessariò proficiens in effectum, agit secundū vltimum suæ potentie; sed voluntas nostra non diligit vltimum finem obscure apprehensum, secundum vltimum suæ potentie; ergo non diligit eum necessariò. Maiorem propositionē probat Doctor dicens: *Quia sicut non est in potestate eius actio, ita nec modus agendi; scilicet intensè, vel non intensè, agere.* Minorem autem probat, quia voluntas non de necessitate vult finem intensissimè, & quantum potest: quia oppositum passim experimur.

Tertia ratio Scoti. *Potentia libera per participationem, non magis tendit in obiectum perfectum, quā in aliud, quodcunque: ergo nec potentia libera per essentiã, tendit magis necessariò ad obiectum perfectum, quā ad aliud obiectum cetero ris perfectionis. Antecedens patet: quia visus, qui est potentia libera per participationem, quatenus actus eius subest imperio voluntatis; non magis necessariò videt pulcherrimum, quā minus pulchrum. Quòd probo (inquit Scotus) quia ab utroque aequaliter auertitur, & vtrumque, a què contingenter videt. Consequentio autem patet ex testimonio Diui Augustini, c. 9. supra allato. Dicendum portò est, nostram voluntatem, non maiori necessitate flecti, in amorem finis vltimi obscure apprehensi, quā in dilectionem cuiuscumque alterius inferioris boni. Quia non est, inquit Scotus. *Differentia inter finem volitum, & alia volita nisi ex parte perfectionis obiecti.**

Quarta ratio desumitur ex additionibus, quas affabrè nouissimus, tum, & in geniosissimus scoliator nuper congestit; estque huiusmodi: eadem est necessitas vrgens cōtinuationem operationis, & inchoationem eius: atqui in vltimo fine

ne vniuersim, & caliginosè appreheso, nulla prominet necessitas vrgés sui amoris continuationem, igitur neque aliqua prominebit, quæ illius à nostra voluntate extorqueat inchoationem, maiorem declarat scholiator: quia si operationis initiū expetitur necessariò simpliciter, etiam prosequutio eius expetetur necessariò simpliciter. Contrà verò: si initium extorquetur necessariò secundum quid: id est, quàm primum adest possibilitas vndequaue, perindè cōtinuatio mox, vt adest ipsum *posse* necessariò vrgēbitur vtrobique enim necessitas æqualis est, ac par omninò: adeò, vt si potentia circa obiectum sibi præsentatum necessariò operatur necessariò circa idē continuat actionem, quantum potest. Minorem etiā declarat: quia ipsis quasi sensibus experimur, voluntatem æque auertere intellectum à consideratione finis vltimi, atque alterius citerioris boni.

Quinta ratio desumitur ex inde. Causa quæ necessariò fertur circa aliquod obiectum, non est capax habitus inclinantis ad illud; sed voluntas nostra verè est capax; immò necessariò indiget habitu prouehente ipsam, ad vltimum finem obscure apprehensum. Ergo non fertur necessariò versus ipsum. Maior patet in lapide, qui non simpliciter necessitatur descendere, sed quantum est ex se, & nihilominus non est capax habitus inclinantis, vel facilitantis ipsum, ad descensum. Minor etiam patet: quia duas charitates ingenuè cōstituunt Doctores in voluntate, erga vltimum finem.

Oppositam sententiam videtur tutari Henricus Quodlibeto 3. q. 17. & quod libeto 4. q. 11. D. Thomas. 1. 2. q. 10. art. 1. & 2. Ægidius Quodlib. 5. q. 6. cuius meminit Scotus §. *ista questio*, dicens: *quantum ad primum articulum dicitur, quia voluntas de necessitate, fruitur vltimo fine sic apprehenso obscure in vniuersali: quod tripliciter probatur* primò ex Aristotele 2. Physicorum testu 89. *sicut se habet principium in speculabilibus, sic finis in operabilibus*. Sed intellectus necessariò assentitur primis principijs, in speculabilibus. Ergo voluntas necessariò assentitur fini vltimo, in operabilibus. Respondet Scotus distinguendo maiorem: illa enim particula, *sicut*, vel dicit similitudinem ordinis, inter ipsa operabilia, & speculabilia, tã in ordine

ad se, quàm in ordine ad potentias, ordinatè tendentes in ipsa: vel dicit necessitatem in vtrisque, tam in veris, quàm in bonis in ordine ad facultates actrices: in primo sensu vera est maior. Parit namquè hunc sensum: quod quemadmodum est ordo inter illa vera, sic etiam est ordo inter præfata bona; & sicuti talia vera sunt ordinatim cognita; perindè illa bona sunt debito ordine voluta; (tametsi contingenter) quatenus ordinatè volens prius vult finem propter se, & irreflexibiliter, deinde, vult media referibiliter, ad finem. In secundo autem sensu est falsa. Quia voluntas necundè necessitatur seruare illum ordinem in actibus suis, quem obiecta volibilia natura sunt habere ex sua natura: immò, & in verso ordine, potest illa velle, prout magis sibi placuerit, & defactio ita passim se gerit. Præsertim quando peccat, diligendo creaturam, instar finis irreflexibiliter. Neque est par ratio de intellectu, & voluntate: quia in potentia intellectiva, est necessitas orta ex euidencia obiecti allicientis eam, & necessitatis ad sui cognitionem, & assensum. Cum enim potentia sit naturalis, & non libera; necessario debet seruare ordinem veritatum, à quibus mouetur; voluntas autem, quia libertate est cōpos, non astringitur (vt dictum est) seruare ordinem volibilium. Quamobrè saepe sapius minori adhæret bono, deriso maiori, immò, & apparenti, & tandem interdum bono præstituto, relicto vero bono.

Secundò arguit Scotus: voluntas necessariò vult illud, cuius participatione vult quidquid vult. Sed participatione vltimi finis, vult quidquid vult; ergo necessariò vult vltimum finem; obscure, & in vniuersali, sibi passim. Minorem probat Doctor: quia nostra voluntas præter vltimum finem, nihil aliud vult, nisi inquamtum est bonum quodam: neque tamen esset bonum tale nisi quatenus est quædam participatio summi boni; vt patet ex Diuo Augustino. 8. de Trinitate cap. 3.

Respondet ipse maiorem esse falsam, & petitionem principij, supponit enim voluntatè velle aliquid necessariò: quod falsum omninò est.

Minorem etiam distiguit hac ratione: vel tanquam causæ efficientis: vel tanquam obiecti præuoliti in primo sensu est vera. Quia facit hunc sensum; quod laps

pis à me volitus est participatio vltimi finis effectiue, & quod volitio qua illum volo, & tandem volūtas ipsa creata volens lapidē, est participatio vltimi finis, quod totū verò consonat vndequaq; sed est impertinens, & proposito minimè cōducens. Quia quemadmodum ad hoc, vt quis videat parietem album, non est opus, quod prius præuiderit cæmentarium, qui illū construxit, vel dealbauit, ita non est necesse, ad hoc, vt velim creaturam, velle prius, & diligere creatorē, in ratione causæ efficientis vel finalis. *Si intelligatur secundo modo de participatione, vt primi obiecti voliti, volo quodcūque volitum: quia tunc omnis actus voluntatis, esset actualis usus, referendo illud ad primum volitum.*

Tertio arguit Scotus; voluntas non potest non velle aliquid, nisi illud in quo est aliquis defectus boni, vel aliqua ratio mali. Tunc sic: in vltimo fine in vniuersali apprehenso, non est aliquis defectus boni, nec aliqua ratio mali. Ergo volūtas nequit se se cohibere ab amore finis sic apprehensi. Respondet Doctor negando maiorem propositionem. Licet enim nequeat fortassis circa ipsū elicere *volitionem*; poterit tamen suspendere *volitionem*, se se habendo merè negatiue. Quia est libera circa finem vltimum, libertate saltem contradictionis, seu exerciti. Num item sit libera libertate contrarietatis, vel specificationis, infra erit disputandū. Inquit enim Doctor: *non est probatum, quin voluntas possit bonum nolle, in quo nulla inuenitur ratio mali, vel defectus boni. Sicut non est probatum, quin possit velle illud, in quo non inuenitur aliqua ratio boni. Et hoc, vel prius in re, vel in apprehensione; quam illud terminet actum volendi.*

Quarto arguit Doctor ex Augustino 13. de Trinitate cap. 3. vbi docet quēdā Mimū dixisse in theatro, de multis ibi adstantibus; se scire, quid omnes vellent. Quod circa, inquit Augustinus: *uerum dixisset hic Mimū, si factus fuisset omnes vultis esse beati.* Tunc sic, nō omnes vellent beatitudinem, si contingenter eam vellent. Ergo necessario omnes ibi assistentes eam voluerunt.

Respondet Doctor, Diuum Augustinum non loqui de actu elicitō; sed de naturali appetitu, quo omnes & singuli appetunt beatitudinem.

Secundò respondet: quod data hipotesi,

sit sermo de amore elicitō intellectum iri, de amore elicitō concupiscentiæ, nō verò amicitæ, in quo consistit fruitio, & beatitudo.

Omnes porrò fortassis, volunt beatitudinem amore elicitō concupiscentiæ, tanquam *bonum sibi sufficiens*, idque contingenter, & liberè libertate contradictionis, & non necessariò naturali necessitate. Voluntas si quidem nostra nullos (qui vniocè sint actus) habet præter *velle & nolle*, vt supra patuit; & hos elicit in ratione principij liberi: hæc sufficiant pro 3. Sectione.

SECTIO IV.

Verum amor, quo nostra voluntas fertur in vltimum finem obscure in particulari apprehensum sit contingens, & liber libertate contradictionis?

PRO huius Sectionis solutione ex Aditibus pagina 4. efficientem impidibilem nusquam necessariò simpliciter agere, sed necessitate tantum conditionata, picta si non impidiatur, vt exempli gratia grauitas lapidis non necessariò simpliciter elaborat descensum, sed conditionatè, videlicet facta suppositione, quod non præpediatur à validiori obstaculo; hoc siquidem obistente sursum detinetur, cæterum mox, vt præfatus robustior obex tollitur, incuctanter lapis ima petit. Secundò est obseruandū defectum cōsiderationis finis vltimi, per inde se se opponere amori circa ipsū eliciūdo, atque trabem descensui lapidis. Enim verò quemadmodum lapis paruus insidens trabi, cohibetur à descensu; ita voluntas applicata obiecto, absque firma præcurrente eius consideratione, omni prorsus destituitur operatione. Interest tamē huius vtriusq; obicis; trabs namque præualet lapidis grauitati; cōtra verò voluntas latibulo, & caligini ipsius obiecti, quatenus videlicet potens vndequaq; est, imperare intellectui, vt sibi ostēdat finem vltimū, stabili consideratione.

Sed cōtra: impossibile est voluntatem imperare intellectui, considerationem obiecti latentis, & incogniti. Ergo ruit Doctrina huius fundamenti. Antecedens

Obiectio.

paret ex axioma sepe sapius repetito
nihil volitum, quin præcognitum.

Respond:

Respondeo distinguendo antecedens
& eius probationem; vel obiecti omni-
nò latentis, vel obiecti iam aliquatenus
præcogniti: in primo sensu concedo an-
tecedens, in secundo nego.

Scotus igitur in præfata notabili in-
genue supponit finem vltimum iam es-
se præcognitum, deesse tamen firmam
ipsius cõsiderationem. Eò videlicet, quia
intellectus diuersa instabilis peruagat
obiecta. Quo in euentu necessum est vo-
luntatis imperio, gradum sistat, & vni
vacet summi boni cõsiderationi: aliò quì
voluntas ipsum diligere nequibit, memi-
nisse oportet verborum, quæ supra de-
cerpsimus ex Doctore, *prohibens autem
hanc volitionem, est non cõsideratio fi-
nis, & hanc potest voluntas remouere,
faciendo intellectum stare in cõsideratio-
ne finis.*

Tertiò, consequenter est notandum
omne agens, tam liberum, quam natu-
rale, parem omnino necessitatem præ-
ferre, respectu obiecti principaliter in-
tenti, omnique bonitate conspicui, &
respectu mediõrum, quæ ad ipsum ordi-
nantur in quibus verè eminet defectus
boni. Qui enim fieri potest, vt vnum
extremum aliud necessario respiciat ex-
tremũ, quin simili necessitate intueatur
quodcumque medium, inter ipsa neces-
sariò requisitum? alioqui sane necessa-
rium necessario dependeret à non neces-
sario, quòd tamen contradictionem im-
plicat vndequaquè.

Hinc intuleris lapidem trabi hæren-
tem æquali necessitate, & centrum ex-
petere, & ipsius trabis sub tractionem.
Item voluntatem nostram pari profus
necessitate ferri in finis vltimi dilectio-
nem, & eius ostensionem: cum nullate-
nus in eius amplexu prodire possit amo-
torium, quin præfata præcurrerit osten-
sio. Igitur si necessario in ratione finis,
& irreferibiliter diligit finem obscure
in particulari ostensum, necessario du-
bio procul in ratione mediõ, & referibi-
liter volet ipsam ostensionem, illiusque
nimirum sataget. Herclè si necessario
efficaciter vellem ingressum ciuitatis Cæ-
saraugustæ; consequenter necessario vel-
lè aggressum itineris versus ipsam. Cæ-
terum quia de facto ciuitatis ingressus
non est necessarius, sed liber, & contin-
gens; indè efficitur vt aggressus itineris

sic contingens, & liber: Sic ergo, quia in
rei veritate, firma cõsideratio finis vlti-
mi, in particulari est contingenter voli-
ta, etiam ipse finis obscure apprehensus
erit liberè, & cõtingenter volitus. Quòd
expressè insinuat Doctor, §. *Contra pri-
mum articulum, dicens: Quia in potestate
voluntatis est, auertere intellectum à cõ-
sideratione finis; quo facto, voluntas non
volet finem, quia non potest habere actum,
circa ignotum.*

Dico primò: voluntatem non necessa-
riò frui eiusmodi fine, in particulari cali-
ginosè apprehenso. Hæc conclusio pro-
batur rationibus præcedentis Sectionis.
Efficiens si quidem impedibilis non im-
pedita, si necessario prorumpit in effe-
ctum, debet consequenter necessario in-
uehi omne in obstaculum illius effectus
impeditum: præsertim, si illi præstet
viribus. Sed nostra voluntas non neces-
sario inuehitur in obicè præpeditum
amoris erga vltimum finem eliciundi,
cui tamen longe præstat viribus. Igitur
nequè in elicitionem ipsius amoris, pro-
filiet necessario, sed contingenter, & li-
berè. Maior, & minor propositiones in
secunda conclusione præcedentis Sectio-
nis, Scoticis verbis enucleata sunt.

1. Conclus.

Secunda ratio Scoti: voluntas potest
frui aliquo, quod in compossibile sit ta-
li fini. Ergo non necessario fruitur ipso
fine. Consequutio bene infertur, antece-
dens patet in christicola in mortalem
culpam labente. Tunc siquidem fruitur
creatura, & non Deo.

Secundo dico, amorem nostræ volun-
tatis elicitem erga vltimum finem obs-
cure in particulari apprehensum non es-
se necessarium naturali necessitate, sed
contingentem, & liberum, libertate cõ-
tradictionis. Hanc cõclusionem tenet
Scotus in 3. art. dicens: *Respondeo quan-
tum ad hunc articulum dicitur, quòd fine
sic appreheso obscure in particulari potest
voluntas non frui.* Et infra approbans
hanc aliorum opinionem Henrici vide-
licet, Doctoris Angelici, & Agidij sub-
dit: *Concordo igitur tũ ista opinione, quòd
non necessario fruitur fine appreheso in
particulari, & obscure.* Probatur quid-
quid necessario quiescit in aliquo sco-
po, & fine sibi præsentem ad eò necessario
tenaciter in illius amplexu, & præsentia
hæret; vt si potest nullatenus illum sibi
adimi, & longè constitui permittat; ac-
qui nostra voluntas amans finem vlti-
mum

2. Conclus.

Scot. supra
cit. art. 3.

mum in particulari, & obscura ostensione sibi præsentem, sæpe sapius ipsum sibi subtrahi longeque ab esse, vltro permittit. Igitur indicium euidentis est, quod illum præsentem non necessario, sed contingenter, & liberè libertate contradictionis diligit. Minor propositio neminem orthodoxorum latet; quandoquidem plures ex ipsis, post habitualem, & actualem præfati finis, supernaturalem dilectionem: in mortale non rarò labuntur crimen; atque adedò procul ab ipso, miserimè se se constituunt. Tunc præterea, citra lethale peccatù, passim homo existens in gratia distrahi solet in considerationem, & amorem caducarum rerum mundi sub lunaris; cum tamen in eius, potestate sit, ad consimilia diuerticula non deflecti, sed firmiter summo sibi offenso bono, tota mente stabilis coherere. Maior etiam propositio probatur inductiue: nam si graue necessario quiescit in centro, necessario se præsens constituit in eo (si potest) & centrum sibi; adedò, vt illam reciproca, seu mutuam vltro citroque præsentiam, pro viribus necessario teneat.

Similiter appetitus sensitivus, si necessario quiescit in appetibili sibi præfati necessario secundum vltimum suæ potentia, conseruat illam præsentiam; neque vsquam ipsa priuatur, nisi à robustiori agente sibi contrario. Igitur, idem dicendum est de nostra voluntate; nimirum si necessario quiescit in amore, & fruitione finis vltimi sibi præfatis in particulari, & obscura ostensione, necessario consequenter se se conseruabit, (si potest) in illa præfata; quin aliquando eam sibi subtrahi permittat. Tunc sic voluntas nostra verè præstat viribus, ad se se continuò conseruandù in tali præfata: *faciendo*, inquit Scotus, *intellectu stare in consideratione finis*. Igitur de facto, necessario se se in ipsa conseruat; nec aliquando, aliorum deflectit; quod tamen falsum vndequaue esse experientia docet. Dicendum porro est eiusmodi ostensionem, præsentiam, & tandè ipsam fruitionem, functiones esse non vtiquè necessarias, sed contingentes, & liberrimas, libertate contradictionis.

Obiectio
Scot.

Contra hanc vtramque conclusionem, arguit Scotus: primo: ex Aristotele 8. Metaphysicæ cap. vltimo, delectatio est apprehensio obiecti conuenientis, cum

potentia conuenienti. Sed finis necessario conuenit voluntati. Ergo ex coniunctione vtriusque necessario sequitur delectatio; & per consequens fruitio. Respondet Doctor distinguendo minorem: vel actualiter, vel aptitudinaliter hoc secundo in sensu, finis necessario conuenit voluntati, sicut centrum lapidi: non autem in primò. Immodò liberrimè, & contingenter negatur cum illa; vt latè ostensum est supra.

Resp. 1.

Secundò respondet Doctor: quod si fortassis, aptitudinalis conuenientia, seu coniunctio, sufficiat ad influxum delectationis in voluntate, ad fruitionis tamen influxum non satis est. Quia hæc, in amatoria coniunctione voluqratas, cum vltimo fine consistit.

Resp. 2.

Secundò arguit Scotus; ex nono Methaphysicæ textu comment. 10. finis mouet methaphoricè, sicut efficiens mouet physicè, & propriè. Sed efficiens non impeditus, passioquè approximat, de necessitate, mouet propriè. Ergo finis approximat, hoc est, præfatus voluntati, & aliò qui non impeditus necessario mouebit methaphoricè.

Obiect. 2.

Respondetur. Scotus maiorè propositionem huius argumenti concedit; & minori præbet transitum; consequentiam autem negat. Quia diuersitas modi agendi, propriè, & methaphoricè destruit similitudinem, quantum ad necessitatem.

Resp. 3.

Secundò respondet: quod quædo causa efficiens necessario efficit (cuiusmodi sunt causæ naturales) tunc, finis necessario motione sua methaphorica, & intentionali, excitat, & mouet ipsam causam efficientem. Cæterum, quando efficiens est contingenter operans, & libera libertate contradictionis; tunc finis contingenter mouet ipsam, & non necessario.

Resp. 4.

Quò circa obiter notat Licherus, efficientem moueri, excitarique à fine: nihil aliud esse, quàm finem amari ab efficiente.

Tertiò arguit Scotus: omne mobile præsupponit aliquod immobile. Ergo actus voluntatis varij, & mobiles, præsupponunt aliquem actum immobilem, sed talis actus non est nisi circa finem. Ergo necessario erit immobilis.

Obiect. 3.

Respondetur distinguendo consequens: vel actum primum, vel actum secundum: seu habitum ex actibus secundis generatum. Primo in sensu, consequens

Resp.

quod

questionem, cum consequenti. Secundo autem in sensu nego illam. *Nō enim plures calefactiones, inquit Doctor, presupponunt aliquam unam calefactionem immobilem, sed presupponunt actum primū.*

Futa, caliditatem, qua sit principium eliciendi omnes istos actus varios. Ita hic, volitiones non presupponunt aliquam volitionem unam immobilem. (Quia tunc, voluntas volens, aliquod medium ordinatum, ad finem, esset semper sub duobus actibus; vno mobili, quo vellet medium, & alio immobili, quo amaret finem; aut saltem sub vno actu referente, medium ad finem) Sed presupponunt actum primum, puta, voluntatem, qua est principium sufficiens, vel ratio eliciendi omnes illas varias volitiones. Animadvertit Scotus, argumenta superioris Sectionis, efficacius utgere contra utramque huius Sectionis conclusionem, præsertim, secundum, & tertium.

Obiectio.

Secundum igitur argumentū sic conficio cum Scoto. In fine ultimo particulari apprehenditur tota ratio finis vniuersalis. Ergo in eiusmodi fine particulari, nullus erit defectus boni, nulla denique ratio mali. Ergo voluntas necessariō diliget finem in particulari apprehensum. Respondeo, voluntatem nostram posse non velle finem sic apprehensum; perindē atquē potest non velle ipsum in vniuersali ostensum,

Resp:

Obiectio.

Tertium argumentum est huiusmodi. Bona creata, etsi bona sint per participationem ultimi finis, tamen verius sunt bona per participationem eius in particulari; quam per participationem eius in vniuersali. Antecedens probo: quia participans habet pro causa, & mensura ipsum participatum. Tunc sic: bona creata non habent pro causa, & mensura, vltimum finem in vniuersali, sed in particulari, ergo. Respondetur negando consequentiam primam enthimematis: voluntas enim potest velle bona participata, quin velit bonum participatum: potest diligere mensurata, quin diligat mensuram; potest amare effectum absque eō, quod amet causam, tradit Scotus exemplum huiusmodi, dicens: *Non enim oportet, quod primō videam Deū oculo corporali, si videam colorem, qui est quædam participatio Dei, ut causa efficientis.* Sic ergo in proposito, quāuis omnia bona creata sint quædam participationes primi, & summi boni, vti causæ efficientis; non

Resp.

sequitur, quod si illa diligo; etiam primum diligam bonum; hæc sufficiant pro Sectione quarta.

SECTIO V.

Vtrū amor ille, quo Beati diligunt vltimum finem clarè sibi ostensum sit contingens; & liber libertate contradictionis?

NEGATIVAM sententiam tenent illi quatuor Neotherici aliàs sapientissimi: nam Vazquez disp. 23. cap. 4. num. 21. inquit: *In omni natura rationali, non tantum esse operationes spontè factas, sed etiam liberar: voco autem liberar non à coactione; hæc enim libertas omni operationi spontè factæ conuenit, sed appello liberam à necessitate, quod dicitur esse cum indifferentia voluntatis, ut sit, aut non sit.* Et infra numero 23. addit: *Hic modus libere operandi, comparatione obiecti perfectissimi clarè visi, non potest conuenire voluntati; sed ex summa perfectione obiecti prouenit, ut libere amari non possit: Et inferius numero 26. subdit, de amore quo Deus seipsum diligit, & quo beati etiam ipsum amant; respondeo, operationem quidem illam, aliunde perfectiorem esse; immò si libera esset, aliquam argueret in Deo imperfectionem tanquam in obiecto, quod non contineret omnem, & plenam rationem boni, sine vlla ratione mali ex quo proueniret libertas in amore. Et infra, immò si Beati Deum, aut si Deus seipsum libere amaret, esset imperfectio in Deo.*

1. Opin.

Vazq. d. 23. c. 4. n. 21.

Eandem sententiā tenet Salas Sect. 2. numero 18. dicens: *Amor beatitudinis est perfecte voluntarius, tamen est necessarius quo ad exercitium in patria; & quod ad specificationem in via: & amor quo Deus amat se, & producit Spiritum Sanctum, est perfecte voluntarius, non tamen liber libertate indifferentia, sed necessarius.*

Salas Sect. 2. n. 18.

Eandem amplectitur Ludouicus à Montefino, q. 3. nu. 36. asserens: *Actus, quo Deus diligit se ipsum, est perfecte voluntarius (quis neget?) & tamen est omnino necessarius, & non liber. Idem argumentum conficitur de processione Spiritus Sancti per voluntatem Patris, & Filij, qua etiam est voluntaria perfecte, denique de amore quem habent Beati, qui*

Montef. q. 3. n. 36.

etiam est necessarius, & tamen est perfectè voluntarius. Et num. 28. loquor, inquit, de voluntario creato, scilicet amore beatifico, quo Beatus diligit Deum; & probo quod sit perfectè voluntarius, quamvis nō sit liber.

Eidem sententiæ acquiescit Petrus à Lorca, disp. 1. dicens; *Sunt aliqui actus necessarii in via, & in patria, qui verè voluntarij sunt, cum re sint à principio intrinseco cum cognitione, & liberi non sunt.* Rationem autem huius illibertatis reddidit supra, initio disputationis, dicens; *Liberum autem communi omnium consensu est, quòd dicitur à voluntate, ut possit non esse, & inferius subdit: Consentiant ergo voluntarium superius esse ad liberum, & diuidi in liberum, & necessarium.* Et tandem inferiuscule decernit præfatam diuisionem non esse subiecti in accidètia, ut falsò existimauit Gregorius de Valentia, sed generis in species. Isti porro quatuor nouissimi Doctores docent dilectionem qua Beati Deum diligunt esse voluntariam nō autem liberam, sed necessariam. Eandem sententiam tenuit Vazquez in 1. p. D. Thomæ disp. 16. & est cōmunis opinio ceteris Thomistarum: Angelici Doctoris 3. contra gentes c. 62. Ferrariensis ibi, Capreoli in 1. d. 1. q. 3. art. 1. conclus. 4. & 5. Durandi in 4. dist. 48. q. 2. & dist. 49. q. 8. & aliorum, qui tenent voluntatem ita necessariò ferri in Deum, clarè vitum, ut nullatenus possit ipsum non diligere amore charitatis. Ratio potissima cui innititur Doctor Angelicus hæc cernitur esse, vel voluntas potest cessare à dilectione cessante visione, aut ipsa permanente: primo modo certum est quod possit cessare à dilectione, secundo autè modo est impossibile. Minorem probat: quia nemo potest velle non esse foelicem tūc sic foelicitas consistit apud Scotistas in amore: ergo.

Gabriel Vazquez loco supra citato, & infra disp. 39. docet prædictam necessitatem non oriri in voluntate beati ab aliquo habitu, sed à principio intrinseco & natia virtute ipsius voluntatis, cui conuenit vterquè modus operandi, & per modum naturæ, hoc est cum determinatione ad vnam partem, & cum libertate, & differentia.

Rursus docet hanc varietatem in modo operandi non conuenire voluntati ab solutè consideratæ, sed prout diuerso

modo ex parte intellectus præuenitur, quando igitur est præuenta per claram Dei visionem, non necessitatur à Deo, ut ab obiecto ad elicitionem fruitionis; sed suapte natura taliter disposita: id est à se ipsa ut per visionem disposita impellitur ad exercitium fruitionis.

Bannez 1. parte q. 82. art. 2. dubio 2. præfati amoris necessitatem huiusce probat argumentis, quælibet natura quandoque suum consecuta est finem vltimum eatenus in ipso quiescit, ut abcedere ab illo, nullo prorsus modo possit appetere: sed visio beata est vltimus finis hominis; igitur ea semel adeptæ, ita naturali necessitate quiescit, ut nō possit ab ipsa dimoueri nisi per volitionem. Maiorem probat exemplo lapidis, qui sanè postquam centrum semel adeptus est, ea fruitur quiete, ut citra violentiam inde recedere nequeat. Secundum argumentum, in patria actus dilectionis beatificæ mensuratur æternitate participata; Tunc sic: quæ mensurantur æternitate, sunt inuariabilia, & necessaria. Ergo dilectio diuinæ essentiæ est necessaria, & inuariabilis.

Eidem opinioni acquiescere inspicitur Philipus Faber Minorita Conuentalis, qui disputatione 14. q. 4. cap. 3. sic ait, *in patria, vbi clarè Deum videbimus licet non possit voluntas non velle Deum; tamè libere vult eū.* Et inferius: *in patria licet non poterimus non velle Deū, nec possumus velle miseriam, tamen voluntas erit libera; non ergo naturaliter (ut volunt Aduersarij) vult Deum clarè visum, sed libere ex D. Augustino.*

Ex hac auctoritate habetur, quòd cum libertate voluntatis, stat necessitas immutabilitatis, ut probat Scotus in quodlibeto 16. & in 1. dist. 10. & alibi.

Hic itaq; Doctissimus Scotista subtrahit dilectioni beatificæ libertatè cōtradictionis, & omnem prorsus contingentiam; & solam elargitur essentialem, seu radicalè libertatem naturalitati oppositam; ut manifestè apparet ex verbis in calce citati capituli, sic habitis: *ex his rationibus ni fallor satis patet, quòd voluntas est principium liberè essentialiter; & quòd libere vult Deū clarè visum.* Eandem Doctrinam confirmare videtur infra disp. 53. dum docet; causa prima necessariò agente, totaliter destructum iri contingentiam.

Affirmatiuam sententiam tutari certum

Lorca disp. 1.

Vazq. in 1. p. D. Tho. 3. contra gēt. cap. 52. Ferrar. ibid. Capreol. 1. d. 1. q. 3. ar. 1. conc. 4. & 5. Durā. in 4. d. 48. q. 2. & d. 46. q. 8.

Bānez 1. p. q. 82. ar. 1. dub. 2.

Faber Fa- uet. disp. 14. q. 4. c. 3. in 1. Scot.

Idem sp. d. 53.

5. Opin.
Sco. 1. d. 1.
q. 4.

fitur Scotus in 1. d. 1. quæst. 4. §. Contra tertium articulum: & §. Contra quartum articulum; ubi ait: *Quantum ad tertium articulum de fine clarè viso, dico, quòd voluntas eleuata, non necessariò fruitur quòtum est ex parte sua, & in 4. dist. 49. quæst. 6. §. dico ergo; dicens: Dico ergo quòd causa huius perpetuitatis nec est forma beatitudinis, quasi per ipsam beatitudo formaliter sit necessaria, nec natura potentiarum illarum, quasi circa obiectum, necessariò operentur, nec habitus in potentijs quasi necessariò determinans potentias, ad perpetuò operandum; sed ex sola voluntate diuina, qua sicut perficit naturam intensiuè, ita conseruat eam in tali perfectione.*

In 4. d. 49.
q. 6.

Circa præsentem (seriam utique) enodandam controuersiam, obseruandum primò est cum Doctore, partim in 1. sententiarum, dist. 1. q. 4. §. Contra quartum articulum, & partim in 4. sententiarum dist. 49 q. 6. in calce primi articuli, §. Respondeo: nostram voluntatè duplici coalescere còtingentia circa suas obeundas operationes, altera intrinseca; & alia extrinseca. Illa prior à natura, & essentia ipsius voluntatis fulgurat, eiquè inseparabiliter conuenit; posterior autem ex consortio præsentia conuenientium, absentia impedimentorum, & ex concursu tandè aliarum concausarum ipsam non prædeterminantium, nequè vlla necessitate urgentium, immò ad modum agendi ipsius voluntatis influentiù apprimè dimanat. Prioris quidem contingentiæ meminit Scotus in 1. sententiarum loco supra citato, dicès; *de fine clarè viso, dico, quòd voluntas eleuata non necessariò fruitur, quantum est ex parte sua, sed potius contingenter intrinseca, & inseparabili contingètia.* Posterioris verò meminerat Doctor in 4. dist. 46. q. 6. in supra citato §. dicens: *Hoc est proprium huius causæ quòd ulterius, cù contingentiæ ex parte eius, ad hoc vt sit omnimoda còtingentiæ ex parte effectus, hoc requirit contingentiæ omnium aliorum concurrentium ad effectum.* Ex hoc fundamento manifestè apparet, totalem contingentiæ causalitatis actiua simul-taneo, ac totali causarum omnium concursui subordinato inniti, partialem verò illam intrinsecam, influxui causæ solius vniuocæ, verbi gratia volùtatis. Hęc si quidè est causa vniuoca fructiõis elicita.

Secundò constar manifestè, totalem contingentiæ effectus, verbi causa, fructiõis elicita circa vitimù finem obscure apprehensum, non aliundè laboriri, quàm à simultaneo omnium causarum concursu, contingenter, & cõsonè prorsus ad modum agendi voluntatis influentiũ; vt expressè insinuant citati Doctoris verba.

2. Est, & c.

Secundò est obseruandũ ex 1. sentent. distinctione 1. q. 4 §. Contra tertium articulum: intrinsecam illam. ac partialem contingentiã, non posse subtrahi voluntati, per determinationem Dei, ipsam ad necessariò erga vltimum finè clarè ostensum, eliciendam fructiõem determinantis; sed solum, per principiũ aliquod ipsius voluntatis intrinsecum; quod neutiquàm datur: notãda sunt verba, quæ ibi siuè in textu, siuè in additionibus textui consonis, sic habentur. *Necessitas agendi nõ potest esse, nisi per aliquod intrinsecum principio actiuo.* Et inferius enclè: *alioquin necessitas agendi nõ esset per rationè principij actiui, &c.* Enimvero quemadmodũ rationalitas non posset extrahi ab homine nisi per irrationalitatem intrinsecã ipsi; perindè præfata nostræ volùtatis intrinseca contingentiã nequit omninò foras mitti, nisi per necessitudinem ipsi intrinsecam; quam tamen dari in rerum natura prorsus implicat.

3. Obseru. &c.

Tertiò obseruat Doctor in 4. d. 49. q. 6. in sup. cit. §. quòd licet illa còtingentiã altera extrinseca, nequeat adimi nostræ volùtati, vi, & influxu determinatiõis ali cuius causæ create, poterit tamè sibi subtrahi, còcursu determinatiõis causæ superioris, & increatæ. Verba Doctoris sunt; *repugnat autè libertati eius, quòd còtingentiã, quæ necessariò est ex parte ipsius, nõ ponat contingentiã simpliciter quòtum est ex parte inferiorum; quia tollit ipsam esse causam in ordine superiori: sed non repugnat sibi, quòd contingentiã eius non ponat contingentiã ex parte effectus simpliciter, quantum est ex parte causæ superioris.* Et mox subdit; *non est ergo simpliciter contra naturam eius, quòd determinetur à causa superiori, sicut esset contra naturam determinari ab habitu, siuè à natura inferiori.* Omnes siquidem habitus, siuè actus, utpotè lumen gloriæ, visio clara diuinæ essentia, charitas, & quotquot ad elicitiõem fructiõis beatificæ cõfluunt auxilia supernaturalia causæ recèscur inferiores, & subordinatæ ipsi

voluntati, à qua genuè fleantur, vel applicantur, siuè determinantur ad elicitionem actus beatifici, vt expressè innuit Doctor in verbis supra relatis.

Neccsitas porrò illa extrinseca, qua beatus in patria necessario elicit amorem amicitiaè erga Deum clarè visum, non suboritur à præfatis causis supernaturalibus, sed ab ipso Deo primò efficiente, & ipsius beati voluntati è in elicitione dicti amoris determinate: quòd in sinuare videtur Doctor, tū in verbis supra allegatis; tū in his alijs sequētibus, quæ eadè fermè sunt; *Nō est autè contra naturam eius, determinari à causa superiori; quia eum hoc stat, quòd sit causa in suo ordine.* Ex tota hac præfati discursus norma duo inferuntur consecutaria; primum est, fruitionem beatam neque esse effectum omnimodè, & totaliter contingentem, nequè omnimode necessarium, sed ex utroque medie temperatum.

Secundum consecutarium est; non factis cōstare ex prædictis, nūm illa partialis contingentia qua compos est, sit factis, ad hoc vt simpliciter denominetur effectus intrinsecè contingens, nec ne; vtraque enim pars probabiliter inferri posset esse de mente Doctoris. Postea tamen explicatius verba faciens, palàm insinuare videtur, ipsam esse effectū simpliciter contingentē, dūm subdit, *aliter potest dici, quòd contingentia voluntatis in suo ordine, concludit contingentia simpliciter effectus, quia cuiuscumque est contingentia, concludit contingentem effectum. Et per consequens simpliciter contingens est, quòd non peccet; tamen nunquam eueniet, quia causa superior semper præseruat.*

Quò circa, est obseruandū ex additionibus ibidem habitis: quòd esto præfata voluntatis beatæ contingentia verè cōcludat effectum simpliciter contingentem; non tamen cōcludit oppositum illius effectus, nimirum suspensionem fruitionis possibilem potentia passiva proxima, sed remota dumtaxat; quæ sanè veritas ex natura potentiaè actiua sibi correlata dignoscitur, hæc siquidem, vt propinqua sit, imbibit in se tria, videlicet suspensiuitatē ipsius voluntatis, absentiam impedimentorum, & præsentiam conuenientium. Quia igitur stāte diuino decreto decontinué, ac semper vrgendo voluntatem beati ad fruitionis elicitionem, non committantur volun-

tatis suspensiuitas, assistentia omnium necessario conuenientium, & cessatio impediētium talem actualem suspensionem; inde efficitur, vt eiusmodi nuda suspensiuitas nequeat fortiri potentiaè propinquaè rationem, sed remotè dumtaxat.

1. Concluf.

Dico primò: voluntatem nostram in patria non frui sine clare viso, necessario necessitate intrinseca, sed liberè, & contingenter. Hanc cōclusionem tenet Doctor in locis supra assignatis, probatque intrinseca agendi necessitas necudè emergere potest, nisi ex intimis ipsius principij actiui, sed finis vltimus clarè visus non est quid intinū nostræ fruēti volūtati; igitur nulla prorsus sibi intrinseca fruēdi necessitas, ex inde emergere quirit. Maior è probat Doctor; nam cuius est agere, eius est modus agēdi; atqui agere nullius esse potest, nisi principij actiui; igitur eiusdè omninò erit modus agēdi *necessariò, vel cōtingenter*, & tadè, *liberè, vel naturaliter*, minorem etiam probat: quia nihil est intrinsecum volūtati, nisi quòd identificatur cum ipsa: sed essentia visa, ipsa visio, lumen gloriæ, charitas hærens voluntati, & intellectus videns, longè diuersa sunt à voluntate beati; ergo extrinseca prorsus erūt illi, & non intrinseca. Tūm præterea: visio solum habet rationem causa *sine qua non*, & dato, habeat rationem principij actiui, non utiq; habebit principalis, sed secundarij. Tunc sic: intrinseca agendi necessitas, non est nisi per aliquid intrinsecum principio actiui principali; hoc siquidè determinat agētia secundaria illisque vtitur, *ex se secundum modum sui, ita quòd si nihil in principali excludat contingentiam, tota actio erit contingens*: cæterum, quia de facto causa superior, & prima, nempe diuina volūtas (quæ simul cum intellectu beati producit visionem, tam quoad entitatem absolutam, quam quoad relatiuam, vt obiter annotauimus tom. 1. disp. 5. sect. 7. propè in fine) subtrahit contingentiaè extrinsecam, vt in 3. notabili obseruauimus, inde prouenit, vt fruitio beata nequeat esse contingens omnimoda cōtingentia, sed partiali dumtaxat, eaq; intrinseca. Vera igitur est nostra hæc prima cōclusio, voluntatem videlicet beatam non necessario, sed liberè libertate contradictionis intrinseca, ac contingenter contingentia intrinseca frui sine vltimo clarè viso.

Sej

Secunda ratio: potentia quæ in agendo de se est contingens intrinsecè, & libera libertate contradictionis, si manserit eadem sine vlla prorsus mutatione intrinsecà, & alioqui ex parte sua idem habuerit mediū; semper, & in quouis statu, dicetur elicere suum actum contingenter, ac liberè libertate indifferentiæ, sed voluntas nostra est huiusmodi potentia, igitur semper, & in quouis statu elicit actū fruendi liberè, & contingenter. Minor propositio declaratur, nā voluntas suæ naturæ relicta cōtingēter elicit suos effectus erga quodcūque obiectum; etiā circa finem vltimum obscurè apprehensum: ergo iudiciū euidēs est ipsam suapte natura esse potentiam contingentem in agendo. Quod etiam dū vacat fruitioni, & amoris finis clare visi maneat omninò eadem sine vlla mutatione in natura sua neminè latet: quia mutatio, quæ ibi prominet ex parte obiecti, tota se tenet, nō ex parte potentia, idē tandē mediū charitatis vtrobiq; habet, qua eleuetur, potensque reddatur proximè ad amoris elicitionē: vera igitur est minor propositio, *hoc patet in raptu Pauli si prius habuit eandem, inquit Scotus, vel equalē charitatē cum ea, quam habuit in raptu illo, nulla esset mutatio ex parte voluntatis, nec principij elicitiui. Nulla ergo necessitas elicendi tunc, quàm nunc, &c.*

Tertia ratio Scoti: si eiusmodi fruitio beata necessariò elicitur, vel talis necessitas provenit ex parte ipsius finis necessariò mouentis, vel ex parte ipsius volūtatis? non primum; quia finis ille nusquā mouet necessariò ad aliquem actū creatum, iuxta axioma tritum apud Theologos, Deum nihil necessariò efficere extrā: neque secundum: quia voluntas applicata fini clarè, vel obscure ostenso, non differt à se ipsa, neque variatur nisi secundū maiorem, & minorem approximationē ad obiectum. Tunc sic; diuersa approximatō agentis ad passum, nullam infert agendi necessitatem, sed tantum, actum intensiorem. Sicut patet *de calido respectu calefactibilium, plus, & minus approximatorum.* Maior huius prosyllogismi declaratur, quia visio clara, & visio obscura, nihil, quod diuersum, sit præferant, præter maiorē, & minorē approximationem; quandoquidē clara, & intuitiua visio, seu cognitio est obiecti præsentis, vt præsens est. Enigmatica autem, & caliginosa obiecti ab-

sentis vt absens est. Cum igitur maioritas approximationis obiecti nullam inferat necessitatem ipsi potentia: dicendum necessariò erit, quòd ita contingēter voluntas nostra fruatur sine clarè viso, atque obscurè apprehenso.

Sed contrā: sine caliginoso ostēso fruatur contingenter omnimoda contingētia, sine autem perspicuè sibi pāso, partiali contingentia: ergo non perindè se habet vtriusque contingentia fruitionis: Respondeo concedendo totum; tamen hæc diuersitas non oritur ex parte obiecti clarè visi, sed ex parte primæ causæ nempè diuinæ voluntatis nostræ prædeterminantis, illique extrinsecam necessitatem inferentis, vt in fundamentis exploratum est.

Quarta ratio extremū mobile, quòd in suo iam præsentī immobili centro, seu extremo, & vltimo fine, necessariò quiescit; debet consequenter, dū absens est, necessariò ad ipsum moueri si nō impediatur; sed voluntas nostra in hoc statu absentia, & flebili exilio (etiā dū immunis est omni impedimento) nō mouetur necessariò ad suum vltimum finē; sed omninò cōtingenter, & liberè: ergo nō necessariò quiescit in fruitione vltimi finis clarè visi: maior propositio patet in lapide, qui quoties à robustiori impediante non detinetur, continuè rēdit deorsum, minor etiam supra patuit, quomodo voluntas potens abolere defectum considerationis, finis vltimi id sæpe sapius minimè præstat: & per consequens neque amore hianti mouetur circa ipsum; cum tamen commodè, ac congruè possit; nulla igitur intrinseca vrgetur necessitate ad fruendū sine clarè sibi ostēso, sed contingenter, & liberè intrinseca libertate contradictionis.

Secundò dico: prædictam fruitionem in ordine ad finem vltimum clarè visū, & ad omnes habitus supernaturales præcisè recensitam; nullam prorsus superinduere necessitatem, siue intrinsecam, siue extrinsecam, sed potius omnimodam, ac totalem contingentiam, atque indifferentiæ libertatem. Prima huius conclusionis pars supra satis enituit: Tū in conclusione, tū in fundamentis, vbi haud suboscure ostendimus fruitionis eliciendæ nullam posse provenire necessitatem ab obiecto clarè, vel obscurè viso; sed à causa dumtaxat efficienti.

Secundā etiam pars ibidem patuit: nam

Obiecto:

Resp:

2. Conclus.

Scot. 1. d. 1.
q. 2. ar. 4. &
in 4. loco
supra cit.

nām cū eiusmodi habitus, & auxilia supernaturalia puræ creaturæ sint, necessariò recenserentur debent esse inferioris ordinis, & quasi ancillari ipsi voluntati, quæ tanquam hæra, & præclara domina ipsi præest utiturque, vt expressè docet Doctor in 1. dist. 2. q. 2. art. 4. §. *negatiua*, & alijs in locis dicens; *Principale agens ex se secundum modum sui utitur secundario*; supra dixerat, *si etiam visio habet aliquam rationem principij actiui non tamen principalis, sed secundarij*, & rursus in 4. dist. & q. supra citatis, §. *Respondeo*, sic ait, *sicut esset contra naturam eius determinari ab habitu, siue à natura inferiori*, scilicet à natura non libera, & accidentali: fructio porrò beata, vt præcisè prodians à voluntate, & ab alijs concausis creatis supernaturalibus, contingens est in suo fieri, & in suo elici, eò videlicet; quia nostra voluntas, dùm determinat præfatas inferiores causas, quasi imprimit eis suam contingentiam, & libertatem contradictionis, atque adeò quasi superinductæ illa extrinseca contingentia, & libertate, influunt in ipsam fructiōnem, vt ingenue docet Doctor in verbis supra citatis; *Repugnat autem libertati eius quòd contingentia, quæ necessaria est ex parte ipsius, non ponat contingentiam simpliciter, quantum est, ex parte omnium inferiorum*. Igitur fructio quatenus dicit dependentiam ad voluntatem, & ad alias inferiores causas, ab ipsa voluntate determinabiles, erit *effectus simpliciter contingens, & liber libertate indifferentiâ*.

3. Conclus.

Tertiò dico: præfata fructiōnem in ordine ad causam primam scilicet diuinam voluntatem determinantem has causas secundas, ad eius elicitionem, verè induere extrinsecam necessitatem oppositam contingentiam extrinsecam: Hanc tenet Scotus in 1. dist. 1. q. 4. §. *Quantum ad tertium articulum*; dicens, *de fine clarè viso, dico, quòd voluntas eleuata nõ necessariò fruatur quantum est ex parte sua*. Igitur quantum est ex parte aliena, & extrinseca frui censetur necessariò *sine clarè viso*: & per consequens beata fructio necessaria erit necessitate ab extrinseco sibi impressa. Expressius eam tenet in 4. dist. 49. q. 6. dicens: *Dico ergo, quòd causa huius perpetuitatis est ex sola voluntate diuina, quæ sicut perficit naturam intensus, ita conseruat eam in tali perfectione*.

4. Conclus.

Quartò dico: potentiam, qua beatus

potest suspèdere fructiōnem à Deo clarè viso esse remotam, & non propinquam. Hanc conclusionem tenet Scotus ibidè dicens: *Concedo ergo, quòd Michael Beatus sit peccabilis in sensu diuisionis, loquendo de potentia remota*. Et inferiusculè confirmat hanc vtramquè conclusionem, nempe tertiam, & quartam, dicens: *Sed per causam extrinsecam, est impossibilis potentia illa propinqua ad peccandum; videlicet per voluntatem Dei præuenientem illam voluntatem, vt semper continuet actum fruendi, & ita nunquam possit potentiam suam remotam non fruendi, vel peccandi reducere ad actum; siquidem nunquam causa secunda præuenta à causa superiori agente ad vnum oppositum, potest potentia propinqua exire in aliud oppositum*. Et inferius subdit, *ad auctoritatem Augustini: ad primam dico, quòd intelligit, quòd peccare non posse potentia propinqua, nõ est natura, sed gratia Dei, hoc est, gratuite præuenientis, & conseruantis illam naturam in recto actu*. Et superius dixerat: *Nulla est causa intrinseca in voluntate Michaelis nunc beati, per quam excludatur potentia ad peccandum*.

Scot. ibidè.

Ad rationem Sancti Thomæ Respondetur primò, absquè eo quod voluntas vel lit non esse felicem, potest absque dubio suspendere fructiōnem habendo se merè negatiuè: peccata enim omissionis absque volitione elicita perpetrantur, nam què ad hoc, vt christicola non audiat sacrum in die festo, sufficit *non velle, audire sacrum*: nequè opus est elicere volitionem circa non auditionem Missæ. Sic ergo beatus non est netesse eliciat volitionem circa suspensionem volitionis.

Secundò Respondeo non esse in conueniens elicere huiusmodi volitionem.

Sed contra: nullus potest velle discedere à bono quo fruatur scilicet ab ipso exercitio fructiōnis. Respondetur quod ad hoc, vt discedat non est necessè velle discessum.

Obiect.

Secundò respōdetur quòd potest velle discessum, vt verbi causa *volo nunc non elicere volitionem, Vel fructiōnem*.

Respon.

Ad modum Theologizandi. Gabrielis Vazquez respōdeo ipsum indignum esse tum eius, tum Caietani ingenio. Quod probò sic: per te voluntas non absolutè sumpta, sed vt præuenta per visionem necessitatur ad elicitionem fructiōnis: ergo à principio extrinseco necessitatur; consequentiã probò: nām visio est quid extrin-

trins

insecū ipsi volūtatī: imò voluntas sic disposita est extrinseca sibi ipsi absolutè considerata: sicut Petrus albus est quid extrinsecum Petro absolutè sumpto.

Ad primum argumētum Bannez respondeo negando maiorem de natura libera liberè libertate contradictionis quiescente in tali fine possessio.

Secundò respondetur quòd absque vlla tali elicitā volitione recessus, pr̄uia potest discedere suspendendo fruitionem, & habendo se merè negativè: loquor de potentia remota, non propinqua, vt supra patuit.

Ad secundum respondeo data maiori, & distinguendo minorem: sunt enim inuariabilia inuariabilitate, seū necessitate extrinseca, & tandem quòd ad potentiam propinquam variandi; sunt autem variabilia intrinsecè, & remotè.

Contra primam cōclusionem, & tertiam simul arguit vltērius sic: contingētia intrinseca non potest subtrahi per necessitatem extrinsecam: sed voluntas secundum Scotum est elicitiva contingēter intrinsecè. Ergo talis contingētia non potest auferri per necessitatem extrinsecam. Respondetur contingētiā in actu primo, non posse auferri per necessitatem extrinsecam, atque adēd voluntatem contingētem ab intrinseco non posse necessitari ab extrinseco, sed potius ab intrinseco, vt dictū est supra.

Secundò Respondetur, remotam potentiam, quā voluntas est potens suspendere auctum amandi, non posse illi adimi, benè tamen proximam: quia hæc est accidens quinti prædicabilis, competitque voluntati in primo modo dicendi per accidens. Potest igitur Deus subtrahere homini potentiam proximā ad ridendum, ad ratiocinandum, &c. hæc sint satis.

SECTIO VI.

Vtrum præfatus amor Beatificus dici possit actus humanus?

Negatiuam sententiam tenet Angelicus Doctor in 1. 2. q. 1. art. 1. dicens: *Actiōum quæ ab homine aguntur illæ sola propriè dicuntur humana, quæ sunt propriè hominis in quantum est homo. Differt autem homo ab alijs irrationalibus*

libus creaturis in hoc, quòd est suorū actū Dominus. Quòd circa Vazquez inquit sacrum Doctorē loqui de actiōibus, quæ nulli alteri, quàm natura rationali conueniunt, non secundum naturam, & substantiam actiōum solam, sed etiam secundum peculiarem modum operandi, quo natura rationalis à qualibet alia natura distinguitur: hic autem est modus operandi cum libertate, & indifferentia ad vtramque partem, & hic modus dicitur propriè ratiōis.

Modus autem operandi cum determinatiōe ad vnam partem, dicitur modus operandi natura. Quòd circa cum voluntas etiam creata duobus his modis operetur nēpe cum determinatiōe ad vnam partem, & cum indifferentia, & libertate. Vult igitur Angelicus Doctor iuxta expositiōnem huius sui affectū, & discipuli eas dumtaxat recensum iri actiōes humanas, & hominis quatenus homo est, quæ à nostra voluntate in via prodeunt liberè, & contingēter vtraque, seū omni-modā contingētia, & libertate contradictionis, tam intrinseca, quàm extrinseca. Ex quo sequitur beatorum fruitionem in patria, non esse humanam actiōnem, eò nimirum, quia est operatio per modum naturæ, & non per modum libertatis: vt sæpe sæpius contendit Vazquez.

Eodem modo cernitur Salas tractatu i. disp. 4. sect. 1. interpretari verba D. Thomæ dicens: *Ergo mens D. Thomæ, est nullam esse operationem liberam, quæ non sit propriè humana; nōmine autem operationis liberæ, intelligit eam omnem, & solam, quæ compos est vtriusque tam extrinsecæ, quàm intrinsecæ libertatis. Et inferius subdit. Actiōes humana duplici modo sunt propriæ hominis, & quòd ad substantiam suam, quia sunt à voluntate; & quo ad modum, quia sunt liberæ: nulla enim actiōes aliorum animalium sunt à voluntate, & multo minus sunt ab eis cum hoc modo, scilicet cum libertate: ob id ergo actiōes, quæ vere à voluntate ortum habent, & libera sunt, dicuntur propriè humana.*

Caietanus ingenuè commentatus est verba sancti Thomæ: ideo nempè actiōnes liberas solas, vocari proprias hominis; quia in eis homo verè agit; cum in alijs actiōibus, quas naturaliter producit, non tam agat, quàm agatur, quòd commune est irrationalibus. Consultie no-

Vazq. ibid.

Salas tract. 1. disp. 4. Sect. 1.

Caiet. Lor. ca Mont.

Obiect.

Resp. 1.

Resp. 2.

1. Opin. D. Tho. 1. 2. q. 1. art. 1.

Rom. 7.

nobis D. Paulus ad Romanos 7. *Iam nō operor ego illud, sed quod habitat in me peccatum.* Primus enim animi motus libertate est impos, & ad naturales comeat actiones, quāuis alioqui in ratione infit, & voluntate. Idem inspiciuntur sentire Lorca, & Montefinos.

2. Opin. locis supra citatis. Scot. locis supra citatis & in 4. d. 6.

Oppositam sententiam tenet Doctor sibi velit omnem nostræ voluntatis actū (etiam beatificum) esse liberum libertate contradictionis intrinsicæ; inde apparet sibi velle ipsum esse humanum; hoc est, homini, ut homo est, seu ut agens liber condistinctus agenti naturali, convenientem: non enim per solam libertatem radicalem condistinctur naturali agenti, sed etiam per libertatem contradictionis: eandem sententiam tenet in 4. dist. 6. q. 5. §. *Ad istam questionem*, dicens: *Cuius ratio est, quia intentio requiritur in quocunque homine agente aliquid non fortuitè, vel exercente aliquem actū humanum, propriè loquendo de Actibus Humanis, qui scilicet causatur per intellectū, & voluntatē ab homine.* Circa enodandā hanc controuersiam, obseruandum est primò ex Doctore q. 2. laterali prologi, num. 19. & in 4. d. 6. q. 5. §. *Ad istam questionem*, quòd quemadmodum finis scientiæ nihil aliud est, quā actū proprio attingere obiectum suum, non quidem inducendo in illud formam inhaerentem, (cum scientia non sit qualitas factiua) sed dirigendo suos actus versus illud tãquam in terminum terminantem ipsos: perinde scopus artis amatoriæ est attingere obiectum præcipuum (nempè Deū) talis artis, per actum amoris in ipsum terminari.

Eustratius.

Ex prima parte huius fundamenti infert Doctor, haud exiguè falli Eustratiū, dum existimat finem speculatiuæ scientiæ hunc esse; inducere nimirum, *supra suum obiectum esse cognitum*: Enimuerò talis scientia non intendit inducere talem extrinsecam denominationem, sed solum attingere obiectum per cognitionē. Sic igitur in proposito dixerim Scotticè loquendo, finem, ac scopum artis amatoriæ beatorum in patria, & tãdem finem plus beati Deū clarè visum amātis, non esse inducere in ipsum hanc formam extrinsecam nēpè *esse amatum*, sed tantū attingere illum, per heroem amicitiae amorem. Fauent huic nostro rationādi stilulo verba superius relata ex Do-

ctore: *Intentio requiritur in Actibus Humanis propriè, sumptis, qui scilicet causantur per intellectum, & voluntatem ab homine.* Quasi diceret intētio hominis, siuè beati, siuè viatoris, elicentis hunc specialem actum humanum, nempè amicitiae amorem erga Deum, debet esse attingere illum per talem amorem; non secus, atque finis eiusdē, ut elicentis visionem beatificam, est attingere Deum per ipsam. Hæc inquam attingētia est immediatus finis (ordine executionis) Petri videntis Deum; non autem inducere supra illum hanc denominationem extrinsecam, *esse visum*. Nam immediatus finis actum est vnire, & referre potentiam ad obiectum, licet consequenter resultet in obiecto denominatio extrinsecam desumpta ab actu, ut diximus tomo 1. disput. 53. Sectio. 6. notabili 2.

Secundo est obseruandum ex D. Augustino in Manuali cap. 19. & 20. & 23. finem scopumque vltimum Dei, ac præcipuum, in quasi eliciendo amorem erga hominem, esse redamari ab illo; attingi inquam amore elicito ab homine: *amor Dei, inquit, amorem animæ parit, & eam intendere sibi facit, amat Deus, ut ametur, cum amat nihil aliud vult, quàm amari, sciens amore esse beatos, qui se amauerunt.* Id est finis Dei, dum amat nos, est allicere nostram voluntatem ad sui amorem; attingi inquam à nostro amore tãquā finis vltimus irreferibilis vltimus. Fauet nobis Scotus in 4. dist. 49. q. 8. in fine. *Deus enim, inquit, omnia producit propter seipsam, & sic est finis immediatus omnium, & inferiusculè, nō enim est Deus beatitudo formaliter, licet propter se det beatitudinem, & paulò post subdit, potest tamen dici, quòd Deus est finis inquam tū terminat operationes creaturæ beatificabilis.*

D. Aug. in Manuali c. 19. 20. & 23.

Scot. 4. d. 49. q. 8. in fine.

Tertiò meminisse oportet notabilis secundi, Sectionis sextæ, disputationis secūdæ, vbi obseruauimus in tota Schola Doctoris Angelici, voluntatis libertatem esse indifferentiam, ad vtrumuis naturalitatem autem esse quandā ex se determinationem ad vnum in agendo.

Quartò item meminisse oportet secundæ nostræ conclusionis, illius Sectionis, in qua probauimus impossibile prorsus esse hos oppositos modos eidem potentiae conuenire: quãmobrem voluntas nostra, tùm Angelica, & diuina solius

lus modi agendi liberè est capax, nō verò modi naturalium agentium.

Quintò meminerimus Sectionis superioris in qua ostendimus amorem illum, quo beati diligunt vltimum finem clarè sibi detectum, esse contingentem, & liberum contradictoriè, intrinsecè, licet aliòqui in ordine ad causam primam sit necessarius extrinsecè: ebullit enim, ac fulgurat liberè contradictoriè à creata voluntate, vti à causa sui vniuoca præcisè cōsiderata: igitur in ordine ad hanc præcisè, contingenter, ac liberè elicitur.

Sexto obseruandum est, ex verbis Doctoris nuper hac in Sectione relatis, ad actum humanum vniuocè sumptum, satis superque esse, procedere ab homine per intellectum, & voluntatem, elicituè, vel imperatiuè, & tandem cum intentione, qua ab homine intendatur vel *actus ipse, quem exercet, vel finis propter quem talis actus est exercendus.*

Septimò est notandum rationè actus humani: & liberi eamdè, atque indistinctam esse, vt patet ex supra dictis.

Dico primo amorem beatificum esse actum humanum, humanitate (vt ita loquar) intrinseca. Hanc conclusionem tenet Doctor locis supra citatis, & probatur, quia elicitur à Diuo Petro, vel à Christo (verbi gratia) homine per intellectum, & voluntatem, & tandem præintenditur ab eliciente, quod totū, & solum satis est ad rationem actus humani, vt insinuat Doctor in citato §. I. b. 4. dist. 6. q. 5.

Secundo probatur humanitas actus humani insequitur libertatem actus liberi, ex communi sententia: ergo humanitas intrinseca insequitur libertatem intrinsecam. Tunc sic: fruitio beata Petri est libera libertate cōtradictionis intrinseca: ergo erit actus humanus humanitate intrinseca.

Secundo dico amorem beatificū esse actum *non humanum* extrinseca quadā (vt ita dixerim) *non humanitate.* Hęc etiam conclusio manifestè infertur ex Doctrina Secti locis citatis in præcedētis Sectione cōclusionem præsertim 3. & probatur à simili: quia sicuti *libertatē* actus intrinsecā insequitur *humanitas* intrinseca, perinde *necessitatem* seu *non contingentiam* vel *non libertatem* actus extrinsecam, insequitur quædam *non humanitas* extrinseca: sed beata fruitio ho-

minis est non contingens quadam *non contingentia* extrinseca: est inquam non libera, certa quadam primam causam respiciente *nō libertate* extrinseca, ergo consequenter erit actus *non humanus* signata quadam non humanitate extrinseca.

Contra secundam conclusionē obiecit rit quis hac ratione: illud, quod intrinsecè est tale, nequit esse extrinsecè contrarium, & non tale; sed beata fruitio (iuxta primā conclusionem) intrinsecè est actus humanus: ergo non poterit extrinsecè esse actus *non humanus.* Maior declaratur, Petrus siquidem, qui intrinsecè est homo, rationalis & risibilis, nequit esse extrinsecè non homo; non rationalis, & non risibilis. Respondetur negando maiorem, & eius probationē: immò Petrus: quia intrinsecè est compositus ex anima rationali, & corpore, seu ex animali, & rationali, idè intrinsecè est homo, & rationalis & risibilis. Et rursus quia extrinsecè est compositus ex albedine, & corpore quanto, propterea extrinsecè, & in primo modo dicendi per accidens est, albus, est disgregatiuus visus, & per consequens est non homo, est non rationalis, & non risibilis. Compositum enim ex anima rationali, & corpore, contrarietate æquiuoca cōtrariatur omni non ipsi: omni inquam composito ex albedine, seu ex nigredine, seu ex quãtitate, & corpore substantiali etiam humano, quã veritatem experimur in homine mortuo, in quo extrinsecum compositum manet idem in Schola Doctoris, intrinsecum autem perit; atque adèdè neq; intrinsecè, neq; extrinsecè est homo.

Similiter compositum ex materia secunda, & albedine, intrinsecè contrariatur omni non ipsi: omni inquam composito alijs ex componētibus partibus: igitur Petrus qui essentialiter est rationalis, intrinsecè erit homo rationalis, & risibilis: & quatenus accidētaliter est albus, extrinsecè erit non homo, non rationalis, nō risibilis. Hęc ratiocinatio optimam consulit dialexim. Eodè igitur modo ratiocinandum est de eodem actu in ratione liberi, quatenus enim dicit ordinem ad humanam voluntatem tanquàm ad causam vniuocam, dicitur liber intrinsecè, vt supra constitit: contra verò quatenus mutat habitudinem ad diuinam voluntatem determinantē cau-

Obiectio

Resp:

1. Conclus.
Seco. 4. d. 6.
q. 5.

2. Conclus.

causas ad productionem talis actus dicitur, non liber extrinseca quadam non libertate.

DISPUTATIO V.

De iure, & dominio appetitivæ potentia, incognitiuas continet Sectiones.

SECTIO I.

Verum voluntas possit imperare cogitationes intellectus?



MEMINISSE oportet Sectionis 3. disputationis in qua decrevimus apprehensionem prærequiri tãquam causam sine qua nõ ad elicitionem volitionis cuiuscumque.

Secundò meminisse oportet Sectionis 5. eiusdem disputationis, primi præsertim fundamenti, in quo falsi sumus cù Scoto, præfatam apprehensionem, seu primam mentis operationem appellari iudicium large. Nunc ergo meritò sciscitamus, nùm voluntas possit imperare eiusmodi apprehensiones, primas mentis operationes, seu iudicia largè sumpta.

Pars negatiua. Scot. in 2. d. 42. q. 4.

Pro parte negativa arguit Scotus in 2. dist. 42. q. 4. §. *respondio ad primã quaestionem*, primo sic: cogitatio imperanda à voluntate necessariò futura, est naturaliter posterior volitione imperate, sed est impossibile sit posterior: ergo maior patet: nam actus obsequendi, & obediendi subditi, & vassalli, semper, & vbique supponit actum imperandi Prælati, & domini. Minor declaratur nam, vt colligitur ex Augustino 11. de Trinitate c. 3. 19. & 27. & ex Aristotele 2. de Anima, & alibi: voluntas nusquam fertur, nisi in præ cognitum: ergo.

D. Aug. 11. de Trin. c. 3. 19. & 27. 2. De Ani.

Secundò arguit: si volũtas potest imperare intellectui cogitationem aliquã, maximè, aut illam, à qua auertit intellectum, aut illam, ad quam conuertit illũ; non primam: quia tunc non verè auerteret eum ab illa; quo enim volitio pro-

hibitoria terminatur ad talẽ cogitationem latam, verbi gratia, ad lapidem, eo, ipsa cogitatio intelligitur terminari ad ipsum lapidem. Ergo reuera non auertitur, immò conuertitur, & per consequens, voluntas falsò dicitur auertens intellectum à cogitatione lapidis.

Non secundam: *Quia cogitatio ad quã conuertitur* (inquit Scotus) *est posterior natura volitione*, conuersoria: ergo nondũ est elicita, & per consequens, neque cognita. Sed voluntas non fertur nisi in præ cognitũ, ergo: *Igitur*, infert Scotus, *non videtur, quod volũtas possit imperare cogitationem aliquam intellectui, nec ipsum auertere à consideratione alicuius obiecti, & conuertere ad aliud.*

Tertiò arguit Scotus: in per se causis eiusdem speciei non potest esse circulus secundum Aristotelem 1. Posteriorum: sed cogitatio in intellectu est per se causa requisita ad volitionem: ergo nõ erit, è conuerso voluntas causa cogitationis in intellectu: & per consequens, nec imperabit illam. Maiorem propositionem probat: nam aliàs, idem esset prius, & posterius essentialiter, vt patet intuenti. Minorem autem probat: quia voluntas non cadit nisi supra cogitatũ ab intellectu: ergo.

Aristotele 1. Post.

Quartò arguit Scotus sic: perindè se habet memoria perfecta includens intellectum, & obiectum in nobis, atque se habet memoria sæcunda in diuinis: sed hæc eatenus est satis, superque ad vtramque noticiam, essentialem nempe, & notionalem, vt nullatenus ad ipsas concurrat volũtas productiuè, neque quasi productiuè. Ergo similiter in nobis, eò vsq; memoria perfecta sufficiet ad elicitionem noticiæ intuitiua, & abstractiua, vt nullatenus ad earum productionem confluat aliqua volitio.

Confirmat Scotus prædictam rationem sic: causæ naturales habentes causalitatem erga aliquem effectum ipsis communem, ad eò totaliter elaborant eum, vt ad eius effectum nullo modo confluat voluntas: sed intellectus, & obiectum sunt causæ naturales partiales in vnam totalem commigrantes, respectu cuiuscumque intellectiois, igitur eò vsque influent in ipsam, vt voluntatis concursui vndequaquè præcludant aditum. Maiorem propositionem declarat Lichetus in calore ignis à potentia passiva ligni à Deo totaliter alium calorem edu-

educente, vt nulla prorsus voluntas ad hanc educationem confluat alicunde. Minorem etiam ostendit, tã in productione notitiæ intuitiæ quam abstractiæ: ad illam enim intellectus, & obiectum præsens in se, ad hanc autem intellectus, & obiectum præsens in specie intelligibili concurrunt, vti duæ causæ partiales vnã totalem constituentes, vt supra dictum est. Igitur necunde patebit aditus concursui voluntatis.

His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet Doctor dicens, *Respondeo, & dico, quod oportet actum intellectus esse in potestate voluntatis, ita quod possit intellectum auertere ab vno intelligibili, ad aliud intelligibile conuertendo.*

Quò circa obseruat Doctor ibidem intellectus cogitationem distingui generaliter, in primam, & secundam. Secundo obseruat infra num. 10. quod quemadmodum visus in eadem pyramide, primo, & vnico intuitu videt plures punctos simul, vnum distincte, & perfecte in fastigio pyramidis, ceteros autem imperfecte, & confuse infra fastigiũ, versus immum extremum latissimum descendens, ita intellectus noster potest per primam cogitationem simul, percipere plura obiecta; aliquam sub ordinationem, propinquitatem, sympathiam, vel contrarietatem mutuantiã; vnum ex illis perfecte, cetera imperfecte: notato verba Doctoris: *vna intellectione perfecta, & distincta existente in intellectu, multa intellectiones indistincta, & imperfecta possunt inesse in eodem intellectu, si cuti vna visione perfecta, & distincta erga pyramidis fastigij punctum elicitã; visui hærente, possunt plures aliæ visiones indistincte, & imperfecte erga alios ipsius pyramidis punctos productæ, hæreere eidem visui.*

Crederem eiusmodi visionẽ obtutus pyramidis esse vnica quoad qualitãe absolutam, plures vero quoad relatiunculas: idem iudicium tulerim de intellectione elicitã erga predicta obiecta. Lege Sectionem 2. disp. 49. tomi 1. meorum in 4. commentariorum.

Tertio obseruandum est cum Doctore numero 11. quod quemadmodũ Geometra, metiendo postea circino lineas illius pyramidis descendendo ad infimũ & latius extremum distincte, & perfecte signat, & videt, punctos, quos prius

imperfecte, & confuse viderat; ita intellectus ea, quæ primo cognouit imperfecte per primam intellectionem, postea reflectendo se imperio voluntatis supra eadem, per secundam intellectionem distincte cognoscit singula, & hoc siue diuersis absolute intellectionibus, siue diuersis quo ad relatiunculas duntaxat, vt dictũ est. Consulunt nobis verba Scoti, *illa igitur, quæ fuit remissa, & imperfecta fit per istam complacentiam perfecta, & intensa, & inferius: & est simile vt dicitur est de oculo, qui stans in comparatione eadem ad aliquod corpus, visum sine motu aliquo, & manente eadem pyramide, potest virtus visiva in aliud punctum se reflectere imperio appetitiuæ quod prius videbat, licet imperfecte, & per hanc secundam, vel reflexam visionem intensius, & perfectius illud videre.* Et supra nu. 10. tradidit præfatum simile dicens: *patet in exemplo, in visu, qui in pyramide, &c.*

Quartò notanda sunt illa verba supra numerum 5. habita; *obiecta intelligibilia respectu intellectionis eliciuæ sunt causæ naturales actiua, & similiter intellectus agens, & possibilis si ponantur agere ad intellectionem censentur concausæ naturales in vnã totalem causam cum obiecto migrante, vt supra constitit.*

Quintò obseruandum est cum Doctore ibidem, quoties duos naturales agentes inæqualis roboris, & virtutis accidit circa idẽ passum conari, toties perfectior rem præpedire à sua actione enerviorẽ, adeò, vt nulla prorsus operatio seu actio ab ipso erumpat erga passum; exemplo rem illustrat Doctor dicens: *vt patet de igne, & aqua, quæ si agant circa idẽ ignis totaliter impedit aquam in sua actione, ita quod non habebit suam.*

His suppositis dico primo, voluntatem non posse imperare elicitionem positiuam, neque negationem elicitionis positiuæ, primæ cogitationis intellectus. Hanc conclusionem expresse tenet Scotus in citato §. respondeo num. 5. dicens: *prima cogitatio non potest esse in potestate voluntatis:* probatque, quia aliqua cogitatio necessariò naturaliter præcedit, omne velle: sed quod præcedit omne velle, & est prius natura non est in potestate voluntatis: ergo Minorem probat ex D. Augustino 3. de libero arbitrio c. 15. *non est in potestate nostra quin visis tangamur:* quasi diceret: non est in potestate voluntatis, quod erga obiectum

1. Conclus.
Sco. in cita
to loco.

Aduert. in
4. disp. 49.
Sect. 2. b. 1.

visū intellectus mox prima cogitatione non feratur; immò crederem Augustinū plusculum suo illo axiomate, insinuare, nimirum non esse in potestate voluntatis quod aliqua affectio non libera ab ipsa, appetitui naturali immersa, vel cōiuncta nō fluat: expressè igitur vult Scotus, & apprimè ostendit voluntatem nostrā, ne que imperium immissorium, seu applicatorium, neque inhibitorium erga intellectus primò primā cogitationem posse habere.

1. Conclu.

Secundo dico voluntatem nostram posse imperare intellectum erga secundas eliciendas cogitationes, tam applicando eum ad elicitionem, quam arcendo ab elicitione secundæ cogitationis, recognoscantur quæso, quæ de imperio voluntatis circa suos actus & aliarum potentiarum diximus to. 2. disp. 3. Sec. 1. & disp. 13. Sect. 2: fere in principio. Immo dico secundum mentem Doctoris posse voluntatem nostram inhibere continuationem primæ cogitationis, & imperare ipsam continuationem eiusdem primæ cogitationis. Hanc conclusionem tenet Scotus s. *respondeo* dicens *dico quod oportet actum intellectus, &c.* quasi diceret: potest voluntas diuertere intellectū à continuatione etiam ipsius primæ cogitationis erga lapidem elicite & conuertere eum ad aliam nouam erga lignum elicendam cognitionem. Probat autem Scotus hanc conclusionem dicens: *aliàs intellectus staret semper in cognitione obiecti perfectioris sibi noti, & Licherus ibi si enim nullus actus intellectus subesset imperio voluntatis, tunc intellectus semper intelligeret obiectum perfectius, ita quod nunquam intelligere posset obiectum imperfectius.* Hoc autem est cōtra Aristotelem, contra Augustinum, & contra experientiam; primum patet ex 2. de Anima vbi ait Philosophus: *intelligimus cum volumus*; & 3. de Anima *habitus est quo quis potest uti cum voluerit*; secundū constat 11. de Trinitate c. 3. & 15. & 27. *voluntas vult, & copulat parentem cum prole.* Tertium neminem latet: notato verba Licheri. *curius oppositum experimur.* Maior autē propositio, vel sequela patet ex 4. fundamēto: nam quādo duæ causæ naturales agunt circa vnum passum, quarum vna est valde perfectior alia; Tunc perfectior impedit actionem secundæ, sed in proposito quod cumquē obiectum, seu intelligibile est

motiuum naturale intellectus, siuè per se ipsum, siuè per speciem intelligibile, ergo obiectum perfectius ita necesseario mouebit illum ad sui cognitionem, vt omninò præcludat aditum motioni actiua obiecti minus perfecti, & per consequens impedit elicitionem intellectus obiecti minus perfecti: notato verba Scoti: *igitur minus perfectum intelligibile, presente magis perfecto intelligibili mouente, nunquam moueret, neque auerteretur intellectus ab illo magis perfecto, & efficacissimo intelligibili: verba Licheri, & sic stante presentia obiecti perfectissimi nunquā posset intellectus se auertere a cognitione talis obiecti, & conuertere se ad cognitionem imperfectioris, quod videtur absurdum*, oportet igitur, vt imperium interueniat voluntatis, quo intellectus cogitatione supersedeat obiecti perfectioris, inuigiletque cogitationi obiecti minus perfecti.

Respondetur ad argumenta.

Ad primum concessa maiori, negatur minor. Ad probationem distinguo assertum Philosophi, & Augustini: vel in præcognitum exactè, vel in præcognitū saltem imperfectè; in primo sensu nego, in secundo concedo; voluntas porro nuspiā fertur nisi supra præcognitum alterutro modo perfectè scilicet, vel imperfectè, vel supra ipsam præcognitionem perfectam, vel imperfectam; supra autem incognitum omnimode, vel supra ignorantiam nunquam fertur volitio: notato verba Scoti num. 12. *volitio requirit intellectiōnem priorem natura, sed sufficit, quod illa intellectio sit imperata ad hoc quod voluntas illi complaceat, & media hac cōplacencia eam continuet, porrigat, & intensiorem reddat: similiter sufficit, quod sit imperfecta, ad hoc vt prædicta voluntas displiceat sibi, & media hac displicencia eius continuationem, & intensionem vetet, & omnino prohibeat.*

Ad secundum argumentum concessa maiori, nego primam, & secundam partē minoris. Ad probationem primæ partis, negò antecedens, immò volitio verè auerteret intellectum à pristina cogitatione: ad probationem huius antecedentis, distinguo antecedens, vel ad instans vsque elicitionis volitionis prohibitoria inclusa siuè, vel post illud instans, & in tempore sequenti, in primo sensu concedo antecedens, nempe quod ad tunc vsque terminabitur pristina cogitatio ad lapidem, desinet

chetus. Li

2. de Ani.

3. de Ani.

Augu. 11.

de Trini. c.

3. 15. &

27.

finet autem terminari possit, siue bene, siue tardiori morula, desinet inquam, & ruet, siue omnino, siue ex parte, iuxta diuersas hominum complexionones, ingenuas, vel prauas consuetudines; sanè in viro bonè indolis, seu aliàs mortificationi assueto citius, & promptius, immò, & libentius pristina cogitatio obsequetur imperio voluntatis, & in occasum prorsus abibit, & noua erga lignum, verbi gratia, elicietur cogitatio.

Ad probationem secundæ partis minoris illius supra negatæ, dico: quod prædicta noua, seu secunda cogitatio erga lignum elicitæ, est posterior volitione conuersoria; prima autem, & pristina saltè imperfecta, iam præeliciebatur erga lignum ante volitionem conuersoriam, vt patet in secundo fundamento, & in secunda item conclusione.

[Ad probationem autem vltimam iã supra responsum est concedendo voluntatem non ferri, nisi supra iam præcognitum saltè imperfectè, vel supra ipsam præcognitionem, seu cogitationem. Ecce igitur quomodo nostra voluntas vtrâque potestatem auertendi, & conuertendi intellectum circa suas cogitationes, ingenuè forritur, notato verba Licheti pagina 243. columna 2. in fine. *Quàmuis prima intellectio obiecti, accipiendo primam intellectiõnem, pro illo instanti natura, quo elicitur, vt prior actu elicitò voluntatis, non sit in potestate voluntatis, tamen eadem intellectio, vt continuata per aliquod tempus, potest esse in potestate voluntatis; sic, quod voluntas potest imperare intellectui, vt stet in tali intellectiõne.*

Et Tattaretus ibi: *Quando queritur, quæ cogitatio imperatur à voluntate? dico, quod vtraque, scilicet, & præcedens, & sequens, & quando probat de præcedenti quod non: quia non est in potestate voluntatis; distinguo, aut quantum ad principium, & sic concedo: aut quoad continuationem eius, & sic dico, quod est in potestate voluntatis.*

Ad tertium distinguo maiore, vel vbi causæ omnes sunt naturales, per modum naturæ agentes, & necessariae ad productionem effectus; vt motus Cæli, Sol, & homo ad generationem hominis: vel vbi non omnes sunt naturales, seu per modum naturæ agentes, neq; omnes sunt necessariae ad productionem effectus, immo aliqua earum, nempe causa superior,

est libera vtrâque; libertate, intrinseca, scilicet, & extrinseca; nec tãdè simpliciter est necessaria, sed cõtingenter concurret cum inferiori, & potest effectus inferioris esse sine illa, nẽpè sine superiori cõtingenter, & liberè concurrere: in primo sensu, verum est axioma Aristotelis, in secundo est falsum; nequè mens Aristotelis est retorquenda ad secundum sensum. Sic autem est in proposito (inquit Scotus) quod voluntas non est causa necessaria intellectiõnis: & idè non est inconueniens esse circulum: ita vt intellectio sit causa volitionis, & prior ipsa, & rursus volitio sit causa intellectiõnis, & posterior ipsa.

Eadè porrò intellectio quatenus primò prima erit causa (saltè sine qua non) volitionis, quatenus autem secundo prima, erit effectus eiusdem volitionis, & posterior ipsa. Quam obrem si talis intellectio ante volitionem erat perfecta in summo imperio superuenientis volitionis, seu cõplacentiæ poterit conseruari & cõtinuari in pristina perfectiõne; si autem non erat adè exacta, & perfecta, poterit fieri perfectior, intèrior, & firmior. Contrà verò, per displicentiã superuenientem poterit remitti, enervari, & tandem in occasum penitus abire.

Ad quartum nego maiorem; immò est valdè dispar vtriusque illius memoriæ ratio: licet enim in diuinis volitio essèntialis supponatur notitiæ genitæ, nullo tamen modo potest esse principium productiuum eius, vt olim ipse edocui in codicibus meis, manu discipulorũ meorum scriptis. Quò circa perdoctè noster Ioan. Rada 1. p. controu. 7. in diuinis verbis est notitia naturaliter expressa, nullo voluntatis actu, vt causa concurrente, nequè vt principio. In nobis autem secus accidit: eũ enim vtrâque notitia tã intuitiua, quã abstractiua sit de genere accidentis, & qualitatis, indè efficitur, vt volitio possit esse principium eius remotum, contingens, continuatiuum, siue prohibitiuum, siue elicitiuum, vt dictum est. Certè dũ intellectus inuigilat cognitioni, verbi gratia, huius lapidis, si ceteræ potètie sensitivæ per imperium voluntatis inuigilent eidem. Tunc cogitatio, seu intellectio elicitæ, valèrior, & robustior erit, quàm si tales potètiæ circa diuersa obiecta essent distractæ, vt expressè insinuat Scotus num. 12. dicens: *Vnde quoddam intellectus intelligeret aliquid, si esset operatio voluntatis circa idem, & imaginatio*

Licheti.

Rada 1. p. controu. 7.

zio circa idem imaginabile, & sensus, verbi gratia, visus, circa idem particulare, ut puta quod esset presens, perfectior esset intellectio. Quia potentia distincta circa diuersa, remittuntur in actionibus suis.

Ad quintum argumentum, distinguo maiorē: vel illa causa eatenus sunt naturales, & independētes suis in functionibus à voluntate, ut non subordinētur, ei, tanquam suæ dominæ, vel è contra, licet in se præcisè naturales sint, subordinantur tamen ei, ut inferiores superiori: in primo sensu vera est maior propositio, in secundo falsa. Quia igitur intellectus quoad continuationem primæ cogitationis, & quoad incæptionem nouæ subordinatur voluntati, idē hęc potest concurrere tanquam principium remōtum contingens, vtile, consulens, & iubens, tamen non ut principium simpliciter necessarium, ut supra dictum est. Notato verba Scoti, n. 12. *propter quem ordinem, vel propter quā subordinatio nem, nata sunt ista potentia se inuicē impedire, cum circa diuersa operantur.* Contrā verò quando operantur, circa idem se intendunt, fouent, & iubent, & tunc sequitur operatio intensior, & perfectior, hęc sufficiant pro hęc Sectione.

SECTIO II.

Verum quidquid mouet voluntatem ad sui amplexum; vel fugam debeat esse cognitum in ratione obiecti?

Pars affir.
Vazq. disp.
44. cap. 2.
Montesin.
disp. 12. c.
1.

Galas tract.
5. disp. 1.
sect. 1. Lorca
disp. 9.

D. Aug. 8.
de Trinit.
cap. 4.

Affirmatiuam sententiam cernuntur tutari Neotherici illi quatuor Thomistæ Vazquez disp. 44. cap. 2. dicens: *Illud tantum, quod ut conueniēs aut disconueniēs apprehenditur, intelligimus posse mouere voluntatem.* Montesinos disput. 12. q. 1. dicens; *Certissima veritas est, quod voluntas non potest velle nisi bonum cognitum ut sic.* Salas Tractatu 5. disp. 1. sect. 1. dicens: *Voluntas nihil appetit, nisi id, quod ei ab intellectu representatur.* Lorca disp. 9. dicens: *Voluntas respicit formam apprehensam intellectu, Appetitus autem formā apprehensam sensu.* Fauet illis axioma illud tritū. D. Augustini 8. de Trinitate cap. 4. *Nihil volitum quin præcognitum.*

Nolo alia affirmare argumenta, Tu quia nō extant apud prædictos quatuor

Doctores, Tūm quia ipsi non tuentur ex professo seu data opera prædictam sententiam, nequē disputāt de ipsa: cæterum quia prædicto vsi sunt idiomate, inde iudicium intulerim ipsos huic adhasisse sententiæ.

Sed quid quid sit: hoc vnum certum est quod Scotus contrariam, & negatiuam expressè conetur affirmare sententiam in citato, §. *Respondeo*, numero 10. dicens: *Intellectione inexistente, licet nō cognita ut obiectum, potest voluntas complacere sibi in obiecto illius intellectionis, & illa intellectione, & non complacere sibi.* Et infra n. 11. *illis ergo, nēpè intellectionibus, confusis, & imperfectis ibi existentibus, potest voluntas complacere in qualibet earum, etiam si illa intellectio non fuerit cognita, ut obiectum.*

Pro decisione notato cognitū in ratione obiecti, & motiū voluntatis habere se tanquā inferius, & superius, verbi gratia, instar hominis, & animalis.

Dicendum est quod quemadmodum quidquid est homo, est animal, non è contra, ita quidquid est cognitum in ratione obiecti est motiū voluntatis, non autem è contra, quidquid est motiū voluntatis est cognitū in ratione obiecti. Hanc conclusionē tenet Scotus in verbis citatis; & probatur à simili: sicuti enim quodlibet indiuiduū, speciei equinæ, vrsinæ, Leoninæ, &c. est animal, nullum tamen ipsorum est homo, ita qualibet cognitionum elicitarū erga quodlibet obiectum est motiua voluntatis, nulla tamen earū, ut sic præcisè est cognita, ergo non quidquid est motiū voluntatis est cognitum in ratione obiecti; consecutio benè infertur. Maior probatur quemadmodū appetitiua visus potest complacere sibi non solum in alba papyro, verū, & in ipsa albedine ipsi herente: ita voluntas nostra potest sibi complacere non solum in obiecto cognito verum etiā in ipsa cognitione, licet ipsa nō sit cognita per aliam reflexam cognitionem. Confirmatur nā si obiecto, ut possit mouere voluntatem, sufficit denominatio extrinseca, & terminatio qua extrinsecè terminat relatiunculam fundatā in absoluto qualitaris cognitionis, proculdubio ipsa cognitio composita ex absoluto, & tali relatione multò valentior, & potentior erit ad mouendum voluntatem; ceterū si paries illuminatus luce candelæ mouet visum, multò luculen-

Pars negatiua Scoti
vbi sup.

r. Conclu.

lentius mouebit ipsa lux insita candele. Ergo crederem etiam, quod si per possibile, vel impossibile qualitas absoluta intellectiōnis esset sine relatiuncula illa terminata ad obiectū adhuc verè moueret voluntatē ad sui amplexū, sicuti lux candela etiam si non illustraret corpora vicina suo lumine, adhuc videretur à visu, eò nimirū, quia illa talis relatiuncula se gerit instar radij, siuè luminis fulgurantis à luce, & illustrantis obiectū, absolutum autē cognitionis elicite se gerit instar lucis, quæ est mater luminis, seu radij: igitur rationi erit valdè consentaneum, vt dicamus, quod facta hypothesi in absolutum cognitionis esse desinita omni tali relatione adhuc moueret voluntatem ad sui amplexum.

Minor autem propositio probatur nā cognitio, vt præcisè elicita circa lapidē nequit denominari cognita, quosque intellectus eliciat aliam reflexam cognitionem erga ipsam: ergo voluntas nequibit illo vsq; complacere in ipsa tanquā in obiecto cognito. Postquam est iā cognita per secundā cognitionem poterit iam denuò complacere in ipsa tanquā in obiecto cognito. Consultit nobis Lichetus, fol. 242. col. 3. dicens *Tunc voluntas potest sibi cōplacere in illa, vt prius cognita illa cognitione reflexa.* Percontaberis; poterit nē voluntas complacere in hac alia reflexa cognitione? Respondet affirmatiuè Lichetus, ibidem dicens: *Sed in illa intellectuone reflexa complacet sibi vt non præcognita: quia talis intellectu est præcisè id, quo intellectus immediatè tendit in primam intellectuonem, & sic pariformiter potest dici de omni intellectuone in infinitum.* Hæc ille.

1. Conclus. Secundò dico, rō esse necesse, vt quid quid mouet voluntatem ad sui amplexum, vel fugam, sit præcognitum in ratione obiecti hæc conclusio expressius, & directius, aliquantulum, quā præcedens, respōdet Sectionis titulo, vt patet: & eisdem probatur, & corroboratur rationibus quibus illa. Notato verba Licheti folio 242. columna 4. *Nam voluntas in multis potest sibi complacere, & velle ea, quæ tamen non sunt præcognita, & rationem reddit, dicens: quia vult actu voluntas diuina multa contingentia, & complacet sibi in illis, quæ tamen non sunt præcognita ab intellectu diuino; vt patet à Doctore in 1. dist. 29. & in quodlibetis, q. 14. sic similiter potest sibi com-*

placere in intellectuone alicuius obiecti, actu non præcognita.

Et similiter potest sibi cōplacere in obiecto cognito, & non complacere sibi in intellectuone obiecti; etiam potest complacere sibi in intellectuone obiecti, & non complacere sibi in obiecto tals intellectuonis, sed hæc non pertinet ad hanc materiam directè, dixerim tamen tibi, principium contingentia esse decretum diuinæ voluntatis: quia enim hæc decreuit Petrum nasciturum, fore Apostolum, & caput Ecclesiæ, idè hæc prædicata contingentia fuere connexa cum illo subiecto: huius porrò contingentis connexionis principium fuit decretum diuinæ voluntatis, quæ quidem cōnexio est prior cognitione diuina terminata ad eam, & idè consulto Lichetus asserit voluntatem diuinam velle contingentia, quæ tamen non sunt præcognita, &c. & indè infert voluntatem etiam nostram posse velle nondum præcognita.

III. APPENDIX

Sectioncula.

Vtrum nemine profata cognitionis apprehensura requisita in ratione cause sine qua non, ad mouendam voluntatem ad sui amorem, obiectique sui amplexum intelligatur habitualis cognitio?

PA R T E M affirmatiuam tenent aliqui apud Scotum in 2. distinct. 42. quæst. 4. §. *Sed de secunda cogitatione*, dicentes: *sufficit ad hoc, quod voluntas moueat ad cognitionem alicuius, quod illud sit cognitum solum habitualiter.* Pro decisione huius dubij est obseruandum cum Licheto ibi; habitualem obiecti cognitionem summi bifariam, vno modo pro habitu generato ex pluribus actibus, secundo modo pro specie intelligibili impressa intellectui.

Hoc supposito notabili ad modū dubij, dicendum est; neutram ex his duabus habitualibus cognitionibus sufficere ad mouendū voluntatē ad amplexū, vel fugam obiecti: hanc conclusionē tenet,

G 2 & pro-

Lichet. fol. 242. col. 3. dub. Solut. Lichet.

Pars affir. aliquorum adud Scot. in 2. d. 42. q. 4.

Liche. verba. fol. 242. col. 4.

Cenc. Sco loco citat

& probat Scotus sic: nãm si sufficeret, sequeretur, quòd voluntas tam dormientis, quàm vigilis, tam distracti, quàm attentii posset, in præfatos prorum pere actus: hoc autem vndequaquè est dissentaneũ rationi: ergo maior declaratur: nãm tam habitus, quàm species intelligibiles hærent intellectui hominis, siuè dormientis, siuè vigilis, siuè distracti, siuè inrenti vtròbiquè eodem modo: ergo dormiens, & distractus posset homo velle quæcunque vigilans, & attentus vult: quòd tamen nemo sanæ mentis asseueraret, notato verba Scoti, *impossibile est voluntatè velle actu, nisi sit actualis intellectio in intellectu*: quasi diceret impossibile est actualè volitionè, vel nolitionem terminatam ad aliquod obiectũ in esse voluntati, quin præcursoriè insit actualis intellectio eiusdem obiecti, hac autem præ inharrente, tunc voluntas potest velle obiectum ipsum præintellectũ & etiam ipsam intellectioem, vt supra dictum est cum Scoto.

IV. SECTIVNCVLA.

Appendix.

Vtrum illo nomine possit intelligi cognitio, vel cogitatio alicuius obiecti in vniuersali in aliquo simili, vel contrario?

1. Opin.
Aliquorum
apud Scot.
loco cit.

SENSVS tituli est, vtrum ad volendum, vel nolendum hunc lapidem in indiuiduo sufficiat cognitio lapidis in vniuersali, vel in aliquo simili, seu in aliquo contrario?

Partem affirmantem tenent aliqui apud Scorum, vt patet in hisce verbis: *Alio modo dicitur, quòd sufficit cognitio, vel cogitatio alicuius obiecti in vniuersali, vel in aliquo simili, vel contrario.*

2. Opin.
Scot. ibid.

Oppositam sententiã tenet Scotus dicens: *nec secundus modus valet*, pro cuius decisione obseruandum est, primò cum nostro Licheto ibi, in sententia auctoriũ priãris opinionis singularitatem nõ dicere aliquam entitatem positiuam additã naturæ vniuersali, benè tamen in Doctoris na Scoti, vt olim ipse edocui in logicis quæstionibus manu discipulorum meorum scriptis. Consulto nobis Scorus

in 1. d. 17. q. 4. § *Ad quæstionem igitur, dicens: Natura supra quam, quodlibet indiuiduum addit aliquid, & in 2. d. 3. q. 2. §. Contra ista, dicens: probò, quòd non sit aliquod indiuiduũ formaliter per negationem, vel priuationem, sed per aliquid positiuum in eo, idem docet, q. 6. §. & si quæras, dicens: entitas quidditatiua est naturaliter prior ista entitate, vt est hæc, vbi Lichetus subdit, *Doctor intelligit quòd Franciscus, & Ioannes per aliam, & aliã beccaitatem differunt realiter, & numeraliter.**

Scot. 1. d.
17. q. 4. &
in 2. d. 3. q.
2. & 6.

Secundò est notandum, quòd quemadmodum lapis in ratione vniuersali, & communi lapidis recensitus, continet potentialiter, indifferenter, & indeterminatè omnes sui inferiores quotquot in mundo sunt lapides, tam indiuiduo, quàm specie.

Item quemadmodum lapis in ratione corporis inanimati præscindendo à ratione specifica arthoma, vel intermedia lapidis continet indeterminatè potentialiter omnia corpora inanimata, ita cognitio eius continet eodè modo omnes sui inferiores cognitiones eorundè in specie, & indiuiduo.

Item sicuti lapis in ratione corporis præcisè, continet potentialiter indeterminatè omnia corpora, inanimata, & animata, sensibilia, & insensibilia, & omnia ipsorum indiuidua, ita cognitio eiusdem corporis in vniuersali continet eadem potentialitate indifferenti omnes cognitiones ipsorum ad indiuidua vsque inclusiue; hoc sibi vult Scotus in hisce verbis aliquali caligine offatis. *Cum in lapide intelligatur substantia corporea, intellectio lapidis sufficeret, ad volendum ouem, vel vobem, quia hæc intelliguntur in substantia corporea, vt in vniuersali, similiter ad intelligendum ouem determinatè, vel bouem determinatè, & similiter de quacunque alia substantia corporea.*

Tertiò notãda sunt illa alia Scoti verba. *Sicut vniuersale in singulari non est aliud, quam singulare, sic nec intellectio vniuersalis in particulari est alia à particulari, nempè cognitione terminata ad illud indiuiduum: id est sicuti lapis in hoc lapide, seu sicut lapis beccazatus, seu hic, beccazatus nihil est præterquam hic lapis, seu hoc indiuiduum lapidinuũ, ita cognitio lapidis, vt in hoc lapide, seu cognitio lapidis beccazati nihil prorsus*

sus est præter cognitionem huius peculiaris lapidis. Et sicuti homo, ut in Petro, seu *Petraizatus*, idem omnino est, quod ipse Petrus, ita cognitio hominis ut in Petro, seu hominis *Petraizati*, idem prorsus est, quod cognitio Petri. Vnica omnimodè cognitio est, & eadem vnde quaque, non solum in opinione auctorum prioris sententiæ afferentium principium indiuiduationis esse puram negationem, sed etiam in sententiâ contraria; ut obseruat Lichetus.

Quartò est notandum circa illum terminum *in aliquo simili*, prioris sententiæ, hunc, verbi gratia, lapidem inducum tangibilibus qualitatibus, præscindendo à maiori, & minori intensiōe, non esse magis similem huic alteri lapidi, quàm huic oui, huic boui, huic ligno, nec tandem tot corporibus alijs tangibilibus, ex quo manifestè sequitur, tam lapidem cognitum non magis ducere intellectum, & voluntatem ad cognitionem, & volitionem huius, verbi gratia, tangibilis ligni, quàm tot aliorum tangibilium, quæ pænè infinita sunt.

Quintò notandum est circa illum alium eiusdem sententiæ terminum, *vel in contrario*, prædictum, verbi gratia, lapidem affectum duritiæ, & frigiditate, præscindendo à maiori, & minori intensiōe, non esse magis contrarium huic oui induræ mollitudine, & caliditate, quam tot innumeris ferè corporibus calidis & mollibus, & per consequens eius cognitionem nõ magis ducere intellectum, & voluntatem, in notitiam, & amorem vnus contrarij, quam tot aliorum, quæ in mundo sunt.

Sextò est notandum cū Scoto, quod intellectus corpori, & sensibus summersus nuppiam reperit vniuersale, nisi in singularibus, hominem in Petro, bouem in hoc boue, animal in vtroque.

Septimò notanda sunt illa verba Scoti quibus docet voluntatem nostram nõ posse, *velle ouem, vel bouem sine specie propria ouis, vel bouis, quam speciem non causat illa intellectio vniuersalis*, nempe animalis viuentis, seu substantiæ corporeæ, *nec etiam voluntas, sed obiectum singulare, & intellectus agens*. Quibus in verbis suspicabitur quis forsitan in doctrina Scoti sufficere, quod obiectum sit cognitum habitualiter, nempe per speciem impressam, eductam à potentia passiva intellectus possibilis,

eius inharètem, & elaboratam effectiue ab intellectu agente, & ab obiecto: sed reuera esset falsa suspicio, cum necessario prærequiratur species expressa elaborata effectiue ab intellectu possibili, & ab illa specie impressa, seu ab obiecto præsentem in se, ut supra in 3. sect. decreuimus. Legito sect. 1. disp. 49. in responsione ad 8. argumentum 10. prioris meorum in 4. Commentariorum.

Dico primò ad diligendum, vel odio habendum hunc determinatè lapidem, non satis esse cognitionem, vel cogitationem lapidis in vniuersali. Hanc conclusionem in supra citatis verbis satis expressè tenet Doctor, præsertim in illis, *non possum velle ouem, vel bouem, &c.* quam primò probat sic: si cognitio lapidis in vniuersali sufficeret ad volendum, vel nolendum hunc determinatè lapidem, sequeretur quod etiam, *sufficeret ad velle- dum ouem, vel bouem*: sed hoc est absurdum: ergo maiorè probat Scotus dicens, *quia hæc, nempe ouis, & bos, intelliguntur in substantia corporea, ut in vniuersali*: perindè, atque hic lapis, & ille alter intelligitur in lapide vniuersaliter sumpto: ergo si cogitatio lapidis vniuersaliter sumpti est talis ad hoc, ut volueras velit, vel nolit hunc determinatè lapidem, etiam erit satis cognitio eiusdem lapidis in ratione substantiæ corporeæ præcisè, & in vniuersali, ad hoc, ut velit, vel nolit ouem, vel bouem determinatè. Minorem autem declaro; nam absurdum prorsus, & rationi dissentaneum est asserere, quod vnū indeterminatè, & indifferens determinet aliud indeterminatè, sed cognitio substantiæ corporeæ in vniuersali recèssita est indifferens, & indeterminata ad descensum versus cognitionem, bouis, vel ouis, animati, vel inanimati, perindè atq; ipsa substantia corporea est indifferens ad hoc, ut gressus, siue descensus dirigat huc, vel illuc, nimirum ad viuens, vel ad non viuens, sensibile, vel insensibile, & igitur talis indeterminata cognitio nequibit determinare aliud indeterminatè, quia nemo dat quod non habet: Tunc sic, voluntas est indifferens, & indeterminata ad hoc, ut suis affectibus insequatur hoc, vel illud obiectum, bonè, vel ouem, &c. ergo. Confirmatur nam in intelligibile est quod binum duas erumpens semitas determinet interficientes Peregrinos ad carpendam hanc potius semitam, quàm aliam: ergo.

2. Coñc.

Scot. vbi
sup.

Secundò probat Scotus eandem conclusionem sic: in moralibus non est dabilis cognitio vniuersalis alia à cognitione particularis, verbi gratia, huius lapidis: ergo ineptū est dicere ipsam sufficere ad monendum voluntatem ad suos eliciēdos affectus erga hoc, vel illud obiectum determinatè: consecutio benè infertur, quia rationi dissentaneum est disputare, num res aliqua, cuius existētia est impossibilis sit sufficiens, vel in sufficiens ad consecutionem alicuius finis in moralibus. Antecedens autem probat Scotus dicens: *Quia sicut vniuersale in singulari, &c.* Vt patet in tertio fundamento; notato attētè illud notabile; vnde licet fas sit distinguere inter hoc animal Franciscæizātū, seū Franciscū, & inter hūc hominē Franciscū, nefas tamē est distinguere inter animal, vt in Francisco, & Franciscum; primum patet, nā hoc animal Franciscus, est substantia corporea animata sentiens hæc, seū Franciscæizata; hic autem homo est substantia corporea animata sentiens rationalis Franciscæizata. Secundum etiam neminem latet, nām animal vt in Petro, & Petrus idem prorsus sunt, id est sunt substantia corporea animata sentiens Petracizata, & homo vt in Petro, & Petrus idem sunt, quia sunt substantia corporea animata sentiens rationalis hæc, id est Petracizata, vel Petrus, similiter fas erit distinguere per intellectum, inter Petracitatem contrahentem substantiam, & inter Petracitatem contrahentem, seū Petracizantem corpus; & sic descendendo vsque ad hominem. Legito Lichetum. Hæc distinctio Petracitatis, vt Petracizantis superioris, & inferioris est purè rationis, prior verò est ex natura rei formalis apud Scotistas logicos.

Secundò dico ad diligēdum, vel odio habendum hunc determinatè lapidem qualitatibus tangibilibus affectum non satis esse cognitionem alterius lapidis cōsimilibus qualitatibus induci, sed potius prærequiri cognitionem huius determinati lapidis. Hanc conclusionem cernitur tenere Scotus illis in verbis, *impossibile est voluntatem velle actu hoc determinatè obiectum, nisi eiusdē obiecti actualis intellectio sit in intellectu;* veritas huius conclusionis satis elucet in quarto fundamento. Enimverò lapis qui heri mihi occurrit palpandus, non

magis duxit me in notitiā huius hodierni lapidi, quā tot aliarum rerum tangibilium, ergo neque in amorem, vel odium eius potius, quā illarum, igitur heri, hic hodie palpatus lapis nullatenus potuit intellectum, & voluntatem meam conscendere cognoscēdus, & diligendus, seū odio habendus, immò simpliciter fuit necessarium, vt hodie obrutui occurreret, vt in ipso palpato similitudinem vtriusque agnoscerem, & consequēter, vel vtrumque, vel alterutrum, siue neutrum è duobus odio, vel amore prosequeretur.

Tertiò dico, ad volendum, vel nolendum hūc determinatè lapidem duritiæ, & frigiditate indutum, non satis fuit externus palpandi actus alterius corporis calidi, & mollis. Hanc etiam conclusionem tutari cernitur Doctor in citatis verbis, cuius veritas etiam elucet in 5. fundamento, & probatur eodem argumento, nām palpato vtroque, cognoscit intellectus contrarietatem, illarum qualitatū, non verò palpato alterutro dumtaxat: ergo, &c.

Quartò dico, ad intelligendum lapidem, seū quamcumque aliam substantiā in specie determinata, seū in indiuiduo, non sufficere cognitionem cuiuscumque vniuersalioris generis. Hanc etiam conclusionem tenet Doctor dicens: *similiter ouem determinatè, vel bouem determinatè, & similiter de quacumque alia substantia corporea.* Hæc conclusio probatur eiusdem argumentis: nām si ad intelligēdum lapidem, verbi gratia, in specie, vel indiuiduo sufficeret cognitio sui generis athomi, sequeretur quod etiam sufficeret ad cognoscendum ouem, vel bouem, seū lignum, &c. sed hoc est absurdum: ergo; maiorem probat Scotus dicens: *Quia hæc, nempe ouis, & bos, &c.*

Contra primā conclusionem obijciat quis, voluntas ipsa est causa sui determinatrix, & non cognitio obiecti præcursoria: ergo falsa est illa conclusio. Respondeo distinguendo antecedēs: vel causa per se, vel causa sine qua nō, in primo sensu concedo, quod voluntas est totalis per se causa sui determinatrix, requiritur autem cognitio præcursoria tanquā causa sine qua non, posset voluntas prorumpere amore, vel odio erga aliquod obiectum, ipsa autem præcurrente potest odio prorumpere erga bonū & amore

3. Conclus.

Scotus vbi supra.

4. Conclus. Scot. ibid.

2. Conclus.

Obie. c. r. Conclus. Resp.

Scotus supra cit.

re

re erga malum sub ratione mali, & circa indifferens, sub ratione indifferentis potest pro sua libertate inuehere, siue odio siue amore prout magis sibi arriserit, in schola nostra, vt dicitur infra disp. 8. sectione. 1. quo circa notato quod cum voluntas (per hypothese[m] possibile[m]) diligit malum sub ratione mali, eo ipso eleuat illud ad statum boni praestituti, si autem odio habeat bonum sub ratione boni, censetur euertere illud in statum mali praestituti, si vero diligit indifferens sub ratione indifferentis dicitur determinare illud, & eleuare ad statum boni praestituti contra vero si odio habeat sub ratione indifferentis, credetur determinate illud, & diruere in statum mali praestituti. Haec sufficiant pro hac Sectione.

S E C T I O V.

Verum ad cogitandum de hoc determinate lapide possit esse per se causa, remissio, & eneruitas cogitationis, v.g. ouis, & consequenter possit esse causa sine qua non, ad volendum vel nolendum ipsum nempe lapidem.

1. Opin.
Quorunda[m]
apud Scotum
locis
citatis.

PArtem affirmatiuam tenent quidam apud Sotum illis in verbis alio modo dicitur, quod sufficit cognitio illius obiecti verbi gratia ouis, vel ligni remissa, vel quod voluntas remittat intellectum id est attenuet ad cognitionem inexistentem sibi, & tunc illa cogitatione remissa occurrit aliud cogitabile verbi gratia hic lapis.

Potest autem haec opinio suaderi primo sic: quo enim cogitatio ouis, vel ligni haerens intellectui, suo pte genio est remissa, & eneruis, eo censetur non occupare totam facultatem intellectiuam, neque suspendere, seu rapare eam in sui obiecti contemplatione adeo totaliter, vt non possit prorumpere in secundam aliam remissam cogitationem erga huc determinate lapidem; ergo etiam voluntas poterit consequenter prorumpere in volitionem, vel nolitionem eiusdem sic cogitati lapidis, igitur in hoc euentu eneruitas, & remissio cogitationis ligni vel ouis, merito dicitur causa per se hu-

ius secundae cogitationis remissae elicitae erga hunc lapidem, & secundario dicitur causa sine qua non volitionis, vel nolitionis elicitae erga eundem lapidem.

Secundo fundari potest eadem opinio supponendo, quod illa ouis vel ligni cogitatio praehaerens intellectui, non sit suo pte genio inernis; & remissa, sed potius aded intensa, vt elicitioni cogitationis huius determinati lapidis, vnde quaque pracludatur aditus, adhuc facta haec hypothese; potest illa prior cogitatio ouis, siue ligni, voluntatis imperio, eod vsque attenuari, & remitti, vt detur locus elicitioni cogitationis huius determinati lapidis, & per consequens productioni volitionis, vel nolitionis erga talem sic nouiter cognitum lapidem elicitudae; igitur similiter in hoc secundo casu, eneruitas, & attenuatio prioris cogitationis dicitur causa immediate cogitationis huius lapidis, & mediate, volitionis, vel nolitionis elicitae erga eundem lapidem nouiter cogitatum, diuersimode tamen, quia respectu cogitationis dicitur causa per se, saltem plusculum, quae causa sine qua non, respectu autem volitionis, vel nolitionis dicitur causa sine qua non.

Oppositam sententiam tenet Doctor ^{2. Opinida} dicens: *Tertius etiam modus non est conueniens, bene enim concedo, quod voluntas potest remittere cogitationem in existentem, sed tunc a casu accidit, quod occurrit aliud intelligibile, vel cogitatio alterius intelligibilis, vel eiusdem aliter; quae prius, quod quidem intelligibile moueat intellectum, & voluntatem, & sic solum casualiter, & non per se esset cogitatio in potestate voluntatis.* ^{Scoti. ib.}

Pro cuius decisione est obseruandum quod modo remissio, & attenuatio insit cogitationi, verbi gratia, huius ouis, suo pte genio; & ante imperium voluntatis modo insit ex eius imperio, eo ipso patet aditus, infinitis aliis cogitationibus siue eiusdem ouis, aliter, & aliter considerabilis, siue aliarum innumerabilium rerum, idque non necessario, sed contingenter, & casualiter, possibile namque est, vt stante eneruitate, & remissione cogitationis ouis, non expergiscatur alia cogitatio, siue eiusdem ouis, siue aliterius obiecti, praesertim in homine tardo, & ingenio hebeti: hoc sibi vult Scotus in illis verbis: *tunc a casu accidit, quod occurrit aliud intelligibile, vel cogitatio*

rio alterius intelligibilis, vel eiusdē ouis aliter, quā prius; possibile porro erit, vt nulla prorsus alia cogitatio occurrat, sed quod homo (de colerico non crederem) in pristina illa, & sola ouis eodem modo consideratione perseveret, quin alia excitetur cogitatio, quā si expergefiat id fiet contingenter, & casualiter, id insinuat Doctor illo termino a casu accidit.

Secundò notato, quòd non solum est casuale, vt stante eneruitate prioris cogitationis, verbi gratia ouis, alia superueniat noua cogitatio, verum etiam est valdè contingens, & casuale, quòd talis superueniens recens cogitatio sit hæc, vel illa, huius, vel illius obiecti, vt patet in his Scoti verbis: *a casu accidit, quòd occurrit cogitatio alterius intelligibilis, vel eiusdē, verbi gratia, ouis, aliter quā prius*: poterat enim illa prior cogitatio esse de oue, vt alba, & hæc superueniens de eadem, vt lanigera, & hoc sibi vult ille periodus: *aliter quā prius*. Notato etiam verba Licheti: *licet enim voluntas per se remittat illam cogitationem ouis, accidit tamen, quòd aliud obiectum puta lapis occurrat intellectui*, namque ex illa remissione non potius panditur aditus cognitioni huius lapidis, quā alterius lapidis, piscis, seu ligni, vt dictum est.

Tertiò obseruandum est cum Doctore, quòd facta hypothesi, vt stante eneruitate cogitationis erga ouem elicitæ, necessariò in aliquo casu, superueniat de terminati obiecti cogitatio, adhuc hoc etiam in euentu, nullatenus huius superuenientis occurfus, ac casus posset ascribi eneruitati prioris cogitationis ad ouem terminatæ, seu voluntati eam attenuanti, & eneruanti, sed potius phantasmati talis determinati obiecti, fortius mouenti intellectum, quā alia phantasmata, cuiuscumque alterius obiecti: hoc sibi vult Scotus, dum ait: *Præterea; non saluat propositum, quia quantumque moueat voluntas ad aliud, remittendo priorem cogitationem, hoc tamen non est per se ad aliquod determinatum; quia hoc solū est ad phantasma fortius, quòd fortius mouet; & hoc per accidens in quantum scilicet remittit illam cogitationem*. Et Lichetus ibi; *ex sola remissione intellectiōis alterius prioris obiecti, si aliquod nouum obiectum occurrit intellectui cuius phantasma fortius mouet excitando, speciem intelligibilem eius, & per consequens, qua-*

si præcludendo aditum excitationi speciei intelligibilis cuiuscumque alterius obiecti cuius phantasma eneruius mouet. Quòd si perconteris cuiuscumque obiecti phantasma erit fortius mouens præ cæteris? Respondet Lichetus: *illud cuius singulare extrà fortius mouet sensū.*

His prænotatis dicendum est primò: remissionem, & attenuationem insitam cogitationi erga ouem elicitæ, non posse esse per se causam occurfus alicuius nouæ superuenturæ cogitationis. Hanc conclusionem tenet Doctor in supra relatis verbis, cuius veritas satis elucet, tum ex fundamentis, tum ex argumentis in obsequium contrariæ sententiæ à nobis adstruendis. Nam perindè se habet eneruitas illius cogitationis, ad occurfū & experrectum, seu ad passiuam excitationem alterius cuiuscumque nouæ cogitationis, atque se habet ianua aperta domus ad ingressum præ foribus transeuntium, sed ianua patula, seu apertio eius, nō est causa per se ingressus per eam, alicuius transeuntium præ foribus, ergo neque eneruitas cogitationis erga ouem elicitæ poterit esse causa per se excitationis, & occurfus alterius nouæ cogitationis: maior declaratur nam intensio cogitationis se gerit instar ianue patulæ, & apertæ vt aparet exprimo argumento.

Minor etiam declaratur nam ostium patulum, seu apertio eius neminem ex peregrinis, seu ex iter facientibus, aut cogit, aut determinat, vt per se ipsam ingrediatur: ergo.

Secundò dicendum est, voluntatem imperio suo eneruantem pristinam ouis cogitationem, nullatenus recensum iri causam per se, occurfus, & passiuæ excitationis, alterius nouæ eiusdem, vel alterius obiecti cogitationis. Hanc etiā conclusionem expressè tenet Scotus in illis verbis primi notabilis; *a casu accidit, quòd occurrit, &c.* & probatur eodem modo; nam perindè se habet voluntas attenuans, & remittens intensam illam præexistentem cogitationem, ad alias posibles cogitationes, atque se habet dominus fores domus suæ aperiens, ad transeuntes per callem tritum ad ipsorum obtutum, sed hic neminem ex transeuntibus, inuitat, vel determinat ad ingressum per ipsas: ergo neque voluntas imminuens pristinam ouis cogitationem, & per consequens quasi apertio ianua

1. Concl.

2. Concl.

intellectus censebitur tãquã causa per se excitare aliquam aliam nouam cogitationem eiusdẽ ouis aliter cogitabilis, seũ alterius obiecti, innitareque seu de terminare ad ingressũ illius intellectus.

Secunda ratio decerpitur etiam ex Doctore, huiusmodi: illud quod casu accidit prædictæ attenuatiõni, seũ eneruatiõni, & volũtati eam elaboranti, nequit esse effectus per se ipsarum, sed occurfus nouæ cogitationis casu accidit ipsis. Ergo immeritò dicetur effectus per se ipsarũ. Minorem probat Scotus: nãm *phãtasma, quod fortius mouet* in intellectum sensibus submersum excitat ipsam immediatè, mediatè autem obiectum cuius *singulare extrã fortius mouet sensum*, vt inquit Lichetus. Igitur excitatio huius nouæ cogitationis potius dicetur effectus per se talis phantasmatis, & obiecti: quã uoluntatis eneruantis pristinam ouis cogitationem, seũ ipsius eneruatiõnis.

3. Conclu.

Tertiò dicendum est, non solum occursum nouæ cogitationis præcisè in ratione nouæ absolute, est contingens, & casualis uoluntati eneruanti, & ipsi eneruatiõni, verum etiã, quod hæc noua cogitatio sit pristini obiecti nouo modo considerati, vel alterius noni obiecti, & in ratione noui, quod sit lapidis, vel ligni, vel piscis, &c. hoc totum est casuale, & contingens distincta, & noua casuali casualitate multiplici: hanc etiam conclusionem expressè tenet Scotus in verbis terriõ notabili citatis, cuius ueritas satis elucet in illo fundamento: namque casuale noua casualitate est, quod pristinum obiectum nouo modo occurrat considerandum, vel nouum obiectum, & quod hoc nouum sit lapis, vel piscis: ergo. Confirmatur nãm casuale penitus est, quod phantasma huius, vel illius, fortius moueat, vel eneruius: ergo.

4. Conclu.

Ultimò dicendum est, quod nequè ad uolendum, vel nolendum nouo modo, seũ nouo affectu pristinum obiectũ, uerbi gratia, quem, nequè ad uolendum, vel nolendum nouum aliquod obiectum absolute, potest esse adæquata causa sine qua non pristinæ cogitationis eneruatiõ emergens, siuè inopte genio, siuè ex uoluntatis imperio. Hanc etiam conclusiõnem tenet Doctor in illis uerbis, *quod quidem intelligibile moueat intellectum, & uoluntatem*; quasi diceret, adhuc facta illa pristinæ cogitationis attenuatiõ-

ne, nequibit obiectum mouere uoluntatem ad sui uolitionem, vel uolitionem, quin prius præmoueat intellectum ad nouam sui cogitationem, & probatur, nãm supra conlittit uoluntatem numquam posse nisi erga præcogitatum, vel erga ipsam præcogitationem, ergo quod usque noua hæc præcogitatio superaddatur illi eneruatiõni non censebitur adesse adæquata causa sine qua non.

Ex dictis patet solutio ad argumenta contrariæ sententiæ.

Ad primum negatur antecedens: illa enim pristinæ cogitationis eneruitas, seũ eneruatiõ, & quasi ianuæ intellectus apertio, ad summum potest esse causa sine qua non, ad nouæ cogitationis occursum, & excitatiõnem, & nihil præterea, nãm causa per se potius assignatur phantasma fortius mouens, & obiectum cuius est, vt patet in fundamentis, & in secunda conclusiõne præsertim in secunda ratione eam probante.

Ad secundum concedo totum antecedens, nego tamen consecutiõnem; nãm talis pristinæ cogitationis attenuatiõ, uoluntatis imperio influxa, nequè causa per se nouæ cogitationis, nequè causa adæquata, sine qua non nouæ uolitionis, vel uolitionis esse potest, vt dictum est.

Sed adhuc posset quis contra nostras conclusiõnes præsertim contra secundã obijcere sic: quamuis posita pristinæ cogitationis eneruitate, casualis omninò, & contingens sit, nouæ cogitationis determinati specie vel individuo obiecti, occurfus, cæterum occurfus nouæ cogitationis absolute non esset contingens, & casualis, sed potius necessarius prorsus, & infallibilis, seũ inuitabilis: ergo falsa est illa conclusiõ: & falsa erunt illa Scoti uerba, *à casu accidit, quod occurrit cogitatio alterius, vel eiusdem intelligibilis, aliter quam prius*, considerabilis consecutiõ, bene inferitur, antecedens declaratur; nam eneruatiõ, & attentatiõ pristinæ cogitationis, est quasi passio, & apertio ianuæ intellectus: igitur ex tot phantasmatis ad ianuam siãtibus, necessariò, & non casualiter aliquod præcæteris robustius excitabit sui obiecti cogitationem, seũ cogitationem, vt etiam ipse Scotus concedere uidetur in uerbis in 3. notabili citatis: ergo.

Obiectio
cõtra 2. eõ
cluf.

Respondeo negando antecedens: & ad probationem concedo antecedens, & nego consecutiõnem, immò nullum
ex

Respon.

ex præfatis phantasmatis, necessariò nonam expergefaceret cogitationem, sed casualiter. Tùm quia fas esset, quod enervata, & attenuata pristina cogitatione continuò intellectus sopesceret, & incapax novæ cognitionis fieret. Tùm secundò quia possibile est dari duo phantasmata in gradu æquali adeò intensa, ut mutuo prælio se se impedirent, & vnum alteri vtròque, citròque aditum potentia metici, & sui obiecti cogitationis excitatrici vndequaquè præcluderet, instar duorum gigantum primum ingressum angustæ, & brevis ianua luctamine contendentium: fateor, quod sicuti per eiusmodi ostium duo, vel tres infanti vna possent ingredi, ita plura phantasmata remissè motiva, vna simul possunt intellectum mouere, & eorum vnumquodq; sui obiecti cognitionem excitare, vt semel, & iterum in superioribus cum Scoto facti sumus: quod totum est contingens, & casuale, vt explicatum est.

Dubium.

Quid iuris voluntas suo imperio attenuet pristinam cogitationem hac cum intentione expressa, præcurrente ipsa phantasma fortius mouens, sui obiecti cogitationem, prius quam alia phantasmata excitent? nõ ne hoc in euentu enervitas his influxa circumstantijs erit causa per se huius novæ cogitationis; Respondeo negativè; nõ enim velit nolit voluntas, vt præcisè enervans, nullius obiecti noua cogitatio excitari posset, nisi eius, cuius est tale phantasma robustius: sed te vera hoc etiam est contingens, & casuale, nimirum, quòd vnum ex phantasmatis sit præ ceteris validius, & quòd nõ dentur duo phantasmata æquè gigantes primò ingressui lite inhiantes.

Casualis porrò est non tantum determinati obiecti cogitationis excitatio, verum etiam cogitationis novæ absolute: fateor, quòd illa prior est magis casualis, seu quasi dupla casualitate casualis, vt insinuant verba Scoti in 3. notabili relata.

(.)



DISPUTATIO VI.

Appendix in qua satisfit calumnijs, & obiectionibus quibus Gabriel Vazquez inuehit in Scotum.

SECTIO I.

Verum in doctrina Scoti, alio ex capite, quàm ex complacentia voluntatis, firmari possint aliæ facultates in suis operationibus?



EGANTEM sententiam tenet Vazquez disput. 34. in titulo ad primùm caput dicens: *alias facultates firmari solum in suis operationibus dum voluntas eis consentit putavit Scotus, hæc ille.*

Vazq. disp. 34. c. 1. falsum imponit Scot.

Sed vt verum fatear, hic Neothericus aliàs doctissimus falso crimine arguit Scotum, ipse namquè in tertia illa propositione citata à præfato Doctore, sic habet, *Tertia propositio est, quòd voluntate complacente, intellectio firmatur, & intenditur, ipsa autem non complacente, vel nolente infirmatur, & remittitur.* Tunc sic: voluntas in Doctrina Scoti, potest se se abstinere, ab elicitione volitionis, & nolitionis: ergo tunc impunè poterit intellectio firmari, & infirmari alio ex capite: firmari utique à phantasmate fortius mouente, infirmari autè, & attenuari, siuè ab enervati phantasmate, siuè à somno, ab insania, & à quacumque alia soporis specie, seu tandem erga varias occupationes à frequenti distractione. Confirmatur hæc veritas ex illis verbis in prima propositione sic habitis: *vna intellectio perfecta, & distincta existente in intellectu, multa intellectiones indistinctæ, & imperfectæ possunt inesse, certè nequè firmitas, & robur prioris illius intellectiois in ratione perfectæ, & distinctæ nequè*

Deficitur ab Aucto.

ener-

eneruitas, & indistinctio, seu confusio posteriorum erumpit ab imperio voluntatis quia præcurrunt illud, sed alio ex fonte, idquæ in Doctrina Scoti, ex quo manifestè constat falsi accusari ipsum à Gabriele Vazquez.

SECTIO II.

Verum voluntas possit esse causa physice influens in secundas cogitationes?

1. Opin. Vazq. vbi supra.

PArtem negantè tenet Vazquez in citata disp. 34. c. 3. dicens: *neque physice ut causa propinqua illarum ad eas concurrere possit.* Et inferiuscule subdit: *voluntate nõ posse physice operari actiones aliarum facultatum in ipsas aliquo modo influendo.* Et inferius, *etiam si operatio vnus ab alia physice non efficiatur:* probat autem hanc suam sententiam primò sic: quòties aliqua secunda causa secundum id, quod in se habet, adiuta concursu communis primæ causæ, est sufficiens causa alicuius effectus, secundum totam rationem illius, non potest noua causa efficiens ad eum effectum accedere, nisi noua aliqua ratio in effectu resultet: sed intellectus secundum id, quod in se habet adiutus à prima communi causa, est sufficiens causa secundæ cogitationis, secundum totam rationem eius, ergo nequibit cõcurrere alia noua causa efficiens ad eius elaborationem, & astructionem pãsiuã: ergo nequæ voluntas. Maiorem probat: quia aded superuacaneus esset accessus talis nouæ efficientis, verbi gratiã, voluntatis, vt nihil profus ad eam conferat actionem, seu consulat.

¶ Secundo probat: quod integrè fit ab vna secunda causa, naturaliter non potest simul ab alia fieri secundum eamdem rationem, sed cogitatio integrè efficitur ab intellectu: ergo nequibit fieri à voluntate.

2. Opin. Auctoris, to. 2. com. in 4. disp. 3. sect. 1.

Oppositam sententiam tenuimus, sect. 1. disp. 7. meorum in 4. Comment. tom. 2. vbi edocimus peccatoris voluntatem dum pœnitere conatur, verè imperare suo intellectui, vt grauitatè peccati commissi consideret, & rursus imperare sibi ipsi, vt eam nolit, & detestetur.

Pro cuius decisione obseruandum est primò, nomine secundæ cogitationis intellectum iri in præsentiarum non solum eam, quæ præcurrente alia priori, exit à non esse ad esse, verum etiam ipsam pristinam seu priorem, vt ex imperio voluntatis cõtinuatam, & corroboratam, aded vt ipsa continuatio vt imperata à voluntate, sit quasi noua elicitio, & ipsa pristina cogitatio vt sic continuata recenseatur quasi secunda cogitatio.

Secundo est obseruandum, cogitationem secundam integrè fieri, seu elici ab intellectu, stare dupliciter, vno modo, quòd integrè fiat, seu eliciatur ab intellectu nudè, & seorsum; ab imperio voluntatis, recensito, alio modo, quòd integretur perficiatur, & corroboretur ab intellectu iusso, & imperato à domina voluntate.

Tertiò reuocanda est in memoriã Doctrina illa, quã tradidit Scotus quodlibeto 18. & Rada controuersia 18. art. 1. omnem actum à voluntate imperatũ esse formaliter liberum, & voluntarium; & consequenter formaliter moralem, vltimò tandem formaliter, & intrinsecè bonum, vel malum.

Scot. quod lib. 18. Rada controuersia 18. ar. 1.

Ex quo manifestè intulerim cogitationem per respectum sui imperatæ ad voluntatem imperantem eleuari ad esse morale, & consequenter ad esse entis rationis vt patet in 2. tom. meorum Commentariorum.

Quarto est notandum eiusmodi cogitationem iussam elici, seu continuari, vel etiam intendi, posse tripliciter considerari, vno modo, quòd ad respectum, quem mutuat ad voluntatẽ vt imperantem; secundo quòd ad continuatorem, tertio quòd ad intensiõnem, & firmitatem quam sortitur ab ipsa voluntate imperariuè, & ab intellectu imperato elicituè, illud primum esse est morale, & rationis, secundum autem, & tertium sunt esse physica.

His suppositis dicendum est primò prædictam cogitationẽ sortiri à voluntate imperante, vnum quidem morale, & rationis, & duo physica, nõ enim opus est ad vnãquamque formalitatẽ physicam aliam insequi moralem cũ iam docuerimus to. 2. disp. 5. Sect. 4. §. dices, forsã in moralibus posse formale consistere sine materiali, nõdum materiale sine formali, hæc cõclusio manifestè dẽ-

Conclũ.

dũ-

du citur ex littera De Actis, vt patet in illis verbis Sectione 1. relatis *Voluntate complacente intellectu*, & ex Licheto folio 243. columna 4. in fine *voluntas firmando intellectu mediante suo velle, in tali cogitatione in tendit illam, & sic eadem cogitatio vt imperfecta est prior volitione, & vt perfecta est posterior*: Tunc sic: continuatio, intensio, firmitas, & robur sunt esse physica, igitur non solum esse morale, verum etiam duo, vel tria esse physica sortitur a voluntate tanquam a causa imperante; fateor ipsa ab intellectu elici, tamen non elicerentur, nisi talis intellectus voluntatis imperio firmaretur, & coalesceret, vt patet ex verbis Licheti.

2 Concluf. Secundo dicendum est voluntatem vere esse causam physicam, physicè imperatiue influentem in predictas cogitationes. Hæc conclusio expressè respondet titulo Sectionis, & eiusdem probatur rationibus, nam si continuatio, seu prima earum elicitio, firmitas, intensio, & robur ipsarum sunt effectus physici, physicè imperatiue influxi a voluntate, sequitur ipsam esse causam physicam imperatiue, talium esse.

Secundo probatur arguendo ad hominem: per te quando in effectum erumpit aliqua noua ratio, non præcluditur aditus accessui nouæ causæ efficiētis, sed in predictis cogitationibus verè resultat noua ratio, igitur meritò patebit aditus accessui, seu cōkursui nouæ causæ efficiētis nimirum voluntatis, minor autem supra cōstitit quomodo in ipsis resultat, tūm esse morale, tūm illa duo, vel tria esse physica, perperam porrò prædictus Neothericus, aliàs doctissimus, præcludit aditum accessui voluntatis, nam manifestè contra dicit sibi.

3. Concluf. Sco. vbi supra.

Tertio dicendum est voluntatem nolentem, media tali nolitione positua verè enervare intensionem cogitationis pristinæ. Hanc etiam conclusionem expressè tenet Scotus in illis verbis: *ipsa autem non cōplacente, vel nolente infirmatur, & remittitur*, & probatur, nam accedente displicentia, seu nolitione imperatiua voluntatis, non elicitur æquè intensa pristina cogitatio, atque antea eliciebatur, eò nimirum, quia intellectus iubetur aliò diuertere, & sic minor fit sensus pluribus intentus, quam utique veritatem passim quisque experitur in semetipso.

Respondetur ad argumenta: ad primum concessa maiori, negatur minor, immò est insufficientis, atque adeò accessus voluntatis non est superuacaneus, sed necessarius, nam nequè illud esse morale, neque illa duo, vel tria esse physica elicerentur ab intellectu, citrà accessum imperij voluntatis, vt ostensum est.

Ad secundum concessa maiori distinguitur minor, vel ab intellectu voluntatis imperio coalito, vel ab ipso nudè, & seorsum a tali iuuamine recedito; in primo sensu concedo, in secundo nego.

Ex dictis legitime intulerim ista, & vera posse esse illa verba, quæ Vazquez subdit in cap. 3, dicens; *Cum igitur nullo ex predictis modis, voluntas in nobis sit causa operationum, facultatum sibi subditarum, neque physicè vt causa propinqua illarum ad eas concurrere possit.*

Restat vt ex sola quadam naturali cōnexionem potentiarum, & quasi symphatia, operationes aliarum facultatum a voluntate pendeāt, & in brutis ab appetitu: hæc ille: certè hic Doctor si loquatur de cogitationibus secundis (de quibus cōtrouertitur) vnde quaquè decipitur, cum perspicuè in superioribus probauerimus ipsas dependere a voluntatis imperio, non utique elicitiuè, sed imperatiuè: si autè loquatur de primis, dico posse concedi ipsas dependere a naturali cōnexionem intellectus ad illam inclinationem voluntatis, qua prona est ad suas recipiendas volitiones elici impossibiles, nisi præcurrente cognitione recepta in intellectu. Hæc utique nostra responsio ingenuè satisfacit obiectionibus prædictis.

Crediderim tamen cogitationes illas primas facultatis cognitivæ non oriri a symphatia, quam ipsa mutuatur cum appetitiua voluntatis, sed potius ex ea, quam recipiatur cū appetitiua ipsiusmet intellectus, inter quas fas crederem constituere distinctionem formalem ex natura rei, perindè, atque inter cognitivam, & appetitiuam auditus, inter cognitivam, & appetitiuam visus, vt alibi dicemus Deo votis aspirante.

Fortassis dicet aliquis Scotista, primam illam responsionem magis consentaneam esse rationi, quò enim appetitiua illa passionalia, & receptoria voluntatis hinc recipere in se volitiones, eò creditur hinc, vt præcursoriè recipiatur præcognitio qua intellectus constituitur præ-

cog-

Eualio.

eognoscens, & ostendens volūtatī, quid volendum, vel odio habendum sit, patet conlectio, nām volens finem aliquem, & scopum, tenetur velle media necessaria ad consecutionem eius, ergo. Posset fortassis responderi præcognitionē illam constituentem intellectum in esse præintelligentis, nō exigi ad hoc, vt voluntas recipiat volitiones suas, sed ad hoc vt eliciat ipsas, nām postquam semel elicit, necessariō recipit eas.

Contra.

Sed contra: axioma tritum sic habet: *nihil volitum, quin præcognitum*, ergo similiter nulla voluntas volens, quin intellectus præcognoscens, sed voluntas non est volens quia elicit, sed quia recipit, ergo non solum ad elicitionem volitionis præexigitur cognitio recepta præcursorie, sed etiam ad receptionem eiusdem. Minor declaratur, nā quemadmodum paries per albedinem receptam est albus, ita intellectus per intellectiōnē receptam est intelligens, & voluntas per volitionē receptam est volens volitū. Responderi potest volūtatē nūspiam constitui volentem liberē, nisi efficiat volitionem, quam recipit, & quia ad elicere exigit præcognitionē, ideō ad hoc vt cōstituatur volēs liberē, indē præexigitur cognitio præcurrēs recepta in intellectu, qua ipse dicatur cognoscens, & ostendens voluntati obiectum.

Respon.

Vtraque porro responsio facit satis inconuenientibus quæ obijcit Vazquez

SECTIO III.

Appendix.

Vtrum voluntas possit esse causa physice suo imperio influens, & iuuans opus nutritionis?

1. Opinio. Vazq. in citata disput. 34. c. 1. & 3.

PARTEM negantem tenet Vazquez in citata disput. 34. capit. 1. dicens: *Non est dicendum, eodem modo iuari, & impediri facultates à seipsis, quo Scotus putauit de voluntate, & alijs potentijs, & in margine inquit, reijcitur Scoti sententia; & in corpore columnæ primæ citati capituli subdit: Quare alio modo facultates aliarum potentiarum subdū imperio, & nutui voluntatis necessariō fatendum est, quem si percontemur quinam sit iste modus. Res-*

pondet infra capit. 3. dicens: *Resat, vt ex sola quadā naturali connexionē potentiarum, & quasi sympathia, &c. vt habetur in præcedenti Sectione. Probat autem hanc suā sententiā, dicens: Etenim si voluntas, & intellectus nimium attendere, vt fieret opus nutritionis, potius illud impedirent, fatigarentur enim facultates sentientes, dum intellectus, & voluntas nimium laborarent attendentes, vt fieret nutritio; nam quoties intellectus aliquid determinatē cogitat, etiam sensus cogitur; & astringitur, vt ipsum determinatē cogitet, &c.*

Oppositam sententiā tenet Scotus in 2. distinct. 42. §. Tertia propositio, dicens: *Agens inferius perfectius agit concurrente agente superiori, licet necessariō requisito.*

1. Opinio Scot. 2. d. 42.

Pro cuius decisione notanda sunt illa Doctoris verba in dist. 6. q. 1. numero 4. sic habita. *Voluntas nihil vult efficaciter nisi ad quod disponit media per quæ potest deduci. Quia igitur media, per quæ potest deduci, ingenua nutritio, & egregia facultatis nutritiæ fundio nō sunt excubiæ intellectus, nequē angor, & sollicitudo voluntatis de impunē facienda nutritione, sed potius supersessio omnis vigiliæ, & angoris: indē manifestē intulerim decipi Gabrielem Vazquez, dū existimat in Schola nostra nimiam attentionem intellectus, & voluntatis, erga ritē, & exactē faciendam prædictam nutritionem coincidere cum medio efficaci cuius adminiculo attingitur talis Scopus, immò oppositum, haud suboscure colligitur ex citatis Scoti verbis.*

Sed dicit Vazquez, Scotus oppositū docet in dist. 42. ergo non sibi constat. Antecedens patet ex supra citatis verbis quæ sic habentur, *agens inferius perfectius agit concurrente agente superiori. igitur facultas alitrix perfectius decoquet cibū, & nutriet hominē (iuxta mentē Scoti) coagentibus sibi intellectu, & voluntate. Tunc sic istæ duæ potentie rationales tunc cēsuntur coagere illi facultati, quandō ex cubitu, & angore satagunt de impunē faciunda nutritione.*

Obiectio

Respondeo negando antecedens, & ad probationem concedo totum enthymema, assumptū autem nego, immò quādo supersedent excubijs, & angoribus, tūc perpēdūtur coagere, eō nimirū, quia potētias superiores coagere alicui ex inferioribus est (inquit Scotus) imperio,

Respond.

H

& nu.

& nutu suo applicare *media per que potest deduci scopus*, & finis præintendus à tali inferiori facultate, quod sanè medium in præsentiarum consulens nutritioni, neque est vigilia, & excubitus intellectus, neque angor voluntatis, sed potius lenis, & pacifica eiusmodi affectuum supersepsio, sensuum somno corruptio, seù aliud quodcumque soporis specimen, seù diuerticulum iucundum, ac voluptuosum, quo potentia, tam sensitivæ, quàm rationales, tam externæ, quàm internæ perfruuntur.

Dicendum est posse voluntatem suo imperiali nutu libero iuvare physicè opus nutritionis. Hæc conclusio directè, & expressè respondet titulo Sectionis, & eam tenet Scotus in his iam supra citatis verbis, *agens inferius, &c.* & probatur: nam, quod est causa causæ est causa causati; sed voluntas suo libero imperio, physicè immittit sibi ipsi, & intellectui, & tandem sensibus tam internis, quàm externis non solum negationem, seù privationem excubiæ, & anxietatum, verum etiam positivam pacem, & quietem, lenitatem, mititiam, mulcedinem, somnumque, seù alterius soporis specimen, & diuerticulum, quibus voluptuosè, & quantè perfruuntur: tunc sic hi affectus suopertè genio iuvant physicè opus nutritionis; ergo voluntas mediatè censebitur physicè iuvare suo imperiali liberimo nutu illu. ipsum opus: minor sylogismi declaratur: nam quemadmodum hic terminus *homo* uniuocè præfert non solum animam, sed etiam corpus, & è cõuersò, ita hic terminus *supersepsio* uniuocè præfert non solum expulsionem angoris, & vigiliæ, sed etiam quandam potentiarum positivam pacem, quietudinem, &c. Ex his manet soluta obiectio, & falsa calumnia, quam

Vasquez arrogat nostro subtili Doctõri. Hæc sufficiant pro hac disputatione.

(.r.)



DISPUTATIO VII.

De subiecto, & obiecto electionis.

SECTIO I.

Verum electio conueniat brutis animalibus?



ARS affirmatiua videtur probabilis, iuxta mentem Scoti: nam electio est appetitus aliquorum propter finem ex Aristotele 3. Ethicorum, sed bruta animalia, & appetunt, & agunt plura propter finem: ergo. Minor patet ex littera Scoti in 4. dist. 45. quæst. 3. §. *præterea*, dicitur: *Ut patet de formica recolligente grana ad eundem locum tempore determinato, scilicet in æstate; similiter actus vindicandi, vel quasi iustitia retributiva, puta, obsequendi beneficientibus, & puniendi offendentes, videtur in brutis competere eis in quantum cognoscunt præteritum ut tales; similiter tertio de actibus pertinentibus ad conseruationem speciei, ut potè de nidificatione auium, & nutritione pullorum, & huiusmodi, qua non videntur posse competere eis naturaliter absque cognitione præteriti, ut præteriti.*

Quartò, aliqua sunt disciplinabilia, ut vult Philosophus de memoria, & reminiscencia, & de sensu, & sensato, quod non est sine memoria præteriti, ut præteriti. Sanè ex præfatis quatuor actibus vindicationis, beneficiationis, nidificationis, seù conseruationis speciei, ac disciplinationis, videtur cõcludi in brutis, & præteriti, ut præteriti memoria, & cognitio finis, & mediõrum, electio horum, & intentio illius: confirmatur: in formicarum sollicitudine, recondunt enim grana in antrulis, & post imbrem, & pluuiam madefactis, extrahunt eadem foras, ut arefiant, & arefacta iterum recondunt, ut conseruentur. non nè in tanto actionu discrimine manifestè dignoscuntur, & fi-

Pars affir.

Scot. 4. d. 45. q. 3.

Conclusio
Scot. ubi fu
pra.

& finium intentiones, & mediorum electiones?

Igitur ex assertis Doctoris subtilis concluditur electio conuenire brutis.

Licet ex praefatis locis concludatur fortassis dari in brutis memoria sensitina, vt problematicè tenet Scotus, hoc tamen est certum non constitutum iri in ipsis, cognitionem discriminis finis, & mediorum, nec tandem intentionem erga finem, nequè electionem erga media; vt tenet communis sententia.

SECTIO II.

Vtrū electio possit esse de obiecto impossibile?

Tomo 2. meorum in 4. Commentariorum disp. 5. sectione 1. §. 2. fundamento 9. edocuius duplex esse impossibile, vnum per se, & absolutè vt *me esse Deum*, aliud per accidens, siuè ex suppositione, vt *non peccasse* postquam quis lapsus est in culpam. Et in tertio fundamento edocuius, & per totam illam Sectionem impossibile esse duplex, vnum rationem finis induens, vt *ego*, vel *Angelus Deus per equiparantiam*, & aliud rationem medij sortiens, vt *institio aequalitatis Dei mihi*, vel *Angelo*: similiter *Deus in offensus* à peccatore dicitur impossibile in genere finis, *in offensio* autè seù *non commissio* iniuriæ à peccatore est impossibile in genere medij.

Ex eodem tertio notabili haud sub obscurè elucet duplex volitio; vna interrix respiciens finem, alia electrix terminata ad medium.

Ibidem edocuius deceptos fuisse Ioannem à Rada, & Franciscū ab Herrera, dùm existimarunt actum voluntatis conditionatum, & volitionem inefficacem simplicis complacentiæ, vnum, & eundem actum esse, legito ibi.

1. Concluf.

His suppositis dico primò: nō est dabilis volitio intentrix absoluta efficac terminata ad finem impossibilem, modò talis finis sit. impossibile per se, & absolutè, vt *Angelus Deus*, modò sit impossibilis per accidens, & ex suppositione, vt *Deus in offensus* à peccatore. Hanc conclusionem latè probaui in citata Sectione, & est communis sententia.

Secundò dico, nō est dabilis volitio electrix absolutè efficac terminata ad medium impossibile, modò tale mediū sit impossibile per se, & absolutè, vt *institio aequalitatis Dei Angelo*, modò sit impossibile per accidens, vt *in offensio*, seù *non commissio peccati* in eo, qui peccauit. Hanc cōiunctionem tenui ibidem, & est cōmunis sententia consulens Aristotelem 3. Ethicorum cap. 2. *Electio namque non est eorum, quæ fieri nequeunt.* Quod axioma explicuimus iam tom. 2. disp. 5. sect. 1. §. 2. & 8. dico.

2. Concluf.

Tertid dico, finem tam impossibilem per se, quam impossibilem per accidens esse volibilem volitione efficaci conditionata; & per consequens dabilem esse volitionem efficacem conditionatam terminatam ad finem impossibilem vtrouque: hæc etiam conclusio satis constat ibidem: nam, & intellectus Luciferi, dixit: *si me esse Deum foret possibile; mea voluntas verè, & de facto eliceret volitionem efficacem terminatam ad connexionem horum terminorū, ego, Deus; similiter peccator penitens per sepe, dicit: si possibile esset Deum à me inoffensum fuisse vere de facto mea voluntas eliceret volitionem efficacem terminatam ad hunc finem Deus inoffensus.* Cū Hac Doctrina mirificè quadrant omnia, quæ tom. 2. disp. 5. sect. 1. §. 2. & 3. diximus, tractantes quomodo se habeat voluntas efficacis, & inefficax circa impossibile.

3. Concluf.

Quartò dico, medium tam impossibile per se, quam impossibile per accidens esse volibilem volitione efficaci conditionatè elicitam; declaratur conclusio: nam intellectus Luciferi verè, dixit: *si institio aequalitatis Dei mihi esset possibilis, proculdubio mea voluntas volitione efficaci absolutè elicitam, vellet eam; similiter intellectus peccatoris contriti dicit, si esset possibile me nō peccasse, vel si daretur potentia ad præteritum, efficaciter vellem non peccasse.* Lege nonam conclusionem citatæ Sectionis pag. 96. in fine columnæ primæ.

4. Concluf.

Quintò dico, finem tam impossibilem per se, quam impossibilem per accidens esse volibilem volitione inefficaci absolutè, & de facto elicitam insinuata per *Volo*: patet, quia Lucifer verè elicit *volo me Deum*: & peccator contritus verè dicit, *nolo Deum à me fuisse offensum.*

5. Concluf.

Sed obiiciet quis, licet hic finis *Deus inoffensus*, & hoc mediū *non peccasse*, quæ-

Respon.

tenus præscindūt à præteritione verè, & absolutè sint possibilia: tamen hic alter finis *Angelus Deus per equiparantiam*, & hoc medium *institio æqualitatis Dei* ipsi Angelo, neque verè, neque apparenter sunt possibilia, igitur Angelus nullatenus potuit proferre, & dicere, *volo me Deum: volo mihi institutionem æqualitatis Dei*: Respondeo negando consecutionem, quia præstiturè saltem erant possibilia, nam sicuti Deus in tempore per creationem constituit in esse rato, quæ cognoscendo ab æterno produxit in esse possibili, ut patet ex 1. d. 36. q. 1. & alibi, ita voluntas creata, siuè Angeli, siuè hominis ex sua libertate potest constitui in esse *boni*, & *mali præstituti* actuali, quæ præcursoriè per intellectuū constituerat in *esse possibili boni*, & *mali præstituti*, namque, ut inf. à Deo dante parebit, voluntas, & malum sub ratione mali potest velle, & bonum sub ratione boni odio habere, & percōsequēs intellectus potest prius natura, vel tempore cognoscere hanc voluntatis libertatē, & potentiam, quæ cognitione constituetur cognitū in esse, nō quidē actuali, sed possibili boni, vel mali præstituti. Immo dixerem Deū ab æterno hoc totum nouisse, & in tali esse possibili cōstituisse. Cognouit siquidem diuinus intellectus meam voluntatem esse amatiuam mali, & odio habitiuam boni.

DISPUTATIO VIII.

De triplici bono honesti, cōmodi, & utilis, præuio intellectu, & voluntati.



Æc sanè sic inscripta 8. Disputatio, suo pte genio supponere cernitur dari in Schola nostra aliquod bonū adūs subsequēs, tū intellectus, tū voluntatis, quod meritò ipse Scotus præfixum, seū præstitutū frequēter appellat; huiusmodi mehercule bonū nuspiā talē cōscendit statum, quo vsq; amorē terminet iā prælicitum quo à libera voluntate prædiligatur, ut inferius (Deo dante) patebit alia in disputa-

tione; namque in præsentī solū discutimus de triplici bono ex natura rei, nēpè de bono honesti, cōmodi, & utilis quorum meminuit Scotus in 4. d. 46. q. 4. dicens: *Bonū autem intellectuale in genere duplex est, bonū scilicet honesti, & bonum cōmodi; bonum quidem utile, quod ponitur tertium, ad alterutrum illorum reducitur, secundum quod ordinatur ad ipsum, &c.*

Scot. 4. d. 49. q. 4.

SECTIO I.

Vtrum utilitas qua talis, sit bonitas formaliter?

PArtem affirmatiuam tenent quatuor illi Neotherici: Salas tractatu 1. disput. 6. Sect. 2. latissimè: Vazquez disp. 4. cap. 2. dicens: *Vtile carere bonum cōferri debet, quatenus ad acquirendum honestum, aut iucundum conducit.* En quomodo insinuat, *conductiuitatem* ipsam, recensum iri bonitatem formalem. Mōtesinos disputat. 12. quæst. 2. identidem innuit his in verbis: *Ita ut sit distincta bonitas formalis in bono honesto, atque delectabili, & alia bonitas formalis sit in bono utili: immò ipsa utilitas, quæ est in medijs est formalis bonitas mediorum.* Lorca disp. 5. de Beatitudine, pagina 17. columna 2. sic habet: *Vtile est, cuius bonitas consistit in eo, ut sit medium ad cōsecutionem finis.* Haud subobscurè docet hic Doctor ipsam finis, id est, honesti, vel cōmodi *consecutiuitatem* esse formaliter bonitatem. Hanc eandem sententiam amplexus apparet Scotus secundum perfunctoriam Licheri interpretationem, qui in 2. dist. 6. quæst. 2. f. 162. columna 2. sic ait: *Triplex est bonum, honestum, utile, & delectabile.* Idem sentire cernitur Tatarerus ibidem, pagina 187. columna 2. dicens: *Secunda ratio supponit, quod triplex est bonum, scilicet honestum, utile, & delectabile.* Idem docere cernitur Philippus Faber disput. 33. num. 7.

Pars affr. Sala: tract. 2. Vaz. disput. 4. c. 2.

Mont. disp. 12. q. 2. Lorca disp. 5. de beatit. pag. 17. column. 2.

Licherus in 2. d. 6. q. 2. fol. 162. column. 2.

Tatar. ibi. pag. 187. col. 2.

Phillip. Faber. disput. 33. n. 7.

Fundam. in Scoto pro hac sent.

Hæc boni triplicitas consulere videtur Scotum in 2. d. & q. citatis, dicentem: *Aut igitur, Angelus illud, maximū commodum, maxime concupiuit, amore honesti, vel utilis, aut delectabilis.* Si igitur in sententia Scoti datur triplex bonum in concreto, sequitur necessariò datum

iri

iri triplicem in abstracto bonitatem: sed sic est, quod bonitas honesti est honestitudo, & bonitas delectabilis, vel commodi, est delectabilitas, seu comoditas: ergo bonitas utilis erit ipsa utilitas, & per consequens secundum mentem Scoti utilitas, ratione qua utilitas, erit bonitas formaliter. Probat hanc ultimam consecutio verbis eiusdem Doctoris, inferiusculè habitis: *ex quo enim utile est aliquid utile, nullus prius concupiscit utile, quàm illud ad quod est utile.* Quasi diceret: utile ut sic est bonum non absolute, sed relatè ad finem, idest relatè ad honestum, vel ad delectabile; igitur sicuti honestitudo, & comoditas, vel delectabilitas formaliter sunt per se bonitates absolutæ, ita utilitas formaliter erit per se bonitas relatata ad honestum, vel commodum. Hanc sententiam probant illi Neotherici (licet non meminerint Scoti) primò ex Aristotele 1. Rhetoricorū c. 6. *utile bonum est*, igitur utilitas erit bonitas. Item 8. Ethicorum, & alibi per se utile recenset amabile, igitur utilitas dicitur amabilitas, & consequenter bonitas, nihil enim est amabile præter bonum, nequè amabilitas fundamentaliter præter bonitatem. Ratione autè suadetur: utilitas, qua talis, est quædam efficacia conferendi bonum honesti, vel commodi ad quod terminatur; sed eiusmodi efficacia, qua talis, est formaliter bonitas; igitur utilitas, qua utilitas, recenseri debet bonitas. Maior propositio declaratur: enimvero inductiuitas sanitatis insita Reubarbaro, ratione præcisa qua inductiuitas eius est, apud omnes creditur esse bonitas, & indicabilitas speciei, gradum infirmitatis insitæ urinæ, & pulsui, ratione qua talis nomen sortitur bonitatis; eò potissimum; quia detecta morbi malitia, facillè occurrunt medico prona remedia: igitur indicatiuitas ipsa, quatenus mediatè manifestat aptiora medicamina, iure optimò recèsetur esse bonitas formaliter, & per consequens utilitas, qua talis erit formaliter bonitas. Eandem tenet Pitigianus articulo 3. q. 1. d. 15.

Oppositâ sententiam inspicitur Doctor amplecti verbis ante titulum Sectionis iâ citatis, dum ait *bonum quidem utile, quod ponitur tertium, ad alterutrum illorum reducitur secundum quod ordinatur ad ipsum*, quasi diceret: utilitas terminata ad honestum, eiusque inductiua, non

est formaliter bonitas, nequè appetibilitas, seu formalis convenientia per se appetenti, sed materialiter tantum, & subiectiue: honestitudo autem terminans eam, ut quo, & per consequens quasi informans extrinseca quadam informatione, & extrinsecè denominans illam *honestam* ut quo, est formalis bonitas, formalis appetibilitas, & formalis tandem convenientia volenti, & amanti. Si autem loquamur in concreto, dicito, quod utile inductiuum honesti, seu commodi, vel delectabilis, quatenus de denominatione extrinseca vocatur honestum ab inducta, vel ab inducenda honestitudine, vel vocatur extrinsecè commodum, vel delectabile ab inducta, seu inducibili commoditate, vel delectabilitate, ut sic est bonum formaliter, & appetibile conueniens que ipsi appetitui: exemplo rem illustremus, Cæsaraugustam adire cupienti, nõ dicitur formaliter bona, conueniens, seu appetibilis motiue, via illò directiua, nisi quatenus terminatur illam in heroam atque imperialem urbem, & quatenus tandem ab ipsa terminante quasi informatur extrinsecè, & denominatur via *Cæsaraugustana*, ipse porro finis, seu terminus, idest ipsa Cæsaraugusta, ut terminans talè viam, informansq; extrinsecè, & denominans *Cæsaraugustanam*, erit obiectum motiuum, seu appetibile motiuum, & tandem illo in genere bonum formale, vel formaliter; ipsa autem via præscindens positiuè, vel negatiue nullatenus dicitur obiectum, tametsi verè possit dici per se terminatiuè secundariò iuxta mentem Scoti, ut patebit inf. à.

Aliud simile scopo præ intento satis consonum addiderim, huiusmodi motiua visibilitas parietis albi, non utique est subiectibilitas, qua eius substantia albedini subest, sed potius ipsa mer albedo hæret, ipsumq; intrinsecè album denominans, sic igitur in proposito, formalis motiua appetibilitas *utilis*, nõ est utilitas terminata ad honestitudinè (exempli gratia) suaque terminatione eam quasi carpens, suoque dorso extrinsecè superfundens, sed potius ipsa carpta, & superfusa honestitudo, hæc mehercule, illud extrinsecè, vel ut informans, honestumquè, ac bonum denominans, dicitur eius formalis bonitas, & motiua appetibilitas, immò primariò terminatiua, ut infra alia in Sectione Deo date dicemus.

Suar. in
Metaphy.
disput. 12.
sectio. 2. &
disput. 23.
sect. 6.
1. Conclus.

Hanc eandem sententiam tenet Suarez in Metaphy. disp. 12. sect. 2. (licet non citet Scotum) & disp. 23. sect. 6.

Dico primò. Certum est in Schola Doctoris subtilis utilitatem, qua talem, non posse esse bonitatem formaliter. Probatur in eius Schola: utile, ut utile est, non est uniuocè formaliter, & simpliciter bonum; ergo neque utilitas, qua talis, poterit esse formalis, formaliter uniuocè, & simpliciter bonitas. Consequutio bene infertur. Antecedens probatur, si utile, quatenus tale, formaliter uniuocè, & simpliciter esse bonum, sequeretur bona uniuoca, & formalia esse tria, sed expressè fatetur ipse, non dari, nisi duo bona; ergo consequenter fateri deinceps non dari, nisi duas formales bonitates, Tunc sic: ingenuè docet, honestitudinem, & comoditatem esse bonitates; igitur negare tenetur utilitatem esse absolute, & simpliciter bonitatem.

Secundò: nihil, quod reductiuè dumtaxat est formaliter potest dici tale; sed in Doctrina Scoti utile reductiuè tantum est bonum; ergo nequibit dici formaliter bonum, sed materialiter tantum, & improprie. Maiorem probo inductiuè: namque passio substantiæ, quoniam reductiuè collocatur in hoc prædicamento, ideò ipsa non est formaliter substantia, & tandem neq; passio qualitatis est formaliter qualitas, neque quantitatis passio formaliter dicitur quantitas, sed materialiter tantum: igitur neque utile reductum ad genus boni poterit formaliter dici bonum in Doctrina Scoti, sed materialiter tantum: superest igitur ut dixerimus utilitatem, qua talis est, non dictum iri in eius Schola formaliter bonitatem.

Secundò absolute dicendum est, utilitatem, qua talem, non esse bonitatem formaliter. Hæc conclusio directe respondet titulo sectionis, & Scoti verbis citatis, quam etiam tenent Medina q. 2. art. 1. & Suarez locis supra citatis, tamen nullus eorum Scoti meminerit: eam probant varijs rationibus: quibus omisis ego conor illam, hisce alijs argumentis. Nulla via, quatenus via, potest esse terminus illius viæ, neque alius terminus; sed utilitas, quatenus utilitas, est via ad bonitatem honestitudinis, vel comoditatis: igitur quatenus utilitas, nequibit esse bonitas honestitudinis, vel comoditatis, neque aliqua alia bonitas

distincta ab illis duabus. Maiorem propositionem probo: via Thebis Athenas, quatenus via, neque potest esse Athena, neque alius ullus terminus, seu oppidum formaliter: via Tuasona Cæsaraugustam, quatenus talis via, neque potest esse Cæsaraugusta, neq; Alagonius, neque ullus alius locellus illo in itinere situs, probatur; quia ullus eorum quatenus oppidum, formaliter est illa, neque alia via, & tandem neque illa via, quatenus via, est oppidum: confirmatur; quia oppidum formaliter est locus manibus cõclusus; igitur neque oppidum, quatenus formaliter tale, erit via formaliter, neque via, quatenus formaliter via, erit oppidum, & tandem neque terminus eum terminus erit via; neque hæc talis dicitur terminus formaliter, sed materialiter tantum: neque est aufugiendum ad distinctionem formæ artificialis, aut naturalis; nam, & oppidum, & via vtriusq; cõpos est formæ, & hoc est certissimū, quodque, neque terminus, ut sic formaliter, est via, neque hæc, eum talis est formaliter terminus, sed materialiter dumtaxat, ut dictum est.

Secundò: perindè se gerit utilitas ad bonitatem, atque se gerit generatio ad substantiam, alteratio ad qualitatem, augmentatio ad quantitatem, punctus ad lineam, linea ad latitudinem, latitudo ad profunditatem, mutatum esse ad motum; sed nihil horum est terminus ad quem est via: ergo neque utilitas erit bonitas ad quam non est nisi via. Minor declaratur: profecto generatio hominis neq; est homo, neque aliqua alia substantia distincta ab homine, sic de cæteris: ergo similiter utilitas ad honestitudinem, neque erit honestitudo ad quam est via, neque aliqua alia bonitas distincta formaliter loquendo, est materialiter, ut quo, possit appellari bonitas, quatenus, ut diximus utile informatur extrinsecè à bonitate termini, & percõsequens ipsum, ut quod, materialiter erit bonum ab extrinseca bonitate, & virtualiter, ut quo, dicitur bona, vel bonitas, uti maueris.

Tertiò: perindè se habet utilitas utilis respectu appetitus, sicuti se habet receptiuitas subiecti receptiuæ albedinis, respectu visus; sed illa receptiuitas nequit esse formalis, & motiua visibilitatis subiecti albi: ergo neque utilitas utilis ad aliquod honestum, vel commodum poterit esse formalis, & motiua ap-

1. Conclus.

Sco. ubi supra
Media. q. 2. ar. 1. &
Suar. locis
citatis.

petibilitas, qua utile sit appetibile appetitui.

Ultimo probatur conclusio arguendo ad hominē; utilitas (per vos) est quædam efficacia conferendi honestum, seu commodum; non absolutè, sed relatè sumpta: ergo entitas absoluta virtutis collatiuæ, seu inductiuæ honesti, & commodi, se habet veluti materia, & ipsa relatio, habitudo, vel ipse ordo se gerit, vt formalis ratio; igitur hæc ipsa talis habitudo, vel honestitudo terminans eam, erit formaliter bonitas formalis, ipsa autem entitas virtutis, & efficacitatis erit bona, seu bonitas materialiter tantum. Qui hoc argumentulum appetuerit porrigere, legat Sectionem secundā, disp. 49. tomi prioris meorum in 4. Commentationum de relatione secundum, dici, ad quam, fugā fortassis arripient Adversarij.

Respondetur ad argumenta contrariæ sententiæ: primò quidem ad firmitatem, & robur, quod apud Scotum quomodo sortiri videtur ille dicēdi modus, dico, Doctorem subtilem ibi non locutum fuisse assertiuè, sed arguēdo ad hominem contra eos, qui primum peccatum Angeli nequam, arbitrātur fuisse superbiam: in hos igitur triuio illo, quod constituunt formali bono, quasi proprijs ipsorum armis irruere conatus est, vt sic gloriosiorē reportare cerneretur triumphū; argumentatiuè porro non assertiuè locutus est ibi: in 4. autem sententiæ. distinct. & quæst. citatis, proprio ex parte loquēs, propriam ingenue aperuit sentiam, duplex dumtaxat consultò constituēs formale bonum inconcreto, & duplicem item vniuocè formalem bonitatem in abstracto. Hoc in eodem sensu crediderim locutos fuisse Lichetum, & Tarareum, triplicis boni mentionem facientes, non secundum propriam, sed aliorum sententiā, explanationis solummodo causa.

Ad rationem: conceditur maior, & negatur minor: ad declaracionem negatur antecedens; si loquitur de formali bonitate.

Hæc sufficiant pro hac Sectione.

(2)



SECTIO II.

Appendix.

Vtrum vile sit obiectum materiale tantum voluntatis?

VT veritas superioris Sectionis ampliusca¹ delucescat, placuit mihi hanc secundam inscripro titulo excitare; in qua partem negantem tenent Montefinos, Vazquez, Lorca, & Salas, probātque: utile est bonū per bonitatē formale in ipso existētem; erit igitur obiectū formale voluntatis, & non materiale tantum. Antecedens patet: quia ipsa utilitas est formalis bonitas (vt in prima Sectione dictum est) distincta à formali bonitate honesti, & delectabilis; igitur utile, quatenus tale, erit formaliter bonum, & formale obiectum voluntatis. Antecedens probatur; quia perindè distinguuntur bonitas medij, idest vtilis, & bonitas formalis finis, idest honesti, vel commodi, atq; distinguuntur veritas formalis principij, & veritas formalis conclusionis, sed istæ sunt distinctæ: ergo, & illæ erūt diuersæ. Maior patet ex Aristotele 7. Eth. tex. 89. cap. 12. asserente *sicut principium in speculabilibus; sic finis in practicis*; minor videtur esse Scoti in 4. dist. 49. q. 10. circa finem num. 14. *sicut veritas conclusionis ordinatur ad veritatē; principij, sic bonitas eorū, quæ sunt ad finē ordinatur ad finem*; igitur supponit Doctor distinctam esse formalem bonitatem medij; scilicet vtilis à bonitate finis, nempe honesti, & commodi.

Oppositam sententiā tenet Suarez tomo 1. Metaphisicæ disp. 10. Sect. 2. & disp. 23. Sect. 6. vbi tenet quod media sint obiecta per se voluntatis materialia tantum, formale verò tantum sit bonitas finis, ratione cuius media sunt appetibilia formaliter. Eandem sententiā tenet Scotus (licet Suarez eum minimè citet) in citatis verbis; namque cū utilitas nō sit bonitas formaliter, sequitur in medijs nullam esse bonitatem intrinsecam, ratione cuius sint formaliter bona, & per consequens, neque appetibilia motuè formaliter.

Dicendum est, utile tantum esse obiectum materiale voluntatis; probatur; quia

1. Opinid: Montefin: Vazquez. Lorca & Salas.

7. Ethic. c: 12. t. 89.

1. Opin. Suar. to. 1. Met. disp: 10. lect. 2. & disp. 23. lect. 6.

Conclusio
Scoti ubi
suprà. Et
Suarez cit.

quia sicuti substantia parietis solū est apta nata informari albedine, ab eaq; denominari alba denominatione intrinseca, ita vtile est aptū informari extrinsece, de nominariq; extrinseca denominatione *honestatum*, vel *commoditatum* ab honestitudine, vel *commoditate* foris existente, illudque terminante: igitur sicut substantia parietis solum est materialiter alba, & materiale tantūmodo obiectum visus; ita vtile erit materiale voluntatis obiectum. Vtrum *aliam* sit obiectum per se, vel per accidens tantum, in sequenti Sectione patebit.

Nec videtur aufugiendum ad distinctionem Petri à Lorca disp. 5. pagina 19. de obiecto formali quo, & quod; licet enim denominatum, quasi compositum ex denominante *honestitudine*, vel *commoditate*, ex denominato *utile*, sit obiectum formale *quod*, & forma denominans *honestitudo* videlicet, vel *commoditas* obiectum formale *quo*; tamen denominatum ipsum *utile* nequit esse, nisi obiectum materiale voluntatis: decipitur ergo præfatus Doctor dū ait. *concedendum est, media esse obiectū formale quod; finem verò obiectū formale quo; quemadmodum in obiecto visus distingui solent color, & lux, color vt obiectum formale quod, & lux vt formale quo.* De simili alato non est satagendum.

Error Lor.

Scot. in 2.
q. 13. q. viii.

Obserua tamen obiter aliūculè, & subtiliusculè loqui de ipso Scotum in 2. dist. 13. q. vnica dicentem: *sicut lux vt visibile est prius naturaliter colore, ita species eius est naturaliter prior specie coloris*: quò circa noster Doctissimus Cauellus in margine sic exponit: *species lucis prius concurrat ad visionem, quam species coloris.* Legenda est Sect. 2. dist. 49. tomī prioris meorum in 4. commentariorum.

Ad argumentum contrariæ sententiæ, negatur antecedens; & ad probationem similiter, negatur antecedens; & ad probationem huius secundi antecedentis, negatur maior: dispar siquidē est veritatis, & bonitatis ratio: eò nimirum, quia hæc est in rebus extrā: illa verò in intellectu, iuxta assertum Philosophi 1. de Anima, & 6. Methaphi. *verum, & falsum sunt in anima: bonum, & malum in rebus extrā.* Ad probationem maioris ex Aristotele dico, ipsum sibi velle, quòd quemadmodum intelligentia principiorum parit scientiam con-

1. De Anima, & 6. Methaphi.

clusionis, ita amicitia finis parit concupiscentiam medij: indè tamen non sequitur perindè finis, & medij datum iri duas formales bonitates in rebus extrā, atque principij, & conclusionis duas formales veritates intus in anima.

Ad probationem minoris ex Scoto desumptam dico, Doctorem subtilem ibi non insinuare, quòd sicuti distincta formalis veritas, & vniuoca reperitur in conclusione, ita formalis, & vniuoca bonitas distincta à finis bonitate reperitur in medijs, sed quòd illa, quæ talis qualis reperitur in ipsis *ordinatur ad finē.* Quomodo autem utilitas per se terminatiua vt *quo* amoris possit cēseri equiuocè bonitas, infra explorabimus Deo dante. Secundo, potest responderi ad verba Scoti, quòd honestitudo, verbi gratia, vt denominans, & informans *utile* ordinatur ad seipsam in se præscindentem à tali extrinseca denominatione: vel quòd terminatur ad hoc cōcretū *honestum* in se precisè ab illa extrinseca informatione. Hæc sint satis pro hac Sectione.

Exponitur
mēs Scoti.

SECTIO III.

Appendix.

Vtrum vtile sit obiectum per accidens voluntatis?

Sensus tituli est, nūm sicuti solūmodo est materiale obiectū, & non formale, ita tantummodo sit obiectum per accidens, & non per se.

Partem affirmatiuam tenet Medina q. 1. arti. 1. quam hisce probare quis potest rationibus: vtile est bonum per accidens: ergo erit volibile per accidens, & per consequens voluntas obiectum per accidens: Antecedens in superiori duplici Sectione satis liquet, vbi ostendimus ipsū per honestitudinis, vel *commoditatis* bonitatē accidentariò extrinsecè quasi informari, bonūmq; dici ac denominari. Certum igitur est, vtile non per se, sed per accidens esse bonum, idque non intrinsecè, sed extrinsecè: ad differentiā Corui, Anserisque, quorum prior niger, alter posterior albus intrinsecè censetur, eò quòd albedo huic, illi nigredo hæreat. Consecu-

1. Opinid.
Medin. q. 1.
art. 1.

tio

ratio autè legitimè inferri apparet: namq; paries, & Anser, quò per accidens albi eò censentur per accidens visibiles: similiter pomum, quò per accidens dulce, vel acre, eò per accidens gustabile perpenditur: igitur vtile quo per accidens bonū, eò per accidens censerì debet amabile, & per consequens voluntatis obiectū per accidens, & nō per se.

2. Opinto.
Scot. 3. d.
24.

Oppositam sententiam tenet Scotus in 3. dist. 27. §. *quantum ad istum articulum* Vbi non parum interesse docet obiecti per se motiui, & obiecti per se terminatiui, vel (in abstracto loquēdo) rationis obiectiua per se motiua, & tationis obiectiua per se terminatiua. Prior illa est, inquit, *aliqua ratio precedens actum propter quam natus est actus elici circa obiectum*. Posterior est ait Scotus, *qua secundum se accepta, nata est per se esse ratio terminandi*. Eandem sententiam tenent Neotherici illi quinque, Vazquez videlicet, Suarez, Lorca, Montefinos, & Salas, tametsi Doctorem subtilè minimè consulant, vel citent.

Vazquez,
Suarez,
Lorca. Mō-
rel. & Salas
1. Ratio
istorum.

Probant autè isti Doctores hanc sententiam, hisce argumentis: Primum, sicuti sunt tres actus circa finem, nempe simplex volitio, fruitio, & intentio, ita totidem dantur circa media, videlicet electio, consensus, & vsus: ergo sicuti tres illi priores respiciunt finem tanquam obiectum per se, ita posteriores dicentur respicere media tanquam obiecta per se.

Reiicitur.

Sed re vera hæc prima horum quatuor, vel quinque Doctōrū ratio, exigui momenti est. Cū enim duplex sit obiectum, motiuum, & terminatiuum, inde responderi potest, quod posteriores illi tres actus respiciant medium nēpè *utile*, tanquam obiectum per se terminatiuum: vtrique tamen tam posteriores, quam priores, habent pro obiecto motiuo finem nempe honestum, vel commodum; adeò, vt finis ipse scilicet honestum, vel commodum, sit obiectum motiuum simul, & terminatiuum; trium priorum actuum, posteriorum verò motiuum duntaxat.

2. Ratio.

Secundo probant eam sic: ad obiecta per accidens alicuius potentia non ponuntur in eadem potentia distincti actus ab his, qui sunt circa obiectum per se: sicuti in sensibus non est distinctus actus circa substantiam, & circa qualitates: sed electio, consensus, vsus elicitum circa

medium, scilicet circa vtile, sunt distincti actus à fruitione, & intentione elicitum circa finem, scilicet circa honestum, vel commodum; ergo vtile nequibit esse obiectum per accidens voluntatis.

Reiicitur.

Hæc etiam ratio eneruis est, & viribus impos: quamobrem responderi potest ad maiorem, quod si albedo, verbi gratia, esset (per possibile, vel impossibile) sine subiecto hic, & subiecto herens illic: vtrouique tamen ad visus obtutum eo in euentu proculdubio darentur duæ visiones in eodem oculo, quarum altera terminaretur ad albedinem sine subiecto existentem per se, & ad nihil per accidens: alia verò terminaretur per se ad albedinem hærentem subiecto, & ad ipsum subiectum per accidens; sic igitur, (diceret Medina) fas erit dari intentionem elicitam circa finem in se, & electionem elicitam circa vtile, bonū, & honestum, vel commodum per accidens. Ruunt igitur rationes eiusmodi Haroū quatuor nouissimorū, quare operepretium est rationibus ex verbis Scoti deductis, nostram corroborare sententiā.

1. Conclusi.

Dico igitur primo, vtile est obiectum per accidens motiuum voluntatis. Probatur: nō per semetipsum, sed per aliud mouet eam ad sui amorem: ergo nō erit obiectum per se motiuum eius, sed per accidens. Antecedens declaratur: nam quando ordinatur ad honestum, per honestum, quando ad commodum per commodum mouet ipsam ad sui amplexum: ergo.

Secunda ratio verbis enucleata Scoti: non ipsum vtile, sed aliud quidpiam, est ratio precedens propter quam natus est elici actus amotis, quo amatur: ergo nequibit dici obiectum voluntatis per se motiuum, sed per accidens. Antecedens patet, quia semper, & vbique honestudo honesti, vel commoditas commodi, est ratio propter quam nata est elici appetitio terminata ad vtile.

Secundò dico: vtile non per accidens, sed per se est obiectum terminatiuum voluntatis. Probatur idiomate Scoti, non per aliud, sed per seipsum terminat amorem erga se elicitum: ergo erit obiectum per se terminatiuum voluntatis.

2. Conclusi.

Secundò: vtilitas ipsa est, qua secundum se accepta nata est per se esse ratio terminandi motum appetitus erga vtile productum; ergo.

Tertiò dico; Coruum, Anserem, &

3. Conclusi.

parietem, nequē obiecta motiua, nequē terminatiua per se, sed per accidēs tantum esse respectu visus. Idem iudicium ferendum est de alijs substantijs subtractis sono, verbigratia, & alijs per se obiectis, aliorum quatuor sensuum; probatur, quia non per se, sed per aliud, & mouent, & terminant visum: ergo tam terminatiuē, quā motiuē erunt obiecta per accidēs visus. Confirmatur, quia nulla relatiuncula nixa absoluto visionis peruenit ad substantiam vsquē Corui, Anseris, vel parietis; immō explicit, & occidi in ipso colore harente. Contra verō accidit in amore elicito erga finem, & media, erga honestum, & vtile: nam non omnis respectulus nixus absoluto amoris explicit in fine, seū in honesto, vel commodo, quin potius transilit vsquē ad vtile in se, illud attingendo; igitur vtile meritō dicetur obiectū per se terminatiuū voluntatis, tametsi motiuum esse nequeat nisi per aliud, seū per accidens.

Ex his manifestē patet solutio ad argumenta. Ad primum, concessio antecedenti, negatur consecutio. Ad probationem huius cōsecutionis similiter, concessio antecedenti, negatur cōsequētia. Interest, siquidem entis per accidens obiecti sensibus, & entis per accidens obiecti potentijs rationalibus: hoc nāque vltimū licet nequeat esse obiectum motiuum, nisi per aliud, potest tamen esse obiectū terminatiuum per se; illud verō vtrōbiquē est obiectū per accidēs, etiam secundū præfatos Doctores. Hęc sufficiant pro hac Sectione.

SECTIO IV.

Appendix.

Vtrum hoc nomen, bonum, vniuocet, vel an potius æquiuocet honestum, iucundum, & vtile?

1. Opin.
Vazq. 1. p.
disp. 114.
c. 2. & 12.
disp. 32. c.
3. Montef.
disp. 12. q.
2. Lorca disp.
put. 5. pag.
15.

Gabriel Vazquez 1. parte disp. 114. cap. 2. & in primam secundæ disp. 32. cap. 3. Montefinos disp. 12. q. 2. Lorca disp. 5. pagin. 15. & alij docent, præfatum nomen, nequē æquiuocare, nequē vniuocare, sed potius analogare, illa tria boni genera. Dissidet tamen Petrus à Lorca ab vtroquē illo priori Doctore,

præsertim à Vazquez, in eo, quod ipse rationem boni præscindit à tribuo illo boni genere, duo verō priores secus; vt patet his in Gabrielis Vazquez verbis disput. 32. cap. 3. sic habitis. *Cæterum obijciat aliquis hoc modo. Potest intellectus cōsiderare rationem boni abstractam à bono utili, delectabili, & honesto. Cui obiectioni mox facit satis, dicens: Respondeo intellectum non posse concipere rationem quamdam his tribus bonis communem: quia analogice hæc tria dicuntur: analogis autem non datur conceptus communis.* Hęc ille. Cæterum omnes conueniunt in hoc, vt fateantur hoc nomen *Bonum*, analogicē prædicari de ipsis, nō æquiuocē. Potest autem hæc sententia, hoc suaderi argumento; nūspiam vnum ex æquiuocatis prædicat suum æquiuocans per attributionem ad plura alia æquiuocata; immō hæc prædicant illud per attributionē ad vnum ex æquiuocatis; sed in proposito *vtile*, quod est vñ, prædicat *Bonum* per attributionem ad duo, scilicet ad honestum, & ad iucundum: ergo signum euidentis est, quod non prædicat illud æquiuocē. Maioris propositionis veritatē ipsis sensibus experimur in *sano*, & in *cane*; illud enim prædicant æquiuocē *vrinæ*, *pulsus*, & *rabarbarum* per attributionem ad hominem vniuocē, & simpliciter *sanum*; hunc autē nempè *canem* prædicant æquiuocē *piscis* ille *marinus*, & *sydus celeste* per attributionē ad animal *latrabile*, quod vniuocē est *canis*.

Oppositam sententiam tenet Scotus in 4. d. & q. citatis mox initio huius disputationis.

Dicō igitur primō; hoc nomen *Bonū* solum vniuocare honestum, & iucundū, *vtile* autem potius æquiuocare. Primam huius conclusionis partem tenet Doctor illis in verbis, *bonum intellectuale duplex, &c.* Secundam partem tenet in his alijs *bonum quidem vtile ad alterutrum illorum reducitur, &c.* vtraquē pars sufficienter liquet, ex superioribus; eam tamen ampliusculē placet in præfenti Sectione corroborare, vel potius explanare. Priorem partē sic: quemadmodum nomen *canis* soli domestico tribuit suum vniuocatum significatum, nempè *latrabilitatem*, seū aliam occultā essentiā, à qua pullulat passio *latrabilitatis*; ita hoc nomē *bonū* solis iucundo, & honesto tribuit conceptum vniuocum, quem

2. Opin.
Scot. in 4. d.
46. q. 4.
1. Conclq.

quē vniuocat, nimirum fundamentalem *amabilitatem* simpliciter; igitur illa duō dumtaxat genera dicetur vniuocare.

Secundam partem probō: quia quemadmodum nomen *canis* pisci marino, & Syderi cęlesti solum nomē elargitur, & quandam exiguam similitudinem, siuē in effigie, siuē in effectibus: ita nomen *bonum* solum fundamentalem *amabilitatem* secundum quid, idest terminatiuā amabilitatē tribuit *vtili*, vt supra ostendimus: ergo &c. sed non nisi præfinitutē instar mali sub ratione mali amati; hoc autem est absurdum: ergo.

Respondeo, negando consecutionē, & rationis paritatem: malum siquidem sub ratione mali recensitū, nullius prorsus compos est bonitatis, siuē accidentalis, siuē transcendentalis antecederet ad amorem. Vtile autem ex se, & in se, & præcurtoriē ad omnem voluntatis affectum est bonum transcendētali bonitate.

Secundō differunt, in eo, quō ad amorem mali sub ratione mali, à nullo prorsus obiecto excitatur voluntas; ad amplexum autem vtilis, & si nō ab ipso, mouetur tamen à fine ad quē ordinatur, nempe ab honesto, vel à iucundo, ad cuius affectationem consulit.

Tertiō differunt, quod *vtile*, quo ens, & bonum est transcendentaliter eo in semet habet terminatiuitatem, tota autē terminatiuitas mali sub ratione mali est extrā ipsum, videlicet in ipsa voluntatis libertate, vt alibi dicemus. Dispar porrō vtriusque est ratio.

Secundō dico; hoc nomē *bonū* esse æqui uocū æqui uocās hæc tria *honestum, iucundū, & vtile*. Hæc cōclusio explicite, & directē respondet titulo Sectionis; & probatur: quia in opinione aduersariorum est *analogum* analogans ea; atqui Scotus omnia analogia affabrē perducit ad extrema, nimirum ad vniuoca, vel ad æqui uoca, prout ipse olim edocui in codicibus meis logicis: tunc sic: præfata tria non sunt in ratione *boni accidentalis* vniuoca vniuocata; igitur in Schola nostra erunt æqui uoca æqui uocata. Minor huius prosyllogismi supra iā est probata.

Secundō probō eandem cōclusionem arguēdo ad hominem; per vos, *analogis non datur conceptus communis*: tunc sic: in omni opinione, tū vestra, tū nostra conceptus vniuocatus ab hoc nomine *bonum* simpliciter, & vniuocē est

communis, & conueniēs honesto, & iucundo, & ab vtroque abstrahibilis: ergo soli *vtili* erit non cōueniens simpliciter, sed secundum quid dumtaxat, instar cōceptus vniuocē significati ab hoc nomine *canis*, qui soli animali latrabili, eiusque indiuiduis est simpliciter, & absolute, seu vniuocē cōueniens, & ab ipsis verē abstrahibilis; syderi autē, & pisci marino, secundum quid, & similitudinariē, & per consequens æqui uocē cōuenit, instar etiam conceptus vniuocē insinuatī ab hoc nomine *sanum* soli homini simpliciter vniuocē, & absolute cōuenientis, pulsui autē vrinæ, & potioni non nisi secundum quid, indicatiuē nimirum, vel inductiuē. Idem tenet Ocham in 3. q. 9. dicens: *Non est aliqua predicatio analogā, vt distinguatur contra predicationem vniuocam æqui uocam, & denominatiuam.*

Et his patet solutio ad argumentum: cuius vtriquē maior absolute negari poterit, cum non magis vtgeat contra æqui uocata Scotica, quam contra aduersariorum analogata, in quibus etiam plura plerumque prædicant suum *analogās* per attributionem ad vnum ex analogatis, iure optimo igitur possemus illā maiorem negare.

Clarioris tamen, & nitidioris methodi gratia distinguo eam: vel per attributionem ad plura simul, & per modum plurium; vel per attributionem singillatim, non simul, sed vicissim. Primo modo concedo illam maiorem, secundo autem sensu, nego ipsam. Et ad minorem dico, quod *vtile* prædicat nomen hoc *bonum accidentale* per attributionem ad duo, non simul, sed vicissim; quandoque ad vnum; quandoque ad aliud, interdum inquam per attributionem ad honestum, & interdum per attributionem ad commodum: appellatur inquam bonum terminatiuē, & extrinsecē, esse autem bonum terminatiuē, & extrinsecē, & non intrin-

secē, est esse bonum æqui uocē dumtaxat. Hæc sint satis pro hac Sectione.

†††††
†††††

SECTIO V.

Appendix.

Vtrum bonum intellectuale sit

triplex?

Tatar. 4. d.
46 q. 2.

Circa titulum obseruat Tataretus in 4. dist. 49. q. 2. illo nomine *bonū intellectuale* intellectum iri apud Scotum *bonum conueniens naturæ rationali, vel intellectuali.* Hoc autem bonum diuisi-
mns in naturalē, & morale t. 2. disp. 1. r. Sect. 1. fundam. 1. cum Aristotele 1. Politi c. 1. qui bona animæ, hoc est, naturæ vt rationalis est, in prædicta membra partitur. Percontaberis *ly conueniens* coincidit nē cum hoc termino *decens*? Respōdeo negatiuē, eō nimirum, *decens*, est idem, quōd *honestum*. Hic autē sciscitatur de bono cōmuni, & vniucante *honestum, & delectabile*, vt patet ex supra dictis; igitur isti duo termini *honestū, & conueniens* naturæ rationali non sunt synonima.

Secundō obseruandum est cum eodē Tatareto quodlibeto 18. bonitatē conuenientem naturæ intellectuali esse duplicem, absolutam videlicet; & relatiuam, prior illa est passio entis conuertibilis cum ipso, & peruagās per omnia decem prædicamenta; nomine igitur *bonum intellectuale* non intelligitur hæc transcendentalis bonitas identificata cū essentia hominis. Bonitas autem relatiua intellectualis est illa, quæ omninō distinguitur à tali natura, & est prorsus extrinsecā, consulit tamen sibi, siuē honestans, siuē delectans ipsam, seu aliqui bonificans. In præsentiarum igitur de hoc bono ab extrinsecō, hominem, seu naturam intellectualem bonificante, ab eiusque voluntate appetibili sciscitatur, nūm triplex sit?

1. Opinio.
Vazq. disp.
1. c. 2. in 1.
p. D. Tho.
q. 1.

Partem affirmatiuam tenet Gabriel Vazquez disp. 1. cap. 2. in 1. p. q. 1. D. Thomæ asserentis, *bonam relatē, nempe quod alteri, est bonum, seu conueniens triplex est, aliud est bonum honestum, nempe virtutis, aliud bonū delectabile, quod Anselmas commodum appellauit, aliud autē est bonum utile.* Eandem tenent Lorca, Mōtesinos, &c. immo, & noster Pitigianus q. 1. ar. 3. in d. 15. Scoti in 4. eamquē

Lorca, Mō
tel. & Pitigianus.
q. 1. ar.

probant ex Aristotele 8. Ethic. cap. 2. vbi de amabili loquens, ait; *Hoc autem, idest amabile, aut bonum, aut iucundum, aut utile; igitur tria sunt relatē bona accidentaria.*

3. d. 15. in 4.
Scoti.
8. Eth. c. 2.

Oppositam sententiam tenet Scotus verbis in orsu huius disputationis relatē dicens, *bonum autem, aut intellectuale duplex est.*

Dico primo; certum est vtile non aliter esse bonum, nisi æquiuocē. Hæc conclusio sufficienter manet probata in superioribus, & nunc cōfirmatur ex Aristotele 8. Ethic. cap. 2. asserente, *atque id vtile videbitur esse per quod efficitur aliquod bonū, idest honestum, aut voluptas idest delectabile.* Tunc sic. illud, quod non nisi virtualiter, & causaliter est tale, æquiuocē dicitur tale, sed Aristoteles insinuat *utile* nihil aliud esse, præter quidpiam inductiuum, boni honesti, & delectabilis: ergo virtualiter dūtaxat dicitur bonum, & per consequens nō nisi æquiuocē. Maior propositio patet in medicamine, quod quia, inductiuē, & virtualiter est sanum, ideō æquiuocē dūtaxat dicitur sanum.

2. Opinio.
Scot. in 4.
d. 46. q. 8.
sup. 1. Con-
clusio.
8. Eth. c. 2.

Secundō dicendum est. Eiusmodi bonum intellectuale extrinsecum, seu relate sumptum accidentale non esse triplex, sed duplex dūtaxat. Hæc conclusio directē respondet titulo Sectionis, cuius veritas supra iam satis, superquē eluxit.

2. Conclus.

Ad testimonium Philosophi respondetur, in ipso æquiuocum æquiuocans enumerari in sua æquiuocata, vt perspicuē infertur ex verbis, quæ mox subiunxit: *atque id vtile videtur esse per quod efficitur, &c.* sanē sicuti inductiuitas sanitatis formalis insita robarbaro æquiuocē est sanitas, ita inductiuitas honesti, & iucundi insita *utili* æquiuocē est honestitudo, & commoditas, & per consequens bonitas formalis: similiter *terminabilitas*, qua prædictū *utile* est terminabile ad illa duo boni genera, æquiuocē potest dici *bonitas*. Item actualis determinatio, qua terminatur ad ea æquiuocē dicitur *bonitas*, & tandem denominatio extrinsecā, seu informatio illa forinsecā, qua præfatum *utile*, quasi informatur à bonitate honesti, vel commodi, & denominatur extrinsecē *bonum æquiuocē*, potest appellari *bonitas*.

Hæc sufficiant pro Sectione, ac tota disputatione.

SE

DISPUTATIO IX.

De convenientia, & discrimine boni honesti, & boni commodi, seu delectabilis ad inuicem.

SECTIO I.

Quid, & quotuplex sit bonum commodi?

Tatar. 4. d. 46. q. 4.



Tatarus in 4. d. 46. q. 4. sic describit illud bonum commodi intellectuale, nempe est illud, quod est conueniens natura intellectuali: quomodo autem ei conueniant quaedam *moda*, ut natura rationalis, vel intellectualis est, & alia, ut animalis infra patebit. Alio nomine vocatur à Philosophis, & à Theologis *delectabile*, eò nimirum, quia suopte genio est natum mouere voluntatem ad se se hilaritate, & voluptate afficiendam; notato verba Scoti in 4. dist. 48. q. 1. §. *Contra primam conclusionem*: vbi confutans argumentum quodam ait. *Ratio illa non valet, non enim probat nisi, quia illa ratio delectabilitatis, quæ est bonitas, non possit esse non delectabilis. sed non sequitur: ergo non potest delectare; quia delectabile dicit aliquid in se, vel si respectum, non nisi aptitudinalem, qui necessariò supponit fundamentum; sed delectare dicit effectum posteriorem contingenter causabilem, maxime ex contingenti determinatione voluntatis diuina ad coagendum ipsi delectabili; en quomodo insinuat bonum commodi esse influxiuum delectationis. Et Tatarus, ibi: Summè delectabile non potest videri, quin sit summè delectabile, id est sit semper natum causare delectationem, potest tamen videri sine eo quod actu causet delectationem igitur iuxta hanc doctrinam bonum commodi ided appellatur delectabile; quia est effectiuum voluptatis, sed hoc inferius in alia disputatione decernemus*

Scot. 4. d. 48. q. 1.

quid Scetus senserit, & vtrum loquatur hic assertiuè, fortassis enim *commodum*, siue summum, siue ceterius, terminatiuè, non effectiuè est delectabile iuxta mentem Doctoris.

Secundò est notandum, eiusmodi bonum commodi, vel delectabile, esse duplex in Schola nostra, alterum ex natura rei, ut sanitas, pulchritudo elegans, & venusta locutio, vox suavis, & canora, aliud verò per operationem voluntatis, cuiusmodi sunt. *utile* sub ratione vtilis dilectum, & *malu* sub ratione mali amatum; hæc enim duo mox, ut amorem terminant euehuntur ad statum boni commodi, & delectabilis, ut expressè insinuat Scetus in 1. d. 1. q. 1. dicens: *Vel finis præstitutus, quem sibi volūtas ex libertate sua vult tanquam finem vltimum.* Legenda est sect. 2. disput. 2. tom prioris meorum in 4. Commentariorum, entia rationis nõ solum per operationem intellectus, verum etiam ipsius voluntatis efformari.

Scot. d. 1. q. 1.

Hinc constiterit *utile* ex duplici capite ad boni commodi statum eleuari, primò quidem, quia terminatur ad illud, ab eòque extrinsecè quasi efformatur, & denominatur *commodum*, ut supra edocimus. Secundo, quia potest terminare amorè amicitie, diligique irreferibiliter, quo in euentu necessariò sortitur rationem boni commodi, & finis præfixi.

Tertiò est notandum cum Licheto in 2. dist. 6. q. 2. bonum commodi, seu delectabile ex natura rei, & prauum operationi voluntatis, esse duplex, vnum, quòd primò, & principaliter est tale, ut pulchritudo, quæ primò, & principaliter est gratiosa, hilaris, & iucunda visui. Aliud verò, quòd comitanter, & secundario est tale, cuiusmodi sunt virtutes, & actus morales ex illis prodeuntes. Hæc namque primò, & per se potius sunt bona honesta, & secundario sunt bona commodi, & delectabilia, adeo, ut necessariò comiteretur delectabilitas honestitudinem virtutis, eiusque actus, ut patebit in 3. Sectione.

Lichet. 2. d. 6. q. 2.

Dicendum est primò, bonum delectabile est illud, quod voluntatem afficit gaudio, hanc tenet noster Ochamus in 1. d. 3. dicēs: *Amor, & delectatio distinguuntur realiter quia dilectio est effectiuè à voluntate; & delectatio est effectiuè ab obiecto: quia sicut obiectum sensibile est*

1. Conclusio
Ocham. 1. d. 2.

causa delectationis in appetitu sensitivo, ita obiectum intellectuale est causa delectationis in appetitu intellectu. Secundum igitur mentem huius tanti Doctoris bonum delectabile efficienter voluntatem afficit gaudio; vtrum autem secundum placitum Scoti, effectiue, vel terminatiue inferius elucescet Deo votis aspirante. Probatur autem hæc conclusio ex Aristotele in Rethorica ad Alexandrum, titulo de genere desideratiuo, textu 60. dicente: *Iucunda autem sunt, quæ efficiunt gaudio nimirum effectiue, vel terminatiue. Secundò probatur ex eodem Aristotele 7. Ethic. textu 30. iucunda simpliciter vocamus, quæ integrum, sanumque corpus obiectant. Vt in clara luce, non in tenebris cernere verum laboranti ex oculis contrarium.*

Aristot. in Rethor. ad Alex. r. 60.

7. Ethic. t. 30.

2. Conclus.

Secundò dico bonum delectabile, comodi, vel iucundum, esse duplex. Vnum ex natura rei, & antequam amatum sit: alterum per operationem voluntatis, & postquam iam semel amatum est. Hęc couulsio quo ad vtramque partem videtur consulere Aristotelem 8. Ethicorum textu 50. afferentem: *Id autem est cuique voluptati, cuius amator dicitur vnusquisque: Vt equus aquorum amatori: & spectaculum spectaculorum amatori: amatori iustorum iusta: & virtutum amatori, ea, quæ per virtutem efficiuntur.* Igitur amanti malum sub ratione mali, postquam semel iam amatum est erit sibi voluptati, & consequenter mouebit illam ad continuationem talis amoris.

8. Ethic. t. 50.

3. Conclus.

Tertiò dicendum est: delectabile ex natura rei esse duplex: aliud primò, & per se, vt pulchrum visui, respectu vero voluntatis, vt illuminationes, & alia spiritualia obiecta eius quietatiua, quæ omnia cum à dæmone viris contemplatiuis subministrari possint, certum erit, quòd non possint esse primò, & per se honesta, sed delectabilia, & iucunda. Aliud verò est delectabile concomitanter, & secundariò, vt virtutes, & actus boni morales, in quibus (vt dixi necessariò honestitudi-
ni comes est delectabilitas.

(2.)

§+§+§

SECTIO II.

Quid, & quotuplex sit bonum honesti?

Circa titulum notato honestum sumi dupliciter primò, & largè pro eo, quod decet naturam, cuiusmodi sunt sanitas, pulchritudo, robur, bellicositas, ingenij acies, memoriæ tenacitas; secundò, & strictè, pro eò, quod decet mores, seu humanas actiones recta ratione gubernabiles, cuiusmodi sunt virtutes, & actus morales ex eis procedentes, seu earum generatiui: fauet nobis Aristoteles 7. Ethic. textu 50. *Honestam autem sunt virtutes, operaque ab ipsis profecta, & Scotus in 4. dist. 46. q. 4. §. Ad questionem primò videndum est, dicens; summum honestum est charitas: lege Sectionem 4: disp. 10. to. 1. Consulit etiã nobis illa alia descriptio Philosophi in Rethorica ad Alexandrum titulo de Genere deliberatiuo, textu 6. dicentis. *Honestam sunt, ex quibus splendor aliquis, atque illustris benos in eos, qui aliquid gesserint emanaturus sit, utiq; neminè iure latere posset diffinitù vniuocù huius diffinitionis esse honestù propriè sùpt ù, nimirum morale bonum, synonyma enim sunt. Consulit nobis Taretus quodli. 8. §. de primò, dicens: bonum morale, seu honestum. Igitur morale bonum, & honestum idem omninò sùt, ac synonyma.**

7. Ethic. t. 50.
Scot. 4. d. 46.

Rethor. ad Alex. t. 6. de Gener. deliber.

Tata. quod lib 8. §. de primo.

Lichet. 2. d. 6. q. 2.

Rursus, obseruat Lichetus in 2. d. 6. q. 2. honestorum, quædam esse primò, & per se talia, vt virtutes, & actus boni morales: quædam verò concomitanter, & secundariò, vt robur, fortitudo, venustas, intelligendi acumen, retinèdi capacitas, adiscendi facilitas, interpretandi subtilitas, scientiæ, & artes, quæ omnia primò, & per se sunt commoda, & delectabilia, secundariò autem, & concomitanter honesta, notato verba Licheti: *honestum est duplex: primum, quod est primò, & per se honestum, concomitanter autè est bonum commodi, & delectabile, vt sunt virtutes, & actus morales: secundum est bonum honesti concomitanter, principaliter tamen est bonum delectabile. Satis miror, quòd in vtrisque vtatur hoc aduerbio concomitanter, veneror tamen illud*

illud propter auctorem. Et primò percontor ego Lichetum, quomodo virtutes, & actus morales ab eis prodeuntes, seu ipsis consoni, sint commodi, & delectabiles *concomitanter*? certè respondere tenetur secundum mentem Scoti, quòd necessariò sunt delectabiles. Notato verba Scoti in 4. d. 46. q. 4. §. *Ad questionem primò*, vbi sic habet: *immò generaliter omne honestum fit commodum*; igitur quemadmodum omnis homo necessariò est animal, ita omne honestum necessariò erit delectabile, & per consequens virtutes, & actus morales necessariò concomitanter, & secundariò erunt delectabiles, necessariò inquam delectabilitas est comes honestitudini in virtutibus, & actibus moralibus ab eis erumpentibus instar rationalitatis, quæ in homine necessariò est comes animalitati, & probatur nã, vt inquit Tataretus in 4. dist. 46. q. 4. *Honestum est omne, quod fit conformiter ad rectam rationem, & sic debemus loqui in moralibus de honesto, & si fiat, inquit, difformiter aliquod opus ad rectam rationem, iam in honestum.* Tunc sic; appetitiuæ rationali præscindenti à sensitiua, à vitijsque, & peccato actuali, & originali, necessariò est delectabile quidquid fit conformiter ad sui rectam cognitiuam: ergo delectabilitas necessariò est comes honestitudini suoptè pòdere.

Secundò probatur: illud quod fit cõsonè naturali inclinationi est delectabile; sed (vt docet Tataretus ibidem) *virtutes semper inclinant ad bonum, & ad bonos actus: ergo actus elicitus moraliter bonus, iuxta hanc inclinationem elicitus necessariò erit delectabilis, & iucundus.* Confirmatur: quia volùtas vt præfatam sequens inclinationem virtutis, necessariò præscindit ab illa alia inclinatione, qua est nata (inquit Scotus) in 2. dist. 32. q. 1. §. *circa istam materiam) condelectari appetitui sensitiuo cui coniungitur, & ad concupiscendum delectabilia immoderatè, & consequenter præscindit à materiali peccati originalis.* Notato verba quæ subiungit Scotus: *& hoc modo concupiscentia est materiale peccati originalis: similiter præscindit à priuatione fræni iustitiæ originalis debi: g in esse, inclinante voluntatem principaliter ad concupiscendum immoderatè delectabilia: ergo præscindit tam à formali, quàm à materiali originalis peccati: no-*

rate verba eiusdè Scoti inferiusculè habita: *Peccatum originale formaliter est carentia iustitiæ originalis debita, & non qualitercūque debita, quia accepta in primo parente, & in ipso amissa.* Hæc peritò præscifio tam aformali, quàm à materiali originalis, est satis ad hoc, vt actus bonus moraliter elicitus iuxta inclinationem virtutis sit iucundus, & delectabilis absolutè, & simpliciter.

Confirmatur secundò: præfatus actus non solum est consonus inclinationi virtutis, verùm etiam inclinationi vtriusq; appetitus, tam sensitiui, quàm rationalis: igitur necessariò erit gratus, & iucundus. Antecedens probò ex dictis Scoti; namque à formali vel à materiali originalis culpæ, non oritur inclinatio ad delectabile absolutè sumptum, sed solum *immoderamen* illius inclinationis, sola *nimietas* igitur præscindendo ab eiusmodi immoderamine, & nimietate talis actus erit conformis inclinationi, nõ solum virtutis, verùm etiam ipsius appetitus rationalis, & sensitiui, & per consequens delectabilis vndequaque. Vera ergo est illa maxima Scoti supra allata: *immò generaliter omne honestum fit commodum.*

Et sensus idiomatis *concomitanter*, Licheri est, quod *virtutes, & actus morales sunt delectabiles* necessariò *concomitanter*, idest necessariò in ipsis semper est comes delectabilitas honestitudini, tametsi sæpè sæpius deficiat delectatio actualis in nouitijs, & tyronibus præsertim religiosi.

Secundò: percontor Lichetum quanam honestitudine dicentur honesta, robur, bellicositas, pulchritudo, intellectus acies, comestibilia, vina, eorum potatio, &c. quæ primò, & per se asserit esse delectabilia? huic interrogationi respondebimus in 4. conclusione.

Dicendum est primò: honesta largè sumpta idest naturali honestitudine, cõspicua, esse accidètia naturam ipsam decentia, cuiusmodi sunt comestibilia, vel commestationes, acumè intellectus, pulchritudo, membrorum debita proportio, pedum, seu tibiarum æquanimitas. Veritas huius conclusionis satis patula est in supradictis.

Secundò dicendum est: honesta propriè, & strictè sumpta, idest moralia, esse accidentia mores decentia. Hanc conclusionem esse Scoti perspicuè testan-

1. Conclus.

2. Conclus.

Et verba Tarareti iam supra relata, in quodlibeto 18. *Bonum morale, seu honestum; & in 4. dist. 46. quaest. 4. honestum est omne, quod fit conformiter ad rectam rationem, &c.* Item verba ipsius Scoti in 1. dist. 17. quaest. 3. §. *Quantum ad istum articulum, se habentis: Bonitas moralis actus est quasi quidam decor illius actus includens aggregationem debitam proportionis ad omnia ad quae debet actus proportionari, &c.* Et inferiusculè bonitas, convenientia actus ad rectam rationem, quae posita, actus est bonus. Et in 2. d. 4. q. unica, §. *De secundo*, ait; *bonitas actus moralis est ex aggregatione omnium convenientium actui secundum rectam rationem.* Tunc sic, haec omnia sunt accidentia; ergo honesta sunt accidentia moris decentia, seu regulae rationis consona.

Scot. 1. d.
17 q. 3. &
in 2. d. 4. q.
vni.

3. C. conclus.

Tertio dicendum est: illa, quae Lichetus, primo, & per se appellat delectabilia, nequeunt esse honesta concomitanter naturali honestitudine. Probat; quia per prius sunt honesta hac honestitudine verè, vel apparenter, quam sine delectabilia; ergo potius debet dici honesta primo, & per se naturali honestitudine, & secundario, & concomitanter delectabilia. Enim verò pulchritudo faciei, acumen ingenij, vina, cibi, commestrationes, potationes, ludi, ioci, & alia id genus, quò verè, vel apparenter sunt decentia humanam naturam, eò secundario sunt, & concomitanter delectabilia, atque iocunda.

4. Conclus.

Quarto dicendum est; praefata omnia, quae primo, & per se sunt honesta naturalia verè, vel apparenter, & secundario delectabilia, benè poterunt esse honesta moralia concomitanter. Probat; nam in viris studiosis, & probis, verè comitantur eorum virtutes, nimirum, humilitatem, castitatem, abstinentiam, vigilias, orationem, quò sanè satis est ad hoc, ut concomitanter dicantur honesta moralia. Contra verò accidit in meretricibus, virisque dycolis, & improbis; in his namq; potius debent dici inhonesta moralia; eò nimirum, quae comitantur eorum immania vitia, & opera deformia, ipsaque fouent, & nutriunt, ut experimento constat. Hoc sibi vult Lichetus in secundo suo asserto, vel saltem velle tenetur; alioqui assertum esset falsum, ut patet in tertia conclusione.

Ex his elucet aduerbium *concomitanter* esse æquiuocum in utroque asserto;

nam *concomitanter* vniocè pulchritudo nequit dici honesta naturali honestitudine, ut probatum est in tertia conclusione, sed morali tantum honestitudine in sensu quo explicatum est in quarta conclusione.

Contra primam conclusionem dicet quis; non solum pulchritudinem, robur, acumen intellectus, memoria tenacitatem, &c. verum, & ipsas animae potentias, intellectum, memoriam, voluntatem, habere duos pedes, vnum caput, &c. esse honesta naturali honestitudine; ergo.

Primo; respondent Suarez, Salas, & alij concedendo antecedens; nam vita etiam ipsa, inquit, est honesta, & decentia, hac decentia, & honestate.

Resp. alto-
rū impug.

Sed re vera in Schola nostra Doctoris, praefata omnia potius sunt ipsa natura, quam decentia, & honestantia naturam. Notato verba Tarareti quaest. 18. quodlibetali, & dicit Doctor, *quod bonum naturale essentiale, seu primum est integritas entitatis alicui, ut quando aliqua res habet, quae requiritur ad suam entitatem, illa res est bona bonitate naturali, & primaria, seu essentiali, ut ad integritatem hominis requiritur, quò habeat pedes, manus, &c. & si aliquod istorum deficiat, tunc non est bonus homo bonitate naturali essentiali, & continuo subdit; sed bonitas accidentalis naturalis, seu secundaria, est, quae facit ad bene esse, non ad esse simpliciter, ut habere sanitatem habere pulchrā faciem, &c.* at si ista bona accidentalia, & naturalia nō sint congenita, sed acquisita, ut scientia, quae ut distinguitur contra bonum morale dicitur bonum naturale ut diximus to. 2. disp. 11. Sect. 1. tūc dici potest habere decentiam seu honestatem naturalem. Haec sufficiāt pro hac Sectione.

SECTIO III.

Vtrum differentia qua honesta, & iocunda differunt inter se sit mutua?

DE honestis moralibus intelligi debet titulus. Quò circa est obseruandum primo. Eorum quae primo, & per se sunt delectabilia, quaedam sibi vendicare in obiectum ipsum creatorem, alia verò

Psal. 36. & 76.

verò creaturas. Prima pars huius fundamenti illud cōsulit Psal. 36. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*; & Psalm. 76. *Memor sui Dei, & delectatus sum*. Secunda pars consulit illud Geneleos tertio, vbi asseritur de ligno vetito: *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile*. Et Ecclesi. 11. *Dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem: si annis multis vixerit homo, & in his omnibus letatus fuerit, &c.* nomine autē *delectabile*, potest intelligi ipsa etiam delectatio, vt colligitur ex fine citati capituli: *Adolescentia enim, & voluptas vana sunt*. Tūc sic. Lumen, Sol, adolescentia, & alia, quorū meminit hoc caput sunt delectabilia: ergo etiam *voluptas, seu delectatio* eis annumerata, & associata, sumetur pro obiecto delectabile; idque iure optimò, nāque voluptas vt apprehensa ab intellectu, obiectum sit delectabile excitās appetitum ad venereas voluptates.

Obiectio.

Sed obiiciet quis cōtrā tenorem huius notabilis dicens: ipsum sic ire melius dispositum, primò, & per se commodorum, & appetibilium, aliquod esse creatorem, & aliquod creaturam.

Resp.

Sed re vera obiectio est falsa; quia Deus, seu creator potius est de numero primò, & per se honestorum, & plures creaturæ similiter vt pote omnes virtutes, siue Theologicæ, siue morales, auctusq; earum ex inclinatione erumpentes; optimè porrò, ac ingenuè prædictū primū notabile est dispositum.

Secundò est obseruandum; eiusmodi primò, & per se commodorum, vel delectabilium, quædam esse absolutè vetita naturali, vel positua lege, vt venereæ delectationes fornicariæ, earumque obiecta; lignum scientiæ boni, & mali in paradiso, &c. alia verò secùs, vt pote delectationes matrimoniales, cibi, vini, commestationes, astra fulgentia, & splendida, eorumq; obtutus; in omnibus tamen habetur nimietas, excessus, & immoderamen.

Tertiò est notandū: in Dei amore, & delectatione ex tali amore in voluntate recepto, prodeunte, nō posse dari excessum, & nimietatem bene tamen in delectationibus ad creaturam terminatis.

1. Conclus.

Dicendum est primò: commoda, & delectabilia per se primò, Deum in obiectum sibi vendicantia, necessariò fore

honestam ex parte obiecti consequenter, & secundariò: hanc conclusionem tenet Scotus in 4. d. 46. quæst. 4. §. *Ad quæstionem primò*, dicens; *summum commodum est beatitudo, & esset commodum, licet per impossibile non esset honestum*. Et Lichetus in 2. dist. 6. quæst. 2. dicens: *Si per impossibile esset separata ratio boni honesti, adhuc esset bonum commodum, siue delectabile*. Et quomodo ambo supponunt beatitudinem, cuius obiectum est Deus, siue creator, esse necessariò, cōsequenter, & secundariò honestam; eādem conclusionem tenet Doctor infra dist. 49. quæst. 2. §. *Tertia conclusio*, dicens: *Nulla natura intellectualis ultimate, & completè perficitur, nisi habendo supremum appetibile, & hoc perficitè secundum possibilem sibi modum habendi illud*. Et probatur conclusio ex ipso idiomate Scotico, & verborum tenore; ille namq; terminus *perficitur* cinctos, & coalitus illo duplici aduerbio, *ultimate, & complete* non solū significat accomodari seorsum, & solitariè, seu præcisè, sed *accomodari, & honestari* simul; Ex quo manifestè sequitur quod æterna beatitudo consistens in attingentia perfectissima supremi appetibilis, seu supremi perfectiui extrinseci, erit non solum bonum commodi, verum etiam bonum honesti secundariò, idque necessariò.

Scot. 4. d. 46. q. 4. & 49. q. 2.

Lichet. in 2. d. 6. q. 2.

2. Conclus.

Secundò dicendum est: idem iudiciū latum iri de beatitudine, & habitione viatica eiusdem summi boni, erit namque non solum commodatitia, & delectabilis; sed etiam honesta consequenter, & secundariò.

Igitur bonum commodi, & delectabile primò, & per se sortiēs in sui obiectum Deum, non solum erit bonum commodi, & delectabile, verum etiam bonum honesti, tametsi secundariò, idque necessariò quantum est ex parte obiecti, vt insinuant verba Scoti, & Licheti. Cōfirmatur amplius, nam amor, & delectationi directis in Deum tanquā in obiectum necundè imminet periculum excessus, & nimietatis, vt patet Deuteronomij 6. *Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua*; & in Psalm. 31. *Letamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde*.

Deut. 6.

Psal. 31.

3. Conclus.

Tertiò dicendum est: primò, & per se delectabilia creaturam in obiectum sibi vendicantia contingenter posse esse

esse nunc honesta nunc inhonesta ex ipso obiecto: probatur quia si transeunt in obiecta vetita erunt necessario inhonesta, si in non prohibita erunt honesta.

4. Concluf. Quartò dico: delectabilia directa, & transeuntia in obiecta non vetita, etiam posse contingenter fieri inhonesta propter excessum, & nimietatem, se ù propter probum finem, &c.

5. Concluf. Quintò dico: etiam delectabilia creatorem in obiectu sibi vendicantia, posse fieri inhonesta ratione finis sinistri, vel circumstantiæ temporis, loci, &c. de quibus alibi.

6. Concluf. Ultimò dicendum est: differentiã qua honesta, & iucunda dissident inter se, esse non mutuam. Hæc conclusio directè respondet quæsitò in titulo sectionis, quam expressè tenet Sotus in 4. disp.

46. q. 4. §. supra citato, dicens. *immo generaliter omne honestum fit commodum licet non è conuersò.* Veritas huius conclusionis sufficienter elucet in superioribus.

Obiic. contra 1. & 2. Concluf. Contrà id quod asseritur, vel supponitur in primâ, & secundâ conclusione, beatitudinem, videlicet, tam viaticam, quam gloriosam, per prius esse commoditiam, & delectariam obijciat quis sic: Illi termini Scotici *perficitur, perficitè habendo supremum, &c.* Vniuocius significant honestitudinem, quam commoditatem, & delectabilitatem; igitur vtraque beatitudo tam viatica, quam terminatoria, erit per prius honesta, quã delectabilis, & commoditativa. Antecedens declaratur: nam obiectum beatificum in via habetur per amorem amicitia prodeuntem à charitate, in patria verò, siue per claram visionem, siue per amorem illum gigantum, & eximium. Tunc sic; hæc omnia per prius sunt honesta, quam delectabilia: ergo decipitur Scotus, dum oppositum docet in duabus illis conclusionibus. Respondeo negando antecedens; & ad probationem dico, quod quemadmodum intelligere, & habere intelligibile est quoddam pati, ita amare, & habere amabile est quoddam pati: enim verò, sicuti per intellectum receptam in intellectu sum intelligens, & habens obiectum terminans ipsam, ita per amorem receptum in voluntate sum amans, & habens illud amabile; quia igitur amor vt receptus mox in primo gressu est eruditius delectationis, inde efficitur, vt per prius sit

delectabilis, quam honestatiuus; pater: nam vt præscindit ab honestitudine, & inhonestitudine est delectatiuus voluntatis, seu appetitus receptiuus. Consultò igitur, inquit Scotus, quod *summum commodum licet per impossibile, &c.* & Licheus, *si per impossibile esset separata ratio, &c.* Legenda est sectio prima, disputat. 49. tomi prioris meorum in quartum Commentariorum.

SECTIO VLTIMA.

Appendix.

Vtrum ratio boni latius pateat, quam ratio finis?

PArtem affirmantem tenent regulatè I homistæ, Vazquez, Lorca, Montefinos, & alij locis sæpe supra citatis, probantque. Nam boni ratio est triplex, nimirum, honesti, delectabilis, & boni utilis; sed solum duo priora possunt munus, & rationem finis obire: ergo ratio boni latius patet, quam ratio finis.

Pars affr. Vazquez, Lorca. Motef. & aliorum.

Oppositam sententiam tenet Scotus in 4. d. 46. q. 4. dicens: *bonum intellectuale est duplex, honestum videlicet, & delectabile.* Cum ergo vtrumque possit fundare finis respectum, sequitur finis rationem æquari, & commensurari boni rationi. Hæc conclusio satis superq; probata manet in superioribus, vt intuenti patebit.

Pars nega. Scot. in 4. d. 46. q. 4.

DISPUTATIO X.

De fine, eiusque diuisione, & causalitate.

SECTIO I.

Vtrum finis sit causa?



ANC quæstionem, quia diffusè, & perdoctè) vt mox est illi) petraraat Scotus in 2. Physicorum q. 9. libet eam ad vnguem transcribere,

re,

re, tametsi non in omnibus eodem ser-
uato ordine.

Primo igitur obseruat Doctor, finem
accipi multipliciter, nam aliquando ac-
cipitur pro ultimo rei, quo in sensu, pū-
ctum recensemus finem lineæ, instans fi-
nem temporis, & mortem finem vitæ;
alio modo accipitur finis pro ultimo
bono, gratia cuius agens agit, de quo
sine differunt Aristoteles in secundo
Physico. Finis porrò pro ultimo bono
recensitus, quandoquæ accipitur pro in-
tentione agentis, cuiusmodi est similitu-
do domus, quam domificator habet in
mente, & eiusmodi finis reducitur ad
causam efficientem, eò nimirum, quia
mouet agens ad executionem boni in-
tenti; quandoque autem accipitur pro
re intenta ab agente, quo in sensu, do-
mum ab artifice intentam finem perpē-
dimus *gratia cuius agit domificatur*,

Secundo obseruat Doctor, eiusmodi
rem intentam ab agente, seu finem *gra-
tia cuius*, quandoque intendi appetitu
animali, qui est cognitio determinans
agentem, vt quando domificator inten-
dit domum, quandoq; intenditur appe-
titu naturali, qui est inclinatio, seu im-
petus formæ substantialis grauis, seu gra-
uitatis.

Tertio obseruat Doctor, prædictum
finem sumptum pro bono intēto ab ip-
so agente, quidam intendi intentione
primaria, quidam verò secundaria: finis
intentus primaria intentione, est ille,
quem agens principaliter intendit; finis
autem secundaria intentione intentus,
est ille, qui minus principaliter intendi-
tur ab agente. Exempla tradit Scotus
huius vtriusque finis dicens: *ignis*, in
agendo primaria intentione intēdit as-
similationem passī, sed secundaria intē-
tione intendit corruptionem sui con-
trarij; Similiter intelligentiæ, & corpo-
ra cęlestia principaliter, seu primaria in-
tentione agunt propter Deum, & Deus
propter seipsum; minus autem princi-
paliter, vel secundaria intentione agunt
propter ista inferiora. *Differunt autem*,
inquit, *isti fines abinuicem*, in eo, quod fi-
nis primaria intentione est æquè nobi-
lis, vel nobilior ordinatis ad finem; sed
hoc non est verum de fine secundariæ in-
tentionis, quia ista inferiora sunt minus
nobilia Deo, & intelligentijs, qui tamē
agunt secundaria intentione propter
hęc sublunaria.

Quarto obseruat Doctor, finem, alium
esse *gratia cuius*, & alium *quo*: prior ille
est finis principaliter intentus ab agen-
te; posterior autem est mediata quo in-
tenditur prior, & principalis, nempe fi-
nis *gratia cuius*, vt verbi gratiā, si quis
intuitu sanitatis instaurandæ laboret in
colendo hortulo, irrigandouè, vt flores
frondescant, tunc sanitas erit finis prin-
cipalis *gratia cuius*, frondositas horum
etiam erit finis *gratia cuius*, licet minus
principalis; labor verò, fatigatio, &c.
erit finis *quo* acquiritur sanitas.

Sed contra (inquit Scotus) *omnis finis*
gratia cuius est finis *quo*, igitur diuisio
rui. Cōsequētia benè infertur, quia bo-
næ diuisiois membra debent ab inuicē
separari, saltem particulariter: antece-
dens autem probatur, quia si esset ali-
quis finis *gratia cuius*, qui non esset finis
quo, maximè esset Deus, atqui est finis
quo omnia fiunt, & sunt: ergo. Respon-
det negando antecedens, eiusque pro-
bationem. Deus enim est finis gratia cu-
ius, & nullò modo est finis *quo*.

Obiic. Scoti
sibi ipsi.

Respond.

Sed contra: hæc est vera propositio,
Deus est quo omnia fiunt, vel fiunt, sed ly,
id quo, videtur coincidere cum hoc ter-
mino *finis quo*: ergo. Respondet Doctor
maiolem esse veram, si ly, *id quo*, deno-
tet causam efficiētem principalem, fal-
sam verò, si denotet causam instrumen-
talem: ex quo manifestè sequitur mino-
rem syllogismi esse falsam.

Contra

Respond.

Quinto obseruat Doctor, finem, aliū
esse generationis, & alium rei genitæ: fi-
nis generationis est forma substantialis
rei genitæ, sed finis rei genitæ est ipsa
res genita, vel operatio ipsius, vt fœlici-
tas est finis hominis, vel saltem esse fœli-
cem, vel esse perfectum per operatio-
nem est finis rei generatæ.

Dico primo: finem esse causam. Hanc
cōclusionē probat Scotus. Illud est cau-
sa propter quod alterum est, vt patet ex
definitione causę: sed propter finem al-
terum est: igitur finis erit causa. Minore
declarat, quia propter sanitatē est la-
bor, indè manifestè sequitur sanitatem
esse causam laboris, non quidem in ge-
nere efficiētis, quia efficiēs præcedit tē-
pore suū effectū, vel saltē simul est cum
effectu; sanitas autē non præcedit, immò
sequitur laborem: & tandem neque la-
bor est propter sanitatē tanquā prop-
ter materiā, vel formā; igitur erit prop-
ter ipsam tanquā propter finem.

1. Conclus.
Scot. 2. Phys.
9.9.

Ecce

Ecce igitur, quomodo tam labor medici, medicaminum applicatorius, quam labor, & lassitudo, qua ipse infirmus fatigatur, & lacescit est medium ordinatum ad sanitatem aucupandam, prædictum igitur laborem, qui mediū est ordinatum ad salutis recuperationē, appellat Scotus alio nomine *finem quo*, idquē haud in confuso; nam si percontemur virum nobilem, quare amplectatur lassitudinem in cultu agri, vel hortuli? amplector eam cum hac intentione, & fine, ut ipsa sit mediū sanitatis restauratiuū; ipsa porro lassitudo, & cultus agri, seu fatigatio terminans illam intentionem, merito appellatur finis. inquam *quo* acquiratur sanitas, quæ rationē finis præcipui, & *gratia cuius* omnia operi mandantur.

Secundò probat Scotus eandem conclusionem. Illud sortitur rationem veræ causæ, per quod responderetur conuenienter ad quæstionem querentē, *propter quid est hoc*; sed huic quæstioni conuenienter, & aptè respōdetur per ipsum *finem*: ergo finis sortitur rationem veræ causæ. Maior est nota, nam quæstio *propter quid* causam quærit, & sciscitatur. Minor etiam patet: quia si quæretur *propter quid Socrates laborat*, respōdetur, *ut sanus efficiatur*.

2. Conc. Inf.
Scent. ibidē.

Secundò dico: quamlibet rem mundi agere naturaliter propter seipsam, tanquam propter finem principaliter intentum, & primariæ intentione: & dico *notabiliter*, addit Scotus, *naturaliter*, quia aliquis voluntariè potest eligere alium finem propter quem principaliter agit, ut putat Deum. Hanc conclusionem sic explicatā probat Doctor hac ratione: quælibet res mundi agit naturaliter propter illud, quod est sibi maximè bonum, & summè dilectum naturali, videlicet, vel animali dilectione, vel volitione voluntaria; sed quælibet res est sibi ipsi summè bona, & maxime dilecta; igitur quælibet res mundi operabitur, & aget naturaliter propter seipsam. Maior est nota: quia propter hoc dicimus, inquit Scotus, quod Deus agit propter seipsum. Minor etiam patet ex Commentatore in calce 2: Physi. quia quælibet res diligit, & vult naturali appetitu seipsam permanere, & esse inquantū potest; igitur si aliquid aliud magis diligeret esse, quam seipsam, sequeretur quod aliquid aliud magis diligeret, quam potest diligere; hoc autem

Auēr. 2.
Phyl.

implicat contradictionem: ergo signum est nullam mundi rem naturali amore diligere aliquid aliud plus quā se ipsam; immo è cōtra se metipsam diligere maiori, ac intensiori amore naturali, quam omnes alias mundi res, etiam quam ipsum Deum; quia ipsamet sibi, inquit Scotus, est summè bona, & maxime dilecta, & sic magis diligit sui conseruationem, quam cuiuscumquē, alterius rei: etiam ipsius Dei: adeò, ut huius conseruationē velit, & diligit tanquam medium necessarium ad sui conseruationem.

Hanc porro concludit Doctor (ut dictum est) quamlibet mundi rem agere naturaliter propter seipsam tanquam propter finem principaliter intentum, & primariæ intentione. Secundò probat Scotus eandem conclusionem sic: imminētī casu, non esse alicuius rei, illa res potius fugeret suum non esse, quam non esse alterius rei: igitur mavult se esse, quam aliam rem esse. Porro quæuis mundi res naturali amore magis diligit suum esse, quam alterius cuiuscunque rei.

Contra primā conclusionem arguit Scotus: principium, & causa sunt idē; sed finis non est principium, igitur nequē causa esse poterit. Maior patet per quid nominis istorum terminorum *causa, & principium*. Minor etiam est nota; quia principium, & finis ex oppositō distinguntur. Respondet Scotus: in argumento tam finem, quam principium sumi æquiuocē, & constitit in 5. notabili, formam substantialem esse finē generationis, ipsam verò rem genitam esse finem sui ipsius, quod enim ipsa intendit, est se se conseruare, & sine interitu esse: etiam ibidem diximus finem rei genitæ esse operationem ipsius, ut finis, & scopus ignis est calefacere, et ignire, per has siquidem operationes cōstituitur in esse perfecti accidentaliter, & homo constituitur felix, & perfectus vltimatè supernaturaliter per visionem, & fruitionem diuinæ essentia.

Circa formam substantialem notato obijcitur; quod ipsa vniocē est principium generationis, & æquiuocē est finis eius; ideò cōsultò inquit Scotus hic principium, finemq; accipi æquiuocē.

Secundò arguit: vel finis est causa effectus, quando est, vel quando nō est? &c. Respondeo cum Scoto, quod quando finis est substantia, tunc finis est causa quando est, quo in euentu finis, & effectus

Obiectio. 1.

Respond.

Obiectio. 2.

Resp.

Eius suat simul. Notato verba Scoti. *Et isto modo causa finalis, & eius effectus sunt simul; immò aliquis finis praeexistit effectus sicut Deus: quando autè finis non est substantia: isto modo inquit, conceditur, quòd finis non est.* Vt sanitas est causa laboris medici, & applicationis medicinæ, ipsa enim apprehensa mouet metaphoricè medicum ad laborem, & sic est causa finalis, talis laboris; immò ipsa, vt apprehensa, est causa sui ipsius, vt executioni mandata; & tandem ipsa salus executioni mandata, & recuperata est effectus salutis vt apprehensè.

Contra.

Sed còtra addit Scotus: *finis est, perfectior, nobilior, & melior ordinatis ad finem; atqui sanitas cum sit qualitas, & accidens, non est nobilior, & melior medico, & infirmo satagentibus de ipsa recuperanda, & perconsequens ordinatis ad ipsam; ergo nequibit esse finis.* Similiter felicitas, cum sit accidens est ignobilior homine ordinato ad ipsam; ergo non poterit esse finis eius, Respòdet Scotus, *quod homo felix est melior, quàm homo sine felicitate, & ita homo agit vt sit felix perfelicitatem, similiter homo sanus est melior infirmo, & sic medicus agit propter sanum faciendum hominem.*

Resp.

1. Resp.

Etiã fortassis, posset responderi, quòd sanitas solum est finis laboris, & applicationis medicinæ; labor autem, & applicatio; immò, & virtus medicaminis est qualitas; sed standum est responsioni Scoti, in cuius littera complura mēdaria Typographus ex ignorātia inseruit. An verò sit necessarium, quod intentio expressa finis precedat electionem mediorum, iam diximus to. 2. disp. 6. Sect. 7. Responsione ad 1. argumentū.

SECTIO II.

Quasnam prafatus finis subeat diuisiones?

CRediderim plerasq; superioris Sectionis partitiones potius recēsum iri nominis æquiuoci enumerationes, quàm termini cuiuspiam vniuoci diuisiones: enim verò, quemadmodum hoc nomen *canis* latrabile dumtaxat vniuocat, *lydus* autem cœleste, & *pisces* ma-

rium æquiuocat, perindè hoc nomen *finis* finalem causam tenus, seù illud cuius gratia aliquid fit, aut est vniuocè, præfert extremum autem cuiuscumque rei secus, vt potè hominis mortem, diei vesperam, punctum lineæ, & alia id genus.

Extat apud Aristotem 2. de Anima cap. 4. egregia huiusmodi diuisio, *το δὲ ἐν τῷ ἀποφρακτικῷ, το μετῶ, το δὲ α,* hanc hinc ternis Græcis latè distributionem, sic verterunt Salas disputat. 2. sectione 1. & Vazquez eadem disputatione cap. 3. *Illud verò cuius gratia, duplex, aliud cuius, aliud cui,* quam vtique versionem Lorca consultò disp. 1. nititur labefactare, quasi nugacem, incitè ipsū diuisum cum membrorum altero confundentem, vt satis liquet exemplo: *Illud cuius gratia duplex, aliud cuius gratia, & aliud cui,* quàm obrem solidius antiqui interpretes verterunt. Argypopolus, *illud cuius gratia duplex, aliud cui, & aliud quo* in ablatiuo. Periomus autem quò aduerbialiter.

2. de Anima cap. 4.

Salas disp. 2. sect. 1. & Vazq. eadem disputatione cap. 3. Lorca disputat. 1.

Argypopolus Periomus

Sanè vtraquè sic enucleata trāslatio, & rationi, & menti Aristotelicæ serid consonat, vt mox patebit, dū aduersariorum obiectioni responderimus.

Possent autem nobis hoc argumentum obijcere *ov* est genitiuus articuli relatiui; igitur transferendus est *cuius*, & non *quo*. Respòdeo nixus Doctrinæ Petri à Lorca, concessio antecedenti, & negando consecutionem; cum enim Græci ablatiuo casu careant, inde efficitur vt genitiuo indifferenter promiuiuè vratur, tam pro ablatiuo, quàm pro genitiuo. Quamorem scitissimè Argypopolus vertit *quo* in ablatiuo. Idem dicendū est de Perioimo transferente, *quo* aduerbialiter, Græcis quidem genitiuus articuli relatiui est aduerbium loci, perindè atque Latinis ablatiuus nominis relatiui *quo* indeclinabiliter sumptus.

Obiectiq;

Resp.

Venusta porrò, & grauis vndequaquè est prafata vtraquè antiquorum versio *quo* in ablatiuo, & *quò* aduerbialiter.

Contra verò nugax, & superuacaneā recentiorum translatio, vt patet.

Aliā experimur in Scholis satis per-vulgaratam, tūm peruetustam huiusmodi diuisionem *finis*, alius *qui*, & alius *cui*, quæ ni fallor apprimè Scotum cernitur cōsuluisse, in 1. sent. d. 1. q. 5. illis verbis: *Præter actum desiderij (qui est respectu non habiti) quo viator iustus appetit Deū actu*

Scō. 1. d. 1. q. 3.

actu concupiscentiæ; habet iustus alium actum amicitiae, volendo Deo bene esse. Quis non videat in priori illo actu concupiscentiæ Deum esse finem qui, iustum verò viatorem finem cui, & utriquè sunt fines iusti concupiscentis, & volentis, hic enim ipsos præintendit adeo, ut ly bene esse nullatenus finis Dei æstimari fas sit, sed ipsius iusti, ut dictum est. Notanda sunt verba Scoti in citata 5. q. num. 6. Quomodo Deus dicitur agere propter finem? Respondeo respectu nullius est causa finalis aliqua, nisi respectu cuius est causa efficiens; quia causalitas causæ finalis est mouere efficiens ad agendum, Dei igitur inefficibilis nihil est causa finalis: sed illud primum dictum vulgatum debet intelligi; quod agit propter finem effectus, non propter finem sui.

Rursus frequens est Theologis finem qui ni formalem, & in obiectiuum secer- nere, cuius utriquè diuisionis meminisse inspicitur Philof. c. 3. magnorū moraliū. *Finis nō est simplex, sed duplex: est enim finis operatio, vsusque quasi dixisset: ne- dum res ipsa; sed operatio in eam ter- minata, vsusque ac eius obtenta posses- sio, finis sortitur rationem: ut verbi gra- tia, non tantum pecunia, sed, & eius in- humato marisupio abscoſa possessio, fi- nis dicitur esse cupidi Cananæi: pecunia quidem finis obiectiuus, possessio verò vsusque finis formalis.*

Idem dicendum est de iusto beando, finem nempe eius obiectiuum esse Deū, formalem verò visionem clarā, seu frui- tionem gigantem. Consultit nobis Sco- tus in calce q. 8. dist. 49. *potest autem di- ci, quod Deus est finis in quantum termi- nat operationes creaturæ beatificabilis, Et superiusculè non enim est Deus beatitudo formaliter, licet propter se det beatitudi- nem, paulo superius nō est Deus, nisi cau- sa finalis: item ibidem finis quandoq; ac- cipitur pro causa finali, quandoque pro ope- ratione vltima: quasi diceret: finis obie- ctiuus est ipse Deus. Formalis, possessio eius per visionē, & fruitionem creaturæ beatificabili insita.*

Idem dicendum est de bona valetudi- ne, quam medicus infirmo restaurare sa- tagit, ipsa siquidem finis obiectiuus cū sit, eius præoptata cōsecutio, finis for- malis recensabitur; nequè officit quod hæc eadem valetudinis auidè expetita possessio si seorsum cogitetur finis obie- ctiuus nomen sortiri possit, satis super-

que nobis est, ad vitandas prolixas, va- galque præcisiones, quod ipsa quatenus necessariò concernit sanitatē, finis for- malis, & nihil præterea sit: & aliòqui vtimur idiomate Scoti, qui inter finem formalem, & obiectiuum nullum ponit discrimen. Vel si maui inter beatitudi- nem formalem, & obiectiuam, frequen- ter hisce vtens terminis distinguit.

Ex dictis intulerim: finem qui for- malem coincidere cum fine quo in abla- tiuo, cū non nisi ipso medio, finis qui obiectiuus iungi, præsensque constitui possit fini cui: nonnè per possessionem, & vsum pecunia iungitur Cananæo; & per actualement in hærentiā calor subiecto calefaciundo? ergo finis qui formalis nō secerntur à fine quo in hablatiuo, cuius ingenue meminit Argyropolis.

Secundò intulerim: finem qui obie- tum in identidem migrare cum fine quò aduerbialiter sumpto, ut patet intuenti; sanitas siquidem est quo medicus suis in operationibus, & Deus est quo vir per- git timoratus; pecunia in crumena re- condenda quo cupidus Cananæus, & tã- dem calor ignis quo subiectum petit ca- lefaciundum; igitur finis qui obiectiuus, & finis, quò aduerbialiter Perioni non di- stinguuntur inter se.

Tertiò necessariò inferendum est: ex fine qui obiectiuo, & ex fine qui formali, seu quo in auferendi casu, vnum emer- gere finem qui totalem ex vtroquè con- flatum, commigrantem etiam cum fine quo aduerbialiter in identidem.

Tandem necesse est colligere, ex hoc fine totali qui, seu quo, & in fine cui con- flatu vnum integerrimum gratia cuius, seu finem qui, & quò aduerbialiter sum- ptum.

Totalis porrò finis à Cananæo præ- optatus est semet ut pecuniā possidens, & locuples effectus: & totalis finis ho- minis frigore argentis est ipse propè ig- nem ut calefiat constitutus, & calore iã sufficienter fortus.

Similiter; totale cuius gratia medici est infirmus in salutem restitutus.

Tandem, totalis finis christicola bea- ri inhiantis est ipse iam Deo fruens, illū intuens. Ecce igitur quomodo totalis fi- nis, seu totale cuius gratia ex fine qui, & cui emergit: hæc enim omnia aded nec- cessariò inuicem connectuntur, ut vnum sine altero nequeat esse amoris obiectū, eiusque totalis finis.

1. Conclu.

2. Conclu.

3. Conclu.

4. Conclu.

Scot. 4. d. 49.
q. 3. in calc.

SECTIO III.

Utrum cui horum conueniat ratio finis, potissimum fini cui, vel an potius fini qui?

1. Opin.
Hercæus
quodl. 2. q.
1.

Gabriel 2.
disp. 1. q. 5.
artic. 1. &
Ocham in
2. q. 3. ar. 1.

Heræus quodlibeto 2. q. 1. existimat naturā, & essentiā finis adeò praestantiori fundamēto ascriptum iri fini cui, vt finis qui instrumentum eius ceteri debeat, & nihil præterea. Eamdem fermè sententiam amplexati sunt Gabriel in 2. dist. 1. q. 5. art. 1. & noster Ochamus in 2. q. 3. art. 1. quā hisce suadent argumentis.

Primum est: nusquam finis propriè, & strictè sumptus amatur propter aliū; atqui finis qui amatur propter finē cui: igitur hic erit finis vniocè, ille minimè. Minor experimento constat: nām sanitas amatur quatenus homini est familiaris, optima, ac necessaria: numi aurei, quia Cananēū ditant, & calor ignis, quia frigida membra fouet, ciboque ac pulmentum decoquit. Igitur finis qui vt relatus ad finem cui diligitur, & non absolutè.

Secundum argumentum: illud æstimatur propriè finis, quod simpliciter amatur, sed finis cui simpliciter amatur, finis autem qui non nisi secundum quid; ergo.

Tertium argumentum: amor finis propriè dicti nunquam supponit amorem alterius; sed amor finis qui supponit amorem finis cui; ergo iste, & nō ille obrinet finis vniocī rationem.

Quartum argumentum: bonum, quod alicui exopto, & opere exhibeo, est meus effectus, sed finis qui nihil aliud est præter optatum amico bonum; ergo finis qui sic auidè optatus dicitur effectus meus. Tunc sic: omnis huiusmodi effectus habet causam finalem, non quippè, a liam nisi finem cui; ergo hic erit finis illius, & per consequens finis qui, potius dicitur medium ordinatum ad finē cui. Confirmatur, quia amor agentis non fit in illo, sed potius in fine cui.

2. Opin.

Secunda sententia docet finem qui, nempe vltimum bonum alicui subiecto optatum, appellatum iri propriè, & strictè finem, subiectum verò cui hanc expe-

timus perfectionem, latè dumtaxat finē nuncupari. Hæc opinio videtur consuluisse Scotum 2. Phys. q. 9. vt satis liquet in primo fundamento primæ nostræ Sectionis illis in verbis, *finis quandoque accipitur pro re intēta ab agente, quo in sensu, domum ab artifice intentam, finem perpendimus gratia cui agit domificator.* Eādem sententiam videtur amplecti multis in locis quatuor sententiariū. Ex Neothericis autem nituntur eam defendere Vazquez disp. 2. & Salas ibidem Sect. 1. his conuincti rationibus.

Scot. 2. Phys.
q. 9.

Vazq. disp.
2. Salas ibi
dem. sect. 1.

Prima est; finis cui est subiectum; atqui subiectum nō est propriè finis: ergo.

Secunda ratio; Aristoteles 2. post. cap. 11. & 2. Phys. cap. 2. 3. & 5. ponens exempla de fine, non meminit finis cui, sed tantum boni, quod rei opratur, vnde illo cap. 3. ait: *finem esse bonū rei.* Idem patet 2. Phys. cap. 7. vbi docet *finem esse primum in intentione, & vltimū in executione*, quod fini cui non competit, & addit *finem coincidere cum forma*, quæ est effectus agentis, & insinuat finem cui nō esse propriè finem. Notanda sunt verba Philosophi 2. Phys. cap. 2. textu 24. *Vimur tanquā propter nos, omnibus quæ sunt, sumus enim quodam modo, & nos fines*, igitur finis cui non est simpliciter finis, sed secundum quid.

2. Post. ca.
11. & 2.
Phys. c. 2.
3. & 5.

2. Phys. ca.
24.

Tertia ratio: finis propriè dictus intendi, & obrineri dicitur, finis autem cui non intenditur neque obrinetur.

Quarta ratio: habito fine propriè dicto cessat motus; sed habito fine cui non cessat motus: ergo non est finis propriè dictus.

Quinta ratio: alioquin dicendum esset hominem esse finem visionis beatæ, & amoris Dei, & omnium aliarum operationū, & perfectionū; immò ipsius Dei qui est bonum amatum ipsi homini per spem, & amorem concupiscentiæ; immò & charitatis, si consideretur homo vt est aliquid Dei: consequens est inopinabile; ergo finis cui non est propriè finis. Et confirmatur quia Aristoteles 2. de Anima cap. 4. textu 35. subiectum cui optamus bonum, appellat finem indirectū.

2. de An. ca.
4. t. 35.

Tertiā sententiā docet in vtroque saluari veram, & propriam rationem finis. Ita Fonseca 5. Metaphys. cap. 2. q. 10. Coimbricenses 2. Phys. cap. 7. q. 20. art. 2. Suarez tomo. 1. Methaphis. dis. 23. Sect. 2. quorum etiam dicendi, modus consonus cernitur Doctrinæ Scoticæ la-

3. Opin.
Fonseca 5.
Metaph. c.
2. q. 10.
Coimbricæ
2. P. Phys. c.
7. q. 20. art.
2.

Snar. tom.
1 Methap.
disput. 23.
sect.

ta à nobis tomo. 2. Comment. in 4. disp.
4. Sect. 1. §. 2. vbi falsi sumus finem legis
humane esse bonum commune, finem au-
tem legis diuinae esse legislatorē ipsum.
Recognoscantur quę ibi dicuntur, & se-
ctionibus sequentibus de fine legum, &
virtutum. Hercle neminem latet com-
mune bonum rationem sortiri finis, qui,
Deum verò legis diuinae latorē finis cui;
vtrumque porro Scotus insinuat finem
esse vniocē.

Auct. to. 2.
in 4. disp.
4. sect. 1. §.
2.

Ad enodandam hanc controuersiam,
renocanda sunt in mentem, tūm, & in
epilogum lucidiorem plurā, quę con-
tinentur in 4. disputat. supra iam cita-
ta meorum in quartum Commentario-
rum tomi secundi; vbi variarum, & le-
gum, & virtutum, varios in medium
protulimus fines qui, & cui; enim verò
ibi in primis constitit finem vltimum qui
virtutis amicitiaē esse amabilitatem ami-
ci, finem verò cui ipsum amicum: me-
dia denique huic ordinata, esse perni-
tionem, se ù blandam amati illectionem,
lepidamque monitionem, quousque cō-
firmetur is, quem amore prosequimur
cum voluntate inquit Scotus, *alterius in*
licitis, & honestis, & amabilis tandem
fiat.

Ecce igitur, quę per media, quos per
gradus conscendit in scopum, finemque
vltimum, nempe in *amabilitatem*, tan-
quā in finem qui, in semet, denomina-
tum aut abilitatis, tanquā in finem cui,
& tandem in amabilem, tanquā in to-
tale denominatiuum, finemque qui in-
tegerritum ex vtroque coalitum.

Constitit etiam humanae legis finem
qui esse bonum commune, finem cui ip-
sam Rempublicam; totalem emergen-
tem esse Rempublicam probis institutis
studiosē gubernatam.

Contra verò finem vltimum legis di-
uinae esse eius latorē, quod vtiq̄ as-
sertum de fine cui intelligi debet: nām
finis qui ex legis obseruantia prominēs
est honor, & obsequium Deo latori ip-
sius legis præstitum, & totalis tan-
dem, finisque integerrimus ex vtroque
resultans est ipse lator legis, quatenus
honore affectus, & digno iucundus ob-
sequio.

Item in resolutione Sectionis sex-
tae falsi sumus, iustitię punitiæ, se ù
vindictiæ finem qui esse obseruantiam
ipsius legis punitiæ; finem verò cui, esse
ipsam legem punitiuam; & finem

demum totalem ex vtroque euectum
qui, esse legem eandem, vt obserua-
tam.

Vel si mauis, dicito (etiam cum Sco-
to) finem qui iustitię vindicatricis esse
commutationem culpæ in pœnam, se ù
iustam inter ipsas correspondentiam,
finem verò cui ipsum peccatum, vt de-
nominatum talis iustæ correspondentiæ,
se ù commutationis; finem denique to-
talem ex vtroque conflatum, totumque
denominatiuum ex vtraque denomina-
te correspondentia, & ex denominato
peccato resiliens esse culpam, vt com-
mutatam ex pœna multatā; notato ver-
ba Scoti distinct. 14. quæstion. 1. *Sim-
pliciter melius est peccatorem non corre-
ctum esse in pœna, quā sine pœna; quia
in primo est aliquid boni, scilicet corres-
pondentia iusta pœna ad culpam, sed
in secundo esset ipsa malitia, scilicet cul-
pa, & impunita.* Item, *culpa reordinatur
per penam.* Hęc igitur reordinatio est
finis qui, culpa finis cui, in sensu supra
explorato.

Vel si maueris, dicito finem cui esse
peccatorem pro formali sumptū, vt de-
nominatum iustæ pœnæ, & castigatio-
nis denominantis illum castigatum, &
finem totalem, totumque *denominatiuum*
esse peccatorem, vt pœna temporali, vel
æterna reordinatum.

Secundò est notandum: finis forma-
lem rationē ianiti penes media, se ù ver-
sus agentem per media; adeò, vt illi hęc
conferatur optima definitio, *finis est ad
quem per media conscendit agens:* quò au-
tem ratio finis sit eiusmodi respectus. pa-
tet ex Doctore in 1. d. 1. q. 1. art. 4. *finis
est respectus, & iste respectus est ens ratio-
nis.*

Tertiò meminisse oportet illius asser-
ti Section. 8. citatæ 4. disp. actus nimirū
morales, & media specificari à fine, quę
præintendūt per se; nomine autem finis
specificatiui per se, intelleximus ibi finē
qui principaliter, vt exempli gratia, dūm
amicus noster cū sodali rixatus est, & à
familiaribus eius colloquio, iurgio separa-
tus, eum totis conatur viribus pristinū
restituere in statū, iam leniter obiurgā-
do, iam mulcedine monendo: hoc igitur
in euentu, lenis amati punitio, voluptuo-
sa mulcedo, & conformitas *cum volūta-
te alterius in licitis, & honestis* specificā-
tur ab amabilitate, tanquā à fine qui,
principaliter, secundariò autem, & mi-
nus

Scot. d. 14.
q. 1.

Scot. 2. d. 1.
q. 1. art. 4.

nus principaliter ab ipso amico, tanquã à fine *cui*; totali tandem specie, ac integerrima ab ipso totali *denominatio* amabili, ex *denominato*, & *denominante* fulgurante, tanquam à fine totali *qui*.

Similiter: forum in carcerem missio; indè extractorum verberatio, suspendiumue, specificantur ab ipsa legis punitiue obseruatione, siuè à correspondenti pœnæ ad culpam, tanquã a fine *qui*, & ab ipsa culpa, vel à peccatore pro formali sumpto, tanquã à fine *cui*. Nõnè media intra spherã virtutis amicitia, seù charitatis directã ad amari, tanquã ad finem *cui*, & media, & actus in ordine iustitiæ punitiue ducta in peccatorem, tanquã ad finem *cui*, specie distinguntur pœnes distinctionem peccatoris pro formali sumpti, & amicitia sanè.

1. Conclus.

Dico primò: fortassis nefas minimè esset, vt asseramus hoc non en *finis* eò vniuocatiouis gradu nuncupare, sibi que subiacere hos tres fines, repè duos partiales *qui*, & *cui*, & tertium inde prominente integerrimum *qui*; quo eiusmodi nomen *ens* vniuocat in Schola Doctoris Deum, & creaturas, substantias, tam incompletas, quã completas, & ipsa demùm accidentia; patet: quia quemadmodum materia prima, & forma, licet sint entia partialia vnius entis completi per se, nẽpè substantia, & nihilominus vniuocè prædicat *ens*; per fas erit, quòd licet *finis qui*, & *cui* integrent vnum totalem finem ex vtroq; conflatum, illud tamen non obesse, quò minus vniuocè prædicet hoc nomen *finis*, vel hoc nomen *cuius gratia*, perindè, atq; illud prædicat *finis* integerrimum ex vtroquè constans.

2. Conclu.

Secundò dico: probabilius crederem finem in communi esse genus infimum respectu harũ trium specierum, perindè atquè vniuersum Logicum ad quinque prædicabilia; quemadmodum enim hic nõ officit speciem, vt modus, esse quidpiam totum compositum ex primò, & tertio prædicabilibus, nẽpè ex genere, & differentia vt *modus*, quò minus hæc duo æquè vniuocè prædicent *vniuersum*; ita tibi compositio vnius tertij ex duobus non præcludit aditum, prædicationi vniuocè *finis* in communi de tribus speciebus.

Secundò: sicuti totalis intentio agentis immediatè pertingens finem *qui* integerrimum ex vtroquè *cui*, & *qui* par-

tiali conflatum, & indè ad media descendens est simpliciter *intentio*; ira partialis intentio immediatè conscendens finè partialè *qui*, & indè ad media icũ retorquès est simpliciter, & vniuocè *intètio*; & tandè partialis alia *intètio* immediatè carpens finè partialem *cui*, & indè flectès ad media, est simpliciter, & vniuocè *intètio*; ergo eiusmodi tres fines hifce arrepti intentionibus, vniuocè prædicabunt hoc nomen *finis*, seù nomen *cuius gratia*. Sicuti (inquam) totalis *intètio* à totali fine totaliter exhausta per executionem directã per media est simpliciter *intentio*, ita partiales intentiones, quas illi duo partiales fines exhauriunt, simpliciter, & vniuocè prædicant nomen *intentio*; ergo, & fines hæc exhaustantes intentiones, vniuocè prædicabunt nomen *finis*, seù nomen *gratia cuius*: medicus namquè, & *gratia* sanitatis, & *gratia* hominis infirmi, artè exercet, & medicamina adhibet; *gratia* inquam hominis reuocandi ad sanitatem, & *gratia* sanitatis restaurandæ homini, vt probatum est supra.

Figè pedem in vniuocatione vniuersi logici ad quinque prædicabilia, vbi istæ sunt veræ, & ingenuæ prædicationes: *animal est vniuersum, vt modus*, *homo est vniuersum, vt modus*: *rationalitas est vniuersum, vt modus*, cum tamen animal se habeat vt pars materialis, & rationalitas, vt pars formalis respectu hominis: & his prædicationibus denominatiuè, & vt *modus* astructis, legitimè conceditur ad prædicationes vt *quid* sic: *ergo genus est vniuersum, species est vniuersum, differentia est vniuersum*: ita in proposito licet sanitas se habeat, vt forma, & homo vt materia respectu sani, id non officit, quò minus istæ sint vniuocæ prædicationes; *sanitas est finis, vt modus*: *homo sanabilis est finis, vt modus*: *sanus est finis, vt modus* intra artem medicinæ.

Similiter istæ alia, *amabilitas est finis denominatiuè*, & vt *modus*: *amicus est finis denominatiuè*, & vt *modus*: *amabilis est finis denominatiuè*, & vt *modus* in serie charitatis, & virtutis amicitia.

Item *reordinatio*, seù *iusta*, pœnæ ad culpam correspondentia *est finis vt modus*: *peccatum*, seù *peccator pro formali est finis, vt modus*, *punitus*, seù *reordinatus est finis, vt modus* intra latitudinem iustitiæ punitiue.

Hinc facilis est voluntas ad prædicationes ut quod, hac ratione. *Finis qui, est finis, vel cuius gratia. Finis cui, est finis, vel cuius gratia. Finis totalis ex utroque, est finis, vel cuius gratia*; igitur finis in communi est genus vniucum vniucās has tres species.

4. Conclus.

Quartò dico: probabile esse illud vulgare in Scholis crebrò resonans axioma: *finis est primam in intentione, & ultimum in executione*: vniucè verificari de his tribus speciebus: hæc contra recentiores Vazquez, Lerca, & Salas locis in citatis, ubi ad finem qui illud arctando, denegant finis cui. Et probatur, quia ut supra ostensum est, agentis intentio verè nedum finem qui, verum, & ipsum cui arripit, & indè descendit ad media remotiora, ibique explicit, & exindè executio orsum carpens, scandit per media inferiora ad superiora, finique ipsi proximiora, & tandem ad ipsum usque finem cui; ergo verè finis cui est primus in intentione, & ultimus in executione.

Obiectio.

Sed contrà: finis qui simpliciter producitur; finis autem cui non nisi subiectiuè, & secundum quid; ergo non erit executio simpliciter, & vniucè.

Resp.

Responderi potest negando consecutionem; licet enim in genere productionis sit secundum quid, in genere executionis est simpliciter executio: sicuti dū iussu Magistratus carnifex interficit homines, ibi vera finis qui executio datur, & tamen non producitur, immò est productæ vitæ privatio; ergo productio nec consulit, nec detrahit vniucæ finis executioni.

Vndè antecedēs argumenti æqui pollet particulari; non enim finis qui semper producitur, ut patet in exemplo lato de noxio interfecto.

Executio porrò finis cui est quasi adductina hominis infirmi ad sanitatem, amici ad amabilitatem, peccatoris ad reordinationem, & hoc satis est, ut vniucè sit executio. Idem dicendum est de illo Ethic. 3. axioma, *quod est ultimum in consultatione, est primum in generatione*. Ac si dixisset; medium remotius, & ultimum in consultatione, & in intentione voluntatis, est primum vndè inchoat executio, tam versus finem cui, quam erga finem qui.

Ethic. 3.

(.?)

Ad argumenta prioris sententiæ.

AD maiorem primi argumenti dico: Anspiam finem propriè dictum, & strictim sumptum amari tanquam medium alterius finis adoptiuum: benè tamen, ceu formam illius perfectiuam; finis igitur qui amatur tanquam bonum perfectiuum finis cui.

Ad secundum respondeo: amorem finis propriè dicti nunquam in ratione medij supponere amorem alterius ut sui fines, potest tamen in ratione perfectibilis supponere amorem sui perfectiui, ut accidit in præsentiarum, idque iure optimo; nam finis qui est perfectiuus finis cui.

Secundò potest responderi ad minorem: finem qui per prius amari, ut perfectum, & posterius ut perfectiuum; ut sanitas per prius diligitur ut sanitas & perfectio in sua specie, & posterius amatur ut sanativa, & perfectiva.

Ad tertium; negatur minor, immò finis qui simpliciter amatur, ut pater.

Ad quartum respondeo distinguendo minorem prosyllogismi: talis enim effectus vltimus opere à me exhibitus dupliciter considerari potest, vno modo ut in intentione, alio modo in executione; in prima consideratione est causa finalis sui, & in secunda est effectus sui ipsius. Consultit nobis Scotus q. 4. prologi, §. aliter, dicens: *finis est causa prima inter omnes secundum Auicenam 6. Methaphys. in quantum amatus, & desideratus mouet efficiens ad efficiendum.*

Scot. q. 4.
Prologi
Auicen. 6.
Methaph.

Ad argumenta secundæ sententiæ.

AD primū: negatur minor propositio, quod enim finis cui sit subiectū perfectibile, & finis qui forma illius perfectiua, non officit, quò minus yterque vniucè sit finis. Fauet nobis Scotus in 4. d. 3. q. vnica. §. ad questionem, dicens: *Proles religiosè educanda, si sequatur est bonum extrinsecum matrimonij, tanquam finis principalis.* Finis nimirum totalis ex religiosa educatione, tanquam ex fine qui, & ex prole legitima, tanquam ex fine cui assurgens.

Scot. 4. d.
3. q. vnt.

Ad

Ad secundum respondeo: quòd sicuti in genere animalis crebrior est disputatio, tum, & exemplificatio de homine, quàm de cæteris animalibus; ita in genere finis, frequentius exempla, & documenta de fine *qui* circumferuntur, quàm de fine *cui*; indè tamen non sequitur ipsam rationem finis vniuoci, & murem, ranamque animalis essentiam fugere.

Ad confirmationem ex 2. Phys. cap. 7. dico: illud axioma etiam verificari de fine *cui*, æquè enim intentionem ingreditur, & executionem, vt patet ex supra dictis, enim verò medicus mox initio infirmum sanitati restituere intendit, & vltimo de facto restituit.

Ad secundam confirmationem de fine coincidente cum forma, respondeo: ibi mentionem fieri de specie determinata finis *qui*, non de genere.

Ad tertiam confirmationem respondet Fonseca: ly *quodammodo* ita sumptum iri, vt vniuocam finis rationem non imminuat, sed distinctos modos, seù diuersas vtriusq; finis *qui*, & *cui* præferat species. Vult enim sibi *sumus enim, & nos fines eorum, quæ arte fiunt, sed alio modo.*

Ad quartam confirmationem dico: nõ solum finem *qui*, sed, & finem *cui*, dici generationis extremum subiectiuè, & præintantum ab agente, & executioni præstitutum vltimatè; quòd satis superque est ad rationem finis, quia simpliciter est *executio*, vt supra paruit.

Ad quartum negatur minor; immò obtento fine *cui*, cessat motus; nõam restituito infirmo sanitati, cessat medicaminum applicatio.

Ad quintum negatur sequela; qui enim ordinatè Deum diligit amore concupiscentiæ, cætenus eum sibi in proprium commodum vult, vt se non velit tanquam finem Dei. Notato verba Scoti in 3. d. 26. q. vnica, *ad quæstionè igitur dico, quòd spes est virtus Theologica vnica, & distincta à fide, & charitate; experimur enim in nobis hunc actum, scilicet, desiderare bonum infinitum inesse nobis bonum, & hoc à Deo seipsum nobis liberaliter conferente, non quidem primo, sed propter aliquid aliud acceptum sibi ordinatum ad illud: vt propter merita iste actus est bonus, quia debite circumstantionatus.*

Obiect. 1. Sed vrgebis: ergo finis *cui* non est finis. Patet consecutio: quia homo in hoc euentu non est finis, quia non se vult tanquam finem.

Respondeo negando consecutionem, & ad probationem dico, quòd licet homo non se velit in hoc casu tanquam finem Dei, & visionis claræ; vult tamen se perfectum visione, & fruitione per merita, tanquam finem sui ipsius imperfecti perfectibilis. Sic explicuit Caieranus illud Aristotelis axioma, *vnun quodquè est propter suam operationem*, idest vnun quodquè est propter seipsum perfectum sua operatione: operatio enim cum sit finis *qui*, & operans finis *cui*, vnunquèdquè est propter seipsum operans: adeò, vt ly *se operans* sit finis *qui* integer, & cõpletus ex vtroque *cui*, & *qui*, vt supra dictum est.

Sed adhuc contendet quis, finem *cui* non esse vniuocè finem, hac ratione; finis *cui* verè ordinatur ad finem *qui*, tanquam finibilis ad finem finitiuum, vt homo infirmus ad sanitatem, homo creatus ad beatitudinem formalem, & obiectiuam, non verò è contra; Deus, & fruitio beata, & sanitas ordinantur ad fines *cui* sibi consocios, tanquam finibilis ad finitiuos: ergo fines *cui*, seù *quibus* non sunt vniuoce fines.

Respondeo negando consecutionem; genera enim infima, & intermedia verè ordinantur ad supremum, & non è contra; hoc tamen non officit, quin vtraque sint genera vniuocè per ordinem ad inferiora; ita in proposito, finis *cui* per ordinem ad media, & ad efficientem ascendentem per ipsa ad illum iure optimo vniuocè dicitur finis: patet; quia mox, vt peruertum est ad illum cessat ascensus, vt restituito infirmo sanitati cessat medicaminum applicatio, seù ascensus medici, & infirmi; totusq; motus. Speculare quæso, ingeniose Lector, quæ enucleata sunt, ceu bonus logicus.

Neotherici, Suarez, & Montesinos conueniunt nobiscum, dum fatentur finem *qui*, tam formalem, quam obiectiuum adeò celsi ordinis, vt potè Deum, eiusque claram visionem non esse finibilem à fine *cui* homine; dissident autem inter se, quòd Suarez docet, *quando finis cui est superior sine qui, sicut homo sanitate, aut sanatione, tunc finis cui est causa finalis respectu finis qui*. Montesinos autem docet finem *qui*, nempe sanitatem esse finem respectu finis *cui*, scilicet hominis, & è cõuersò finem *cui*, nempe hominem esse finem respectu finis *qui*, videlicet sanitatem.

Opin. Au-
tor.

Ego autem crederem, sanitatem eatenus esse finem qui finitium hominis sanabilis, ut non sit finibilis ab ipso: hoc autem non derogat: ut homo uniuocè, & simpliciter sit finis prout verè finit medicaminum applicationem, & victus rationem ad ipsum sanum, & incolumè seruandum ordinatas.

Fateor etiam: sanitatem esse principiū formale sani, & sanum esse effectum formalem sanitatis, & finem intrinsecū eius, sicuti album respectu albedinis.

SECTIO IV.

Vtrum finis moueat secundum esse reale, vel an secundum esse cognitum?

IN quarta Sectione disputation. quarta decreuimus obiectum cognitū cōfluere ad actus voluntatis in genere causæ finalis, ceterum sub qua ratione hunc præstet influxum, minimè differuimus. Hæc porro in præsentiarum superest difficultas enodanda.

1. Opinio.
Capreol in
2. d. 25. q. 1.
Meth. q. 3.

Quò circa est prima opinio Capreoli in 2. d. 25. q. 1. ar. 3. Pauli Soncinatis 5. Meth. q. 3 & aliorū, qui existimant finem esse obiectū in genere causæ finalis, humanæ voluntatis motiū secundum esse apprehensum, seu cognitū; in cuius utriusque sententiæ obsequium posset noster Scotus aduocari in 4. d. 6. q. 5. §. *ad aliud* dicens: *quāquam voluntas sit actiua, tamen intellectio, vel obiectum apprehensum est illud sine quo non.* Nunc igitur argumentum potest efformari huiusmodi: in genere causæ efficientis obiectum, & secundum esse reale, & secundum esse cognitum, utrobique est causa sine qua nō; ergo in genere causæ finalis erit causa simpliciter finalizans. Consecutio patet à simili de eodem obiecto secundū esse reale, nam non vrget maior ratio, quare huius effectiua causalitas sine qua nō, simpliciter sit causalitas in alio genere potius quàm effectiua influxus sine quo nō ipsius esse cognitū, ergo utriusquē influxus effectiui sine quo non erit simpliciter finalizatio.

Seco. 4. d. 6.
q. 5. §. Ad
qliud.

Suadetur autem hæc sententia his argumentis: primū habetur apud Gabrielem Vazquez, & est huiusmodi; bonum,

quod mouet voluntatem, & est obiectū ipsius. interdum est bonum apparēs: ergo tūc saltem ratio obiecti, quæ mouet, non erit esse reale ipsius, sed esse apprehensum, adeò, ut talis apprehensio non sit conditio, & causa sine qua non, sed ratio obiecti, ac proinde finis.

Secundum argumentum extrat apud Petrum à Lorca, & est huiusmodi: sola formalis ratio obiecti potest efficere distinctionem essentialem potentiariū; sed diuersitas apprehensionum distinguit voluntatem ab appetitu sensitiuo; ergo apprehensio est ratio obiecti. Minor declaratur; quò enim voluntas sequitur apprehensionem intellectus, appetitus autem sensitiuus cognitionem sensus, eò distinguuntur.

Tertium argumentum habetur ibidè: non solum appetitus rationalis à sensitiuo, sed, & diuersi voluntatis actus vidètur distingui sola cognitionis diuersitate, ut patet in charitate viæ, & patriæ inter se se longè distinctis, non aliundè, quàm ex parte apprehensionis Dei obscurè in via, & obtutu perspicuo in patria, & mehercule apprehensio eiusdem obiecti, ut absentis, & præsentis distinguit desiderium à delectatione.

Secunda sententia docet, finem esse obiectum motiui voluntatis in genere causæ finalis secundum suum esse reale, adeò, ut apprehensio solummodo sit conditio obiecti, & causa sine qua ipsum nulatenus posset applicari voluntati. Ita Petrus à Lorca disp. 2. & Gabriel Vazquez eadè in disp. c. 2. vbi licet ab utraque abhorrens sententia, in tertiā quandam inhiat volitare, alis tamen ruentibus, volatum nequibit arripere, atquè adeò idem tandè fixo pede hæsit opinioni, ut satis elucet ex eius verbis. *Conceptus obiectiuus in quem fertur voluntas est ratio formalis obiecti, sicut color est obiectum formale visus.* Er inferius, deinde dicendū est *conceptum formalem, sed cognitionem, & relationem cogniti in obiecto, & sine esse conditionem, & non pertinere ad rationem formalem obiecti.*

2. Opin.

Lorcadisp.
2. & Vazq.
disp. 2. c. 2.

Hæc sententia videtur consona menti Doctoris subtilis in 2. dist. 25. quaest. vnica, §. *ad primum*, dicens: *Appetibile mouet appetitum tantum metaphorice, & in 3. d. 15. q. vnica, §. aliter*, vbi sic habet, *ratio causandi delectationem est sola forma.*

Videtur esse
se Scot. in
2. d. 25. q.
vn. & in 3.
d. 15. q. vn.

Pro tutamine huius secundæ sententiæ

tiæ, hæc Petrus à Lorca præmittit præambula. *Conueniant, inquit Lorca, omnes finem ut moueat requirere esse reale verum, aut apparens, quia voluntas intendens aliquem finem, aliquid reale expetit, &c. quæ apud ipsum inuenies.*

Fund. huius Opin.

Probant autem hanc suam sententiã: finis, & quodcumque voluntatis obiectum, est obiectum, & mouet quatenus est bonum, & ratio formalis, qua mouet est bonitas, & illud in quo bonitas consistit; certum est autem res ipsas non habere bonitatem prout apprehensæ sunt, & cognoscuntur, sed secundum reale esse; non ergo apprehensio est ratio formalis obiecti voluntatis.

Et confirmatur: illud enim est obiectum formale, quod appetimus, & ad quod assequendum apponimus media, & propter quod operamur; hoc autem est bonum prout est in re, & non secundum esse apprehensum; qui enim sanitatem vt finem desiderat; non appetit eã, vt apprehensam, sed vt re ipsa est corporis perfectio, & ipsum in debito temperamento constituit.

3. Opin.

Tertiã sententiã est: voluntatem nostram moueri quidem motione metaphorica erga bonum verum, & bonum apparens, à reali, vel apparenti bonitate ipsius obiecti; erga bonum præstitutum, nulla obiectuali præuia, vel comite metaphorica motione inuehi vi Physica suæ libertatis.

Scotus vbi sup. & in 3. d. 15. q. vn. n. 2.

Primam huius sententiã partem tenet Scotus vbi supra, dum dicit: *Appetibile mouet appetitum tantum metaphoricè, & in 3. dist. 15. q. vnica, ratio causandi delectationem est sola forma absoluta, puta album perfectum, vel pulchrum.* Quibus in verbis ille terminus *ratio causandi*, licet in obiecto sensibili causalitatem præferat Physicam volitionis, seu appetitionis eliciundæ, in obiecto autem voluntatis rationalis metaphoricam dumtaxat innuit; cum præter ipsam voluntatẽ, nihil Physicè influat in liberam volitionem, vt supra edocuimus. Idẽ docet d. 33. q. vnica, num. 6. *Voluntas autem habet pro obiecto bonum ostensum ab intellectu.* quo vtique nomine *bonum* intelligit tam apparens, quam verum pro vt se se superiusculè explicuit, dicens: *bonum simpliciter non est obiectum voluntatis, quia tunc voluntas non posset habere actum circa bonum apparens.* Idem insinuat, quæst. 4: prologi num. 11. *Finis non est*

causa, nisi in quantum amatus, & desideratus mouet efficiens ad efficiendum, quatenus enim latet subter amorem, media quærit congrua, & quæsitæ perducit ad semetipsum, usquẽ in executionẽ, inquisitione nimirum, & directione metaphorica, mouẽdo metaphorica motione ipsum efficiens, ad quærendum, dirigendumque Physicè.

Est autem obiter notandum: quod si hic finis, qui prædicatur est verus, vel apparens, respectu talis dilectionis, non solum erit obiectum terminatiuum, verum etiam motiuum metaphoricè; si autem est finis præstitutus, obiectum dumtaxat terminatiuum, non verò motiuum, vt infra patebit.

Quantum igitur ad huius Scoticæ sententiã primam partem; certum esse crediderim in bono vero, & in bono apparenti ostensis ab intellectu, motiuitatem metaphorica voluntatis non niti ostensioni, sed bonitati verè, vel apparenter reali ipsius obiecti ostensi, vt verbigratia, sanitati in medicina, amabilitati amici in virtute amicitia, reordinationi peccatoris per condignam penam in iustitia punitiua, voluntatum mulcedini, (quæ finis, bonumque; apparens dicitur) in Epicurea, claræ Dei visioni in Anagogia, scientiæ, vel rei cognitioni in palestra litteraria; qui enim Salamanticam adit Theologiam discendi causa, antequam iter arripiat, & dispendia, scientiam mentis apprehendit, & hæc sic apprehensa scientia motione metaphorica excitat eius voluntatem ad sui desiderium, & viam carpendam. Hoc igitur in euentu ratio motrix voluntatis, non est apprehensio, sed scientiæ bonitas Salamanticæ adiscendæ.

Similiter: dum intellectus viri orthodoxi apprehendit formalem beatitudinem in clara visione consistentem, mox voluntas inhiat eius consecutioni, excitata, & ingenium eius in desiderium euecta, motu metaphorico sibi suborto, non quidem ab apprehensione, sed à bonitate ipsius visionis claræ. En igitur quomodo in utroquẽ bono vero scilicet, & apparenti motiuitas metaphorica non inest ostensioni, sed potius bonitati apparenter, seu verè reali.

Secundam suæ sententiã partem tenet Scotus in 1. dist. 1. q. 1. §. De tertio articulo, dicens: *de tertio articulo dico, quod obiectum fruitionis in communi est*

Scot. 1. d. q. 1.

Idem q. 4. Prologi n. 11.

finis ultimus, vel verus finis, qui scilicet est finis ultimus ex natura rei, vel apparens, qui se ostenditur a ratione errante, tanquam finis ultimus: vel finis praestitutus, quem scilicet voluntas ex libertate sua vult, tanquam finem ultimum. Manifeste insinuat Doctor nullam in fine praestituto dari metaphoricam motiuitatem praemiam amori, vel desiderio voluntatis eliciendo.

Certè nequè ipse intellectus erroneus potest voluntatem nostram pecuniarum fructione, & amore irreferibili ut cumque mulcere, ut in 5. disp. tom. 2. meorum in quartum Commentariorum ostendimus. Et nihilominus voluntas avari Cananæ ex sua libertate eas amat irreferibiliter ad alios scopos, uti ipsis fixe sistendo pedem, quo utique statu, ac irreferibili gradu, eas constituit in esse boni summi, & finis praefixi, nam antea nullum fruibile specimen praeferebant boni.

Lege tertium paragraphum citatæ Sectionis.

Ex his patet: falsam esse suppositionem Petri à Lorca, & aliorum, qui insinuant rationem obiecti, seu finis voluntatis saluari in bono vero, & apparenti: datur enim bonum praefixum, quod terminando amorem ex malitia voluntatis subortum constituitur in esse summi boni, & finis praefixi.

Fateor, veram esse aliam suppositionem, qua ostendunt finem, ut moueat requirere esse reale, aut apparens; nam omnis metaphorica praemotio ab aliquo ex his duobus esse ostenso per intellectum oritur.

Decipiuntur tamè isti Doctores dum autumant eiusmodi praemotioem necessariam exigi, ut voluntas in amorem prorumpat; nam (ut suprascriptum est) nulla in numo aureo ostensa praemia diligibilitate irreferibili, voluntas avari illum diligit irreferibiliter.

Utrum autem malum sub ratione mali possit diligi, inferius differtur disputandum.

Dico primò: in fine praestituto nullam dari, siue Physicam, siue metaphoricam motiuitatem voluntatis, amori, seu desiderio eliciendo praemia. Hæc conclusio est Scoti, & probatur nam ex dictis elucet nullam in ipso dari rationem boni, siue honesti, siue commodi, nullam tandem irreferibilem amabilitatem veram, vel apparentem, priusquam semel iam est ama-

tus, enimvero per amorem, quem terminat, & per quem irreferibiliter est dilectus, euehitur ad statum boni praestituti, & finis praefixi, & per consequens ad statum boni delectabilis, ut apparet ex dictis, & infra dicendis.

Secundò dico: in fine vero, & apparenti nullam dari motiuitatem Physicam: probatur, quia motiuitas Physica est vis actiua amoris eliciendi; sed nulla huiusmodi vis est in obiecto; ergo. Minor patet; quia talis causa efficiens Physica amoris est ipsa voluntas, ut alibi constat.

Tertio dico: in fine vero, & in fine apparenti, & semper, & ubique dari metaphoricam voluntatis motiuitatem praemiam amori eliciendo. Hanc etiam conclusionem tenet Scotus, & probatur; quia non solum est obiectum terminatum amoris elicitum, sed etiam motiuum metaphorica, & allecuiua motione, quia mox ut per intellectum ostenditur voluntati eius realis bonitas vera, vel apparens, conatur illa elicere, ut totalis Physica causa, amorem verius ipsum.

Quartò dico: hanc metaphoricam motiuitatem non esse ostensionem bonitatis factam per intellectum, sed ipsam bonitatem realem veram, vel apparentem. Veritas etiam huius conclusionis satis patet ex superioribus.

Quintò dico: ostensionem factam per intellectum esse conditionem necessariam, causam sine qua non eliceretur amor, vel desiderium finis veri, & finis apparentis. Hæc conclusio satis probata eminent.

Sextò dico: finem praestitutum, nequè secundum esse reale, nequè secundum esse cognitum, mouere voluntatem Physicè, vel metaphoricè ad sui amplexum, & amorem. Hæc conclusio coincidit cum prima, expressius tamen, & clariusculè respondet titulo Sectionis.

Septimò dico: finem verum, & finem apparentem, nequè secundum esse cognitum, nequè secundum esse reale, mouere Physicè voluntatem ad amoris elicitionem: patet, quia non concurrunt parcialiter ad eam; cum totalis causa Physica sit sola voluntas, ut dictum est.

Octauò dico: finem verum, & finem apparentem secundum esse reale verum, vel apparens, & non secundum esse cognitum, mouere voluntatem metaphoricè ad sui complexum. Hæc conclusio expressè, & directe respondet titulo Sectionis, & non indiget ampliori probatione.

2. Conclus.

3. Conclus.

Scott ibid.

4. Conclus.

5. Conclus.

6. Conclus.

7. Conclus.

8. Conclus.

Lorca, & alij arguuntur errore, & deceptio ne.

1. Conclus.

Scoti vbi sup.

Ex his patet solutio ad argumenta secundæ sententiæ, solum enim probant primam tertiæ Scoti sententiæ partem.

Resp. ad argum. primæ sent.

Ad argumenta primæ sententiæ: ad primū respondetur; in euentu illo ipsum esse apparenter reale; substractum ostensionis intellectus esse motiuum metaphoricum voluntatis, ipsam autē ostensionem esse causam motricem metaphoricæ *sine qua non*.

Scot. 3. d. 33. q. vnic.

Ad secundum respondet Scotus in 3. dist. 33. q. vnica: appetitum sensitium, & rationale distingui obiectiue ex hoc, quod *appetitus sensitiuus habet pro obiecto bonum singulare cū conditionibus individualibus; voluntas autem habet pro obiecto bonum vniuersale*. Et sic potest ferri in illud præcisè, & etiam in individuo.

Secundariò autem etiã differunt penes diuersas ostensiones, quarum altera sensitiva, alta intellectiua sit.

Vltimò respondeo: potentias distinguere à priori, & essentialiter per proprias differentias; interpretatiue verò, & argumentatiue, seu extrinsecè per obiecta.

Ad formã argumenti respondeo, formalem rationem obiecti, posse efficere distinctionem essentialem potentiarum cognoscitiue, & argumentatiue, nõ verò intrinsecè, vt patet.

Ad tertium respondeo: charitatem viæ, & patriæ distingui in specie Physica, non autem Metaphysica instar hominis gigantis, & aliorū ceterioris molis, qui specie Physica differunt à gigante cellæ proceritatis. Ita edocui in codicibus manuscriptis super primum sententiarum. Ecce sit conciliantur illæ duæ responsiones Scoti: prima: *hoc nomen beatitudo, imponitur ad significandū fruitionem in determinato gradu, ita quod nõ in infimo*. Id est fruitio in gradu giganteo est beatitudo; citrà illum verò, nõ est beatitudo.

Secunda responsio Scoti est: *aliter potest dici, & probabilius; quod fruitio beata, & non beata differunt specie, se ipsis quidem formaliter, sed à causis, vel habitudine causarū causaliter*. Et infra, *si autem intellectio dicatur causa sine qua non, saltem essentialiter requiritur*. Ita Scotus in 4. dist. 49. q. 5. loquitur de distinctione in specie Physica, qua dissident inter se fruitio gigas, & non gigas. Conarã: ergo poterit viator æquari in fruendo

Scot. 4. d. 49. q. 5.

ipsi beato. Cõsecutio patet ex D. Dionysio cap. 7. de diuinis nominibus; vbi edocet cõnexionē vniuersi in hoc sistere gradu, vt supremum inferioris ne cõtatur cū infimo superioris; ergo suprema fruitio viatrix attingit infimam beatam, illiquē æquiparat.

Obiectio. ex D. Dionysio de diuinis nom. c. 7.

Respondet Scotus in 2. dist. 3. q. 10. axioma illud tenere vbi nõ obuiat repugnantia. Exempla tradit Scotus; allquando enim (inquit) supremum inferioris est ad eò imperfectū, vt nequeat migrare in infimum superioris; vt verbi gratia, supremum in cognitione humana est cognoscere promptè per habitū scientialem, qui nostri intellectus tarditatem, & hebetudinem exacuit: ceterum, quia eiusmodi tarditas repugnat Angelo, inde efficitur, vt sibi repugnat scientialis habitus ex crebris actibus acquisitus.

Resp. Scoti in 2. d. 3. q. 10.

Notato veba Scoti: *ista perfectio, licet in nobis suppleat imperfectionem, Angelo tamen repugnat, quia non potest in eò esse imperfectio, qua suppletur per istam perfectionem*.

Similiter (inquit) supremum in elemento est generare sibi simile, nequit tamen euadere in infimum mixti, eò nimirum *quia aliqua mixta non generant sibi simile, & addit, similiter inferiori potest repugnare, quod est infimum in superiori*. Vt exempli gratiã; infimus gradus giganteus fruitionis beatæ, eatenus *formaliter seipso* expetit visionem clarã tanquã causam *sine qua non*, vt sibi nõ satis sit supremus gradus cognitionis obscuræ vel distinctæ abstractiue.

Ex quo fit, vt nequeat descendere ad supremum gradum fruitionis viatoris. Similiter hic eò necessariò sibi vendicat cognitionem viatricem, tanquã causam *sine qua non*, vt præcurrente clarã visione diuinæ essentiæ, nequeat absque noua intensione, & gradus noui additione migrare in gradum infimum giganteum beatæ fruitionis, quin potius, mox vt sibi succedit intuitus clarus, pondere naturæ sub orto effectiue ab intensione charitatis, vel auxiliij, vel ex utroq; & suborto etiã à clarã Dei visione tanquã à *causa sine qua non*, intenditur ad gradum vsque giganteum, & fit beatitudo.

Ex tota hac Sectione elucet: obiectum voluntatis terminatiuum latius patere, quã motiuū; hoc enim cohibetur intra metas boni communis bono vero, &

apparenti, illud minimè, quin potius vltius diffunditur ad bonum præstitutum vsquè

SECTION V.

Vtrum ratio, & essentia causæ finalis insit bono præstituto?

Pars nega.
Thomst.
omnium.

PArtem negantem tenet ferè omnes scholæ Sancti Thomæ Doctores: ipsi enim cum tale bonum pro viribus respuant, inde consequenter devincuntur finis essentiam ei denegare: quibus, & ipse Scotus (qui bonum ingenuè excogitavit præfixum) favere videtur, quod probosic: ratio, & essentia causæ finalis consistit in prævia quadam motuitate metaphorica, qua ipse finis in actu primo præcursoriè est motus voluntatis efficiētis, sed fini præfixo nulla promissus in est prævia motuitas, qua voluntatè efficiētis allicere possit ad sui amplexum, & amorem: ergo neque ratio, & essentia finalis causæ inerit ei. Minorem huius syllogismi probos: nam tota ratio bonitatis, & appetibilitatis finis præfixi est posterior dilectione, qua diligitur, & appetitione, qua appetitur ab efficiente; ideò enim est bonus appetibilis, & finis, quia diligitur; ergo talis dilectio potius est causa eiusmodi bonitatis, quam è contra, vt supra semel, & iterum falsi sumus.

Secundò probatur: ratio causæ finalis nõ diffunditur extra bonum honestum, & delectabile; sed bonum præfixum, quod cõmentus est Scotus ad neutrum istorum pertinet; ergo ratio, & essentia finis, vel causæ finalis non reperitur in ipso. Minor patet: nam qui fieri potest, vt illud, quod nec verè, nec apparenter est bonum, honestum, vel delectabile sit?

Pars affirm.
Scot. in loc.
supra cit.

Opposita sententia colligitur ex locis supra citatis: nempe rationè, & essentiam finis, seu causæ finalis esse bonitatè communem bono apparenti, vero, & præstituto.

Ad decisionem huius dubij, meminisse primò oportet Sectionis 3. disp. 3. vbi edocimus actus voluntatis effectivè produci à sola ipsa voluntate; ab obiecto autem tanquam à causa *sine qua non*, quam obrem meritò diceretur motuum

obiectum secundum quid, & terminatum simpliciter.

Secundò meminisse oportet Sectionis 6. disp. 3. in qua decrevimus delectationem esse passionem influxam ab obiecto delectabili, appetitu passivè se habente. Consultit nobis Scotus in 2. dist. 32. q. vnica sicut in appetitu sensitivi potestate non est delectari, quia non ducit, sed ducitur; ita nec modus delectandi; ergo summe quantum potest delectatur in summe delectabili presente. Et in 1. dist. 17. q. 3. in responsione ad quartum potest ab obiecto delectatio causari.

Scot. 2. d. 32
q. vn. & in
1. d. 17. q. 3
ad arg.

Quò circa observat Doctor loco citato, præfatam delectationem non influere ab obiecto immediatè, sed mediante actu. Notato verba Scoti: *delectatio quippè est ab obiecto per actum, & non tantum ab ipsa potentia agente circa obiectum*, id est actus amoris habet duplicem entitatem, absolutam videlicet, & relativam, qua respicit obiectum tanquam motuum secundum quid, & vt terminatum simpliciter: hic porro amor receptus in voluntate, secundum entitatem illam relativam; qua respicit obiectum, influit delectationem ipsi voluntati, & ideò obiectum est causa mediata talis delectationis, saltem vt causa *sine qua non*.

Voluntas autem nullo modo, vt postea patebit in responsione obiectioñi.

Consultunt etiam illa Scoti verba in eadem q. *delectatio est ex convenientia operationis ad potentiam, & obiectum, circa quod est operatio, qua convenientia est obiecti ad potentiam, in quantum recipit actionem, & non in quantum elicit eam: quia factio sola, vt factio, numquam est delectabilis.*

Secundò est notandum cum Doctore in 4. d. 46. q. 2. bonitatem esse duplicem; alteram primam transcendentalem, & intrinsecam; & aliam secundam extrinsecam, & accidentalem. Notato verba Doctoris: *quodcumque ens sua bonitate est bonum intrinsecè bonitate prima; non tamen bonitate secunda, quæ accidens est*: in cuius testimonium refert assertum Boetij in libello de hebdomadibus *res non in teo, quod sunt, bone sunt*, bonitate nimirum extrinseca, & accidentali.

Scot. 4. d.
46. q. 2.

Boet. de
hebd.

Tertiò observandum est cum Doctore partim in 4. dist. 46. q. 4. partim in 17. dist. 17. q. 3. eiusmodi bonitatem extrinsecam, & accidentalem, propriè, & vni-

Scot. 4. d.
46. q. 4. & 1.
d. 17. q. 3.

uocè non esse nisi duplicem, honestitudinem, & delectabilitatem, vt supra à nobis enucleatum est; ex tribus namque bonis extrinsecis appetenti conuenientibus, honestum, & delectabile per se, & ratione sui ei congruunt, tertium autem nempe *utile*, non nisi reductiue, & quatenus ad vnum ex ipsis ordinatur cuiusmodi sunt medicamina, quæ per se, & ratione sui nullã cū natura humana præferunt contienentiam, sed ratione sanitatis, ad quam ordinantur, quamobrem nec *boni* specimen in genere finis sortiuntur, in vlla opinione, etiam Thomistarum; in nostra namque sententia absolute aufugit *utile* ratione boni, vt patet Sect. 1. disput. 5.

Quartò obseruandum est: finem præfixum posse duobus modis considerari; vno modo in ordine ad amorem irreflexibilem, quem primò terminat; alio modo in ordine ad continuationem talis amoris, vel etiam in ordine ad extrinsecam sui affectionem, seu executionem.

1. Conclus.

Dico primò: bonitatem transcendentalem respectu rei cui est prima, & intrinseca nõ obire munus *finis*; seu causæ finalis. Probatur quando enim agēs, propter finem agit, propter aliquid acquisibile agit, vel saltem propter aliquid conseruabile; omne autem primò acquisibile, vel conseruabile, quatenus tale, est quidpiam extrinsecum agentis; ergo. Minorem declaro: nam etiam si agat propter conseruationem talis bonitatis in rata, & reali subsistentia, ipsa vt sic ratè subsistens non est quidpiam intrinsecum, sed extrinsecum, ergo quatenus intrinseca, & prima bonitas nequit fortiri rationem finis, vel causæ finalis.

2. Conclus.

Secundò dico: bonitatem præfixionis, vel præstitutionis ad speciem bonitatis commodi, seu delectationis directè pertinere. Probatur: quia malū postquam sub ratione mali à praua voluntate semel est iam amatum, & in statum boni, finisque præfixi ex malitia voluntatis euectum, verè est in commoditatem, & in delectationem tali voluntati, eique quatenus iam amatum, & dilectum valdè familiare, & tandem per se, vt sic, & ratione sui iam amati conuenientiam, ac familiaritatem mutuans cum ipsa voluntate; igitur illa talis dilectio recepta in voluntate erit delectabilis, vt docet Scotus; & ipsum malum terminans, talem amorem, & influens in eum tan-

quam causa *sine qua non*, erit delectabile obiectiue, & mouens ipsam voluntatè, & alliciens ad continuationem illius amoris, & amplexus, & ad executionem externam, & perpetracionem ipsius talis mali.

En igitur, quomodo bonum præfixū, finisque præstitutus prædicat bonitatem commodi, seu delectabilis, ita vt bonū delectabile sit quasi genus a thomum ad delectabile ex præfixione, & ad delectabile citrà præfixionem.

3. Conclus.

Tertio dico: rationem, & essentiam causæ finalis verè in esse bono præstituto. Hæc conclusio directè respondet titulo Sectionis, & eam tenet Scotus in 1. d. 1. q. 1. §. de 3. articulo, dicēs: *vel finis præstitutus, quem sibi voluntas ex libertate, sua vult tanquam finem vltimum*. Et probatur; bonum commodi, & delectabile verè sortitur rationem finis; sed bonum præstitutū directè pertinet ad speciem boni commodi, & delectabilis; ergo. Minor patet: quia verè constituitur in esse boni delectabilis per amorem quem terminat; ergo in secundo instanti rationis iam est bonum delectabile; & vt sic mouet voluntatem ad continuationem amoris semel elicitum, vt sic tandem delectetur; tunc sic, in opinione aduersariorum, ratio, & essentia causæ finalis consistit in præuia quadam motiuitate metaphorica, qua ipse finis in actu primò præcursoriè est motiuis voluntatis ad sui amorem; ergo saltem respectu amoris continuati iam est bonum delectabile mouens ipsam voluntatem ad sui amplexum, & ad delectationem in tali amplexorio amore.

Scot. 1. d. 1. q. 1.

Vera ergo est nostra conclusio: rationem nempe causæ finalis in esse bono præstituto postquam semel est iam constitutum in esse boni præstituti.

Ex his patet solutio ad argumenta. Ad primum: negatur minor; postquam enim malum sub ratione mali est dilectum, iam censetur constitutum in esse finis præfixi, & boni præstituti, & per consequens in esse delectabilis, atque adeò respectu continuationis amoris habet motiuitatem metaphoricam, & consequenter rationem finis.

Sed contrà: postquam malū sub ratione mali est dilectum, est iam delectabile; ergo poterit voluntas illud sibi concupiscere.

Obiectio.

Respondeo: quòd potest illud concupiscere.

cupiscere, vt illatium delectationis à longè stans, non autem vt sibi coniunctum; habet enim se instar ignis, qui coniunctus, vel nimium propinquus vrit, & torquet; distans autem mulcet, fouet, & delectamine afficit.

Ad secundum: transeat maior propositio, & negetur minor: nam postquam malum sub ratione mali est amatù amore amicitia, & irreferibili, iam censetur bonum delectabile, immò, & amabile amore concupiscentia, non simpliciter, sed secundum quid, ita vt concupisibilitas cadat non supra materiale, sed supra amorem passiuù amicitia, vt ita dicam.

Secundò responderetur distinguendo maiorem: vel extra bonum delectabile mox post amorè in esse delectabilis constitutum, vel extra bonum iam antecedenter delectabile: vera est maior alterutro modo, vt patebit infra.

DISPUTATIO XI.

De extensione voluntatis ad sua obiecta.

SECTIO I.

Vtrum voluntas possit malum, sub ratione mali, affectu amoris, & complacentiae prosequi. Contra verò bonum, sub ratione boni, affectu odij, & displicentia insequi?

Scot. 2. d. 43. q. 3. in 4. d. 46. q. 10. in d. 1. q. 1. & q. 4.



Corus in 2. dist. 43. q. 3. dubius, & anceps fuisse cernitur circa presentem cōtrouersiam. In 4. sententia. autem dist. 46. q. 10. §. quantum ad

secundum articulum, partem negantem apprimè tenet; cum tamen in 2. d. 1. q. 1. §. de tertio articulo, affirmatiuam sententiam valdè probabilem recensuerit: & in 4. q. amplius confirmauerit §. ad argumenta pro opinione in responsione ad tertium dicens: non est probatum, quin voluntas possit bonum nolle, in quo nulla

inuenitur ratio mali, vel defectus boni; sicut non est probatum, quin possit velle illud, in quo non inuenitur aliqua ratio boni, & hoc vel prius in re, vel in apprehensione, quam illud terminet actum volendi.

Vt igitur huius dicendi modi probabilitatem ostendamus, obseruandum est cum Doctore in 1. di. 1. q. 2. §. quantum ad primum: quòd quemadmodù in intellectu dantur duo actus assentiendi alicui vero complexo: vnus quo assentitur tali vero complexo propter se, sicut principio; & alius quo assentitur alicui vero complexo non propter se, sed propter aliud verum, sicut conclusioni propter principium: ita in voluntate sunt duo actus assentiendi alicui bono, vnus quo assentitur ei propter se, & hic appellatur à Doctore amor amicitia, seu fruitio, vel etiam actus perfectus: alius quo voluntas assentitur bono propter aliud bonum: qui vtique apud Scotum nūcupatur concupiscentia, vltus, vel actus imperfectus.

Scot. 1. d. 1. q. 3.

Ista similitudo consulit Aristotelem 6. Eth. vbi inquit; quod in mēte est affirmatio, & negatio; hoc in appetitu est prosecutio & fuga. Mox addit Scotus, & sicut in mente est duplex affirmatio, propter se, & propter aliud; ita in appetitu est duplex prosecutio, vel adhaesio propter se, & propter aliud. Et infra habemus igitur actum imperfectum volendi bonū propter aliud: qui vocatur vsus, & actum perfectum volendi bonum, qui vocatur fruitio. Et in 2. sent. dist. 6. q. 2. §. in ista questione, praefatum actum perfectum appellauit velle amicitia, actū verò imperfectum velle concupiscentia.

Scot. 2. d. 6. q. 3.

Secundò obseruandū est cum Doctore in 2. sent. dist. citata, & q. 2. §. etiam citatis, duplicem esse actum voluntatis, nimirum velle, & nolle: nolle, inquit, est actus positius voluntatis, quo fugit disconueniens, seu resilit ab obiecto disconuenienti: velle autem est actus voluntatis, quo acceptat obiectum aliquod conueniens.

Scot. ibid.

Tertio est notandum: velle esse duplex; vnum amicitia; & aliud concupiscentia: velle amicitia est actus positius voluntatis, quo acceptat aliquod conueniens in se irreferibiliter, vt volo esse bona, & conuenientia in rerum natura: velle autem concupiscentia est actus positius voluntatis, quo acceptat aliquod conueniens alteri, nimirum Deo, vel proximo, vel sibi ipsi.

Hoc

Hoc sibi vult Scotus dum ait: & est ulterius duplex velle, quod potest nominari amicitia, & concupiscentia, & dicatur velle amicitia esse istius obiecti cui volo bonum: quia enim Petrum amo velle amicitia, idè ei volo, seù concupisco bonum; & velle, inquit, concupiscentia est, quo volo esse istius obiecti, quod volo alij amato.

Quartò est notandum: nolle esse duplex; nolle videlicet amicitia; & nolle concupiscentia; nolle amicitia est actus positivus voluntatis, quod fuit disconueniens in se irreferibiliter nolle autem concupiscentia est actus positivus voluntatis quo fugit disconueniens referibiliter ad prius amatum amore amicitia.

Vel si maus dicito sic. nolle amicitia est fuga disconuenientis in se; verbi gratia, nolo esse disconuenientia in mundo; nolle autem concupiscentia est fuga disconuenientis ab amato, vt exempli causa nolo me, meosque charos, & amicos viliis carpi disconuenientibus.

Quintò est notandum cum Doctore ibidem, omne nolle præsupponere aliquod velle; à nullo enim (inquit) refugio, nisi quia non potest stare cum aliquo, quod accepto tanquam conueniēs, siuè in se præcisè, siuè alicui.

Sextò obseruat Doctor. amorè amicitia semper præsupponi amorì concupiscentia: quia concupiscentia, inquit, præsupponit illud velle amicitia, eò quia amatum est, quasi finis respectu concupiti.

Septimò est notandum: malum posse duobus modis considerari: vno modo vt malum in se; alio modo vt malum alicui.

Eodem modo distinguendum est de bono; in se nimirum, & alteri: quas vtique rationes voluntas potest pro libito adinuicem separare, vt patet ex Doctore in 1. d. 1. q. 1. §. de tertio articulo, dicente: Sicut in potestate voluntatis est velle, & non velle; ita in potestate eius est modus volendi, scilicet referre, & non referre; quia in potestate cuiuscumque agentis est agere, & modus agendi; ergo in potestate sua est aliquod bonum velle propter se, non referendo ad aliud bonum, & ita sibi præstituendo finem. Querimus ergo in præsentiam: vtrum voluntas nolitione positiva possit resiliere ab obiecto conuenienti, & bono sub ratione conuenientis, & boni.

Et rursum, vtrum velle positivo possit

acceptare obiectum disconueniens sub ratione disconuenientis, & mali.

Communis sententia tenet: voluntatem non posse ferri, affectu amoris in obiectum, nisi sub ratione boni apparentis. Gabriel Vazquez præsertim disput. 31. cap. 13. docet, posse proponi alicui odium Dei, vt sibi commodum, & delectabile, & hac ratione amari, & id quidè sine errore intellectus; quia taliter potest odium Dei apprehendi, vt delectabile appareat operanti. Eodem modo, (inquit) potest ipse Deus opponi voluntati, vt aduersarius, & contrarius, & hac ratione odio haberi inimicitia: in qua propositione nulla est excusatio erroris, tametsi non repugnaret talem excusationem cum errore præcedere ex parte intellectus ante primum peccatum: in omni tamè peccato talis excusatio præcedit ex defectu cogitationis; quia efficacius apprehenditur bonum delectabile, quam ea, quæ à peccato deberent animum reuocare.

Porrò necesse non est, vt homo affectu amoris possit in malum, vt malum est, ferri, & affectu odij in bonum, vt bonum est.

His non obstantibus dico primò: valdè probabile esse iuxta mentem Doctoris velle positivo amicitia posse voluntatem acceptare inconueniens, seù malum sub ratione mali. Hanc conclusionem probat Scotus in 1. d. 1. q. 4. §. ad argumenta pro opinione. Si voluntas non posset habere hunc amorè amicitia terminatum ad malum sub ratione mali, maximè, quia necessariò in se habet aliquid cui repugnat illud velle; atqui non habet; ergo. Minorè probat; quia si haberet, proculdubio esset actuale nolle obiecti inconuenientis, seù mali necessariò insitum voluntati; atqui nullum eius modi nolle necessariò inest ei; ergo impunitè poterit inesse oppositum velle terminatum ad malum sub ratione mali. Hanc etiam conclusionem tenet Ochamus in 3. q. 13. ad tertium dubium littera 51.

Sed respòdet Scotus in additionibus ibi adhibitis, & in 4. dist. 49. q. 9. ipsammet voluntatem repugnare illi actuali velle; quia inquit ipsa voluntas non est capax nisi velle, & nolle possibilis; velle autem terminatum ad malum sub ratione mali, includit contradictionem: quia istud non est obiectum possibile huius actus; vt

Communi
Opinio.
Vazquez
disp. 31. c.
13.

1. Conclus.

Scot. 1. d. 1.
q. 4. Ocha.
in 3. q. 13.
ad 3. dub.
lit. 51.

Euasio Sco
ti in addi
tionibus 1.
c. cit. & in
4. d. 49. q.
9.

verbi gratia, *videre sonum includit contradictionem, & respectu actus, & obiecti.*

Sed re vera, similitudo allata non tenet: quin potius est dispar omnino ratio: quia sono absolute, & simpliciter repugnat esse obiectum, tam visus, quam visionis; malo autem non implicat, immo consonat obiectum esse tum voluntatis, tum volitionis: quoties namque homo peccat, toties eius voluntas acceptat malum actu positivo, non solum sub ratione boni commodi, vel delectabilis, sed etiam sub ratione mali verè cogniti; vel saltem non inuincibiliter ignorati. Licet enim efficacius apperhendatur bonum delectabile, quam ea quæ à peccato deberent reuocare, tamen re vera hæc etiam apprehenduntur à recta ratione, & nihilominus voluntas illicitam voluptatē verè ab intellectu in ratione illicitæ voluptatis præcognitam amplectitur.

Ex quo manifeste apparet: voluntatē nostrā vere esse capacem alicuius *velle* terminati ad malum sub ratione mali cognitum: visus autem non est capax visionis terminatæ ad sonum, vt patet experientia.

Secundò probatur conclusio: ratio propter quam voluntas est *non volens, & non acceptans* aliquod malum sub ratione mali, ea esse solet, quod intellectus apprehendit illud, vt sibi disconueniens, & malum; ergo si præconciptat illud, vt in se malum, & disconueniens præcisè, bene poterit consisti volens, & acceptans illud, vt præcisè in se malum, & inconueniens absolute. Tunc sic: potest intellectus eiusmodi abstractionem, seu præcisionem astruere; ergo Antecedens patet: quia idem voluntas est *non volens, & non acceptans malum* sub ratione mali, quia apprehendit illud, vt sui destructiuum; sed quò destructiuum, est disconueniens, & è conuersò; ergo. Confirmatur: quia naturaliter vnaquæque res appetit sui conseruationem; ergo quidquid apprehenderit contrarium, & noxium tali conseruationi erit voluntas *non volens, & non acceptans*; immò posituè *fugiens, & nolens*.

Ceterum, quia intellectus potest abstrahere, & circumscribere à malo, sub ratione mali considerato, respectu redudantiæ dāni sibi imminentis; proculdubio voluntas poterit esse volens volitio-

ne positiua, & acceptans malum sub ratione mali in se. Quin potius addiderim intellectu non abstrahente has duas inuicem rationes, immò concretim eas concipiente, posse meam voluntatē amare, & velle malum in se, quin velit malū vt mihi: posse inquam acceptare *destructiuum* præcisè, quin acceptet vt destructiuū mei: posse amplecti noxium in se, quin amplectatur noxium vt mihi.

Sicuti, exempli gratia, potest voluntas diligere Patrē, quin diligat filium, cum tamen intellectus nequeat cognoscere vnū relatum, nō cognito suo correlato.

Cófirmatur: quia amor amicitia, fructio, seu perfectus est quò voluntas vult, & acceptat obiectum propter se irreferibiliter ad aliud.

Secundò dico: posse nostram voluntatē insequi positiuam nolitionem, seu odio inimicitia, & irreferibili bonum, sub ratione boni. Probatur: nam perindè se habet hoc ad odium inimicitia, & irreferibile, atque se habet malum sub ratione mali ad amorem amicitia, & fructio- nis; sed huiusmodi malum potest voluntas amplecti fructione; ergo.

Tertiò dico: nō posse ipsam velle malum; sub ratione mali, amore concupiscentia irreferibili acceptare illud, sub ratione tali, alicui amato, sibi videlicet, vel amico. Hæc conclusio satis expressa est apud Scotum in 1. d. 1. q. 4. in calce, Scot. 1. d. 1. q. 4. *S. citati, dicentem: omnes voluntates. siue ordinatæ, siue inordinatæ, habent voluntatem concupiscentia volendo sibi bonum.*

Tunc sic: velle bonum, & velle malum oppositum illi bono, contrariantur ex parte obiecti; ergo non potero concupiscere mihi malum sub ratione mali. Probatur autem conclusio hac ratione; quò enim amo, & diligo meipsum, vel quempiam alterū, necessario talis amor quo dicor *amans* futurus est fructio, vel concupiscentia: Tunc sic, neutro horum est compossibilis amor concupiscentia mali sub ratione mali; ergo. Patet minor: in primis, concupiscentia mali non est compossibilis cū concupiscentia boni, vt patet ex se, ergo. Quò nequè sit compossibilis cum fructione, vel amore amicitia; probatur, quò namque amo amatum propter se, eò censeor complacere in esse, & conseruari, & felicitate eius; ergo etiam censebor non velle eius destructionem, neque destructiuum.

Tunc sic: omne malum, & disconueniens,

2. Conclus.

3. Conclus.

niens, quatenus tale, est destructiuum; ergo necessariò ero non *volens*, & non *acceptans* malum, & disconueniens vt tale ipsi amato, quem amo amore amicitiae, modo sim amans, & fruens illo ordinatè, modo inordinatè.

4. Concluf.

Quartò dico: posse voluntatem meam concupiscere malum, sub ratione mali, ipsi inimico seu odio habito: probatur; quò enim odio habeo Petrum, verbi gratia, eò sum actu passiuo nolens, & fuga positua fugiens eius conseruationè, totamque felicitatem; igitur citrà controuersiam potero concupiscere ei, media destructiua, quæ totum eius esse funditus euertant, & solo æquent; atqui malū, & disconueniens quodlibet verè sortitur rationem destructiui medi; igitur potero concupiscere ei malū, & disconueniens sub ratione mali, & disconuenientis.

Declaratur ampliuse; nãm verè *displiceo* de eius conseruatione, & felicitate, & consequenter verè complaceo de eiusdem iactura, & ruina; ergo sine contraddictione potero ei malum, sub ratione mali, & inferentis malum, & destructionem præoptare.

Quò circa notato: licet apud Ciceronem libro 4. Tusculanæ disputationis: *odium idem prorsus sit, ac inueterata ira*: apud scholasticos tamen Theologos coincidit cū *nolitione*, & fuga positua, voluntatis; & quamuis interdum idè sit, ac *nolitio concupitrix*; tamè frequētius tantundem est, ac *nolitio irreferibilis*, seu *nolitio rei in se*, vel *propter se*: synonima nãmque; crediderim esse hæc nomina *odium*, *abominatio*, *detestatio*, *execratio*, *displicentia*, *nolitio irreferibilis* alicuius obiecti.

Perindè atquè hæc opposita *amor amicitiae*, *volitio obiecti propter se*, *complacencia*, *fruitio*, *actus perfectus volitiuus*, *volitio irreferibilis*.

5. Concluf.

Quintò dico: non posse meã voluntatè concupiscere malū sub ratione mali, ei qui nec amicus, neque inimicus meus est: ei (inquã) què nequè odio, neque amore prosequor. Probatur, quia (vt supra Scotus docuit) concupiscentia terminata in bonū concupitū, v.g. in pecunias, præsupponit volitionè amicitiae in Petrum propter se terminatã (idè enim concupisco ei diuitias; quia amo eū amore amicitiae) ergo à simili, concupiscentia, qua Petro concupisco infamiã, seu grauè in capite ictū, præsupponit odiū, seu nolitionè

qua irreferibiliter sum nolens eius conseruationem, salutem, vel incolumitatè: alioqui fieri posset, vt ei desiderem conseruata media necem inferentia.

Vera ergo est hæc nostra conclusio quinta: meam, nimirum, voluntatè neutiquam posse optare malum inconueniens, seu destructiuum medium sub ratione mali destructiui, vel inconuenientis Petro, verbi gratia, quem neque amore, nequè odio prosequor.

Necessè porrò est, vt eum per prius prosequar odio opposito amor amicitiae, & irreferibili, antequam media destructiua ei optare possim.

Contrà primam conclusionem arguit Vazquez multipliciter 1. ex Aug. 13. de Trinit. c. 3. & in Enchirid. c. 86. *Beati esse volumus, & miseri non solum esse volumus, sed neque velle possumus* Respondet Scotus in 1. d. 1. q. 4. dupliciter: primò non loqui Augustinū de *volitione actuali*, sed potius de *volitione habituali*, & *appetudinali*, qua videlicet ipsa voluntas prona est, vt statim inclinetur ad actum volendi beatitudinem, si actualiter offeratur sibi ab intellectu:

Secundò respondet; *Quia si certū est omnes velle beatitudinem; hoc non est actu amicitiae: volendo scilicet actu beatifico illud, scilicet beatificari, siue beatū esse, sed actu concupiscentiae volendo illud bonum sibi, vt sufficiens sibi bonū: quia non est certum volūtales inordinatas habere delectationè ordinatã primi obiecti in se: sed omnes volūtales siue ordinatae, siue inordinatae habet volūtatè, id est volitionè concupiscentiae, volendo sibi bonum, actus autem concupiscentiae non potest esse actus fruitiōnis; quia omnis concupiscentia concupiscit alij, quem amat amore amicitiae.*

Non igitur necessariò, siue actu, siue habitu sum *volens* Deū amari à me amore amicitiae, & irreferibiliter, seu propter se: tametsi necessariò sim *volens* (salutè habitualiter) ipsum amari à me amore aliquo indifferenter, siue amicitiae, siue concupiscentiae, & referibiliter ad me ipsum prius amatum amore amicitiae.

Ex quo satis perspicuè apparet nostræ primæ conclusionis veritas, nempe; meam voluntatem posse constitui volitione positua amicitiae *volentem* malū sub ratione mali; & posse item constitui *nolentè* nolitione positua opposita volitioni amicitiae bonū sub ratione boni, Deū sub ratione Dei, vel summi boni.

L

Possum

D. Aug. 13.
de Trin. c.
3. & in En-
chir. c. 86.

Cicer. lib.
4. Tuscul.

Possū in quā me nolle Dei amatorē amore amicitia, licet nō possē me nolle eius amantem saltem amore concupiscentia. Possem nimirum ex malitia voluntatis me nolle fruente[m] Deo, temet[em] minimē possem nolle me beatum sub ratione beati, saltem vsq[ue] Dei, & fruitione mei.

Ansel. de concord. li ber. arb. & præf.

Secundō arguit Vazquez ex Anselmo libro de concordia liberi arbitrij, & prædestinationis: *Nihil vult voluntas, nisi si commoditatem, aut rectitudinem. Quidquid aliud vult, aut propter commoditatem, aut propter rectitudinem vult, & ad has etiam si fallitur, putat se referre, quod vult.*

Quō circa Vazquez subdit, nomine commodi, delectabile intellectum iri.

Respondeo primō: Anselmum de volitione concupiscentia, & referibili sermonem texuisse, nō autem de volitione amicitia, & irreferibili, adeō, vt sibi velit Sacer Doctōr: voluntas nihil sibi, & amato potest concupiscere, nisi honestū verum, vel apparens, & delectabile verum, vel apparens; & eas item res, quæ media congrua videntur ad affectionem honesti, & delectabilis. Porrō Anselmus nō negat voluntatem nostram posse velle amore amicitia, & irreferibili malū sub ratione mali.

Secundō responderetur: data hypothesi tantus Doctōr sermonem texerit de amore irreferibili, & amicitia, loquitur de communi, & crebriori modo volēdi, qui bonum respicitur honestum, vel delectabile, vt tale verē, vel apparenter; nō tamen subtrahit voluntati facultatem volēdi malum sub ratione mali, amore irreferibili, vt dictum est in prima cōclusionē.

¶ Ethic.

Tertiō arguit Vazquez ex Aristotele 1. Ethic. *Omnis ars, omnisque doctrina, & electio bonum appetere. Videntur quæ de causa bene antiqui dixerūt bonum est quod omnia appetunt.* Responderetur eodē modo: Philosophum sibi velle nostram voluntatem auspiciam sibi, & dilectō concupiscere, nisi bonum honestum, vel delectabile sub ratione talis; nequē vsquam eligere nisi media, quæ verē, vel apparenter conducunt eius affectioni.

Non igitur Aristoteles contendit negare voluntatem posse ferri in malum, sub ratione mali, amore amicitia, sistente in ipso, præscindendo à redundantia eius, vt supra dictum est.

Quartō arguit Vazquez ratione Do-

ctōris Angelici: voluntatis appetitus est inclinatio quædam in sibi simile, aut aliquo modo sibi conueniens; hoc autem est bonum, ergo voluntas non poterit ferri nisi in id, quod vel re vera est conueniens, vel apprehenditur vt conueniens.

Responderetur: hoc etiam argumētum solum probare voluntatem non posse sibi, vel amato concupiscere malum, sub ratione mali, eō nimirum, quia eius inclinatio est renuere, & abigere ab amato quidquid apprehendit vt malū: & amplecti, quod in ratione honesti, vel delectabilis apprehendit: indē tamen non sequitur, quod amore amicitia ferri nequeat in malum sub ratione mali apprehensum.

Dub.

Sed adhuc vrget: voluntas nostra nōnē habet inclinationem etiam ad amādum bonum, vt in se irreferibiliter, & ad odio habendum malum vt in se malum?

Respondeo negatiuē: satis enim est cōstituamus in ea inclinationem in boni amorem concupiscentia determinatē, vt dictum est; vel differenter sic, vel sic; non tamen est necesse astruere in ea inclinationem determinatē respicientem amorem amicitia, vt amor amicitia est.

Resp. 1.

Secundō responderetur: posita (per hypothesim) determinata inclinatione ad eliciendum amorem amicitia erga bonum, adhuc voluntas potest pro sua libertate ei obistere, & ferri in amorem amicitia mali sub ratione mali.

Resp. 2.

Sed contra: antequam voluntas obstitens præfata inclinationi amorē eliciat amicitia versus malum, iam intellectus apprehendit bonum esse, vt i sua libertate obstituendo prædicta inclinationi, & diligendo malum sub ratione mali: ergo in eo euentu, ipsa voluntas: potius dicitur velle malum sub ratione boni.

Contra.

Respondeo negando consecutionem: eiusmodi siquidem apprehensa bonitas non inest obiecto malo, sed vsui, & obstitentia, quæ resistitur illi inclinationi; atque adeō re vera vult malū sub ratione mali volitione amicitia. Omnia quæ diximus in hac Sectione maximam habent consequentiam cum his quæ diximus tomo 2. disputat. 5. Section. 1. §. 2. & 3. de voluntate creata circa obiectum impossibile, vbi, & P.

Resp.

Vazquez, & Petrus Lorca debellatur.

SE.

SECTIO II.

Vtrum voluntas ferri possit in bonum, quod nec sit finis, nec medium?

CIRCA Titulum observandum est cum Doctore in 1. distinct. 1. quæst. 2. §. *Ad argumenta principalia*, bonum dupliciter usurpari; vno modo pro eo quod conuertitur cum ente; alio modo pro bono hominis perfectiuo, modo illum perficiat verè, modò apparenter, vel præfixè: verba Doctoris sunt: *bonum conuersum cum ente non habet rationem boni fruibilis: ratio enim boni fruibilis non est ratio boni in cõmuni, sed boni perfecti, quod est bonum non habens defectum, vel saltem secundum apparentiam est tale, vel secundum præfixionem voluntatis.*

Secundò obseruat Doctor in 4. d. 46. q. 4. §. *Ad quæstionem*, Bonum perfectiuum hominis esse duplex, vnum directè, & per se; aliud reductiue dumtaxat; primū est illud, quod suoptè genio coalescit honestitudine, vt castitas, humilitas, & alia quæuis virtus: vel commoditate, vt sanitas, & oblectamentum animæ, vel corporis: secundum autem suaptè natura nullius est compos in se honestitatis, vel commoditatis, seù delectabilitatis, sed est medium vtile ad illarū consecutionem, vt rabarbarum, & alia medicamina respectu sanitatis, vitæ asperitas respectu virtutis castitatis; egressus è domo respectu audiendi sacrum in Ecclesia, vt supra latè constitit.

Tertiò obseruandum est cum Doctore in 1. dist. 27. & in 2. dist. 37. q. vnica, & dist. 43; q. 1. & 2. in 3. dist. 13. q. 3. & 44. & dist. 17; q. vnica. Rursus in 2. dist. 38. q. vnica: in 4. dist. 27. q. 2. & dist. 28. q. 1. & alibi; quod tres quasi experimur actus erga finem à nostra effici voluntate, nempe *simplicem volitionem, fruitionem, & intentionem*: & totidem circa media, nimirum *electionem, vsum, atque consensum.*

Conclus. Dicendum est: nullum nostræ voluntatis actum circa bonum elici, quod nec finis sit, nequè medium. Probat: quia tres illi priores tertij notabilis eliciuntur

circa finem; posteriores tres circa media; ergo omnes quot quot sunt eliciuntur, vel circa bonum, quod finis est verè, vel apparenter, vel circa bonū, quod vtile est, seù medium verè, vel apparenter; ergo nullus elicitur actus circa bonum, quod nec finis sit, nequè medium.

Secundò: non datur bonum appetibile, præcindēs ab appetibili per se, & appetibili propter aliud; ergo omnis actus voluntatis circa bonū appetibile elicitus, necessariò ruet erga appetibile propter se, vel erga appetibile propter aliud. Antecedens patet: quia ab æquiuocis æquiuocatis, non est præcindibilis cõceptus cõmunis; vt patet in fundamentis; Tunc sic: bonum vtile, seù appetibile non nisi propter aliud, & bonū appetibile propter se, sunt æquiuoca æquiuocata respectu huius nominis *bonum*, seù *appetibile*: ergo.

Obiect.

Sed contra possum à virtutibus moralibus, & à charitate abstrahere bonum vtrisque commune, & illud vt sic præcisum diligere: Tunc sic: charitas est finis, virtutes autem morales sunt media vtilia ad assecutionem eius, ergo fas est diligere bonum abstractum, quod nec determinatè sit finis, nec medium.

Resp.

Respondeo: præsentem Sectionem de fine, & de medijs purè vtilibus, & nõ nisi in ordine ad aliud appetibilibus sciscitari, nõ autem de vtilibus alioqui honestis, vel commodis. Nunc igitur virtutes morales suoptè genio sunt bona honesta inter media; charitas autem est summum honestum, fas igitur est à summo honesto, & ab intermedijs, seù inferioribus conceptum cõmunem abstrahere, vt patebit in sequenti Sectione. Notato verba Scoti in 4. d. & q. supra citatis *summum etiam honestum est charitas.* Et supra satis constitit, quod quemadmodum substantia reducitur ad prædicamentum suæ naturæ, punctum ad genus suæ lineæ; mutata esse ad genus motus; instantia ad prædicamentum temporis; item generatio, & corruptio reducuntur ad substantiæ prædicamentum; alteratio ad qualitatem, augmentatio ad quantitatem: sic vtilitas, vel vtile reducitur (inquit Scotus) ad iucundum, vel ad honestum ad quod ordinatur, & est via quædam ad ipsum, vt sanatiuitas, seù industinitas formalis sanitatis in ista medicinæ dictæ, & deambulationi; indistinctiuitas eius in ista pulsui, & vrinæ, &c.

reducenda sunt ad genus formaliter boni: unde utilitas, licet sit ratio, non tamen est comparanda paternitati, sed generationi nec similitudini, sed alterationi; neque equalitati, sed augmentationi: quia sicuti per augmentationem attingitur quantitas, per generationem substantia, per alterationem qualitas; ita per utilitatem comparantur honestitudo, & commoditas, vel iucunditas.

SECTIO III.

*Utrum detur in voluntate actus neuter præscindens à fruitio-
ne, & usu?*

1. Optin.
Greg. Ari-
mon 1. d. 1.
q. 1. art. 1.
q. 2. art. 2.

PARTEM negantem tenent Gregorius de Arimino in 1. dist. 1. q. 1. art. 1. Holkot q. 2. art. 2. dicentes: Omnem nostræ voluntatis actum eò usque esse, aut fruitionem, aut usum, ut nullus quis cominisci possit inter ipsos mediū quocummodo actum. Probant autem hanc suam sententiam hoc potissimum argumēto. frui est velle aliquid propter se, ita ut nec actu, nec habitu propter aliud appetatur; vti verò est velle aliquid propter finē actu, vel habitu relatum ad illū. Tunc sic: inter hæc duo nō est mediū aliquis effectus; ergo. Minorē probant ex Aug. 1. de Doct. Christ. c. 37. vbi sermone texens de Deo ait: *Non igitur fruitur nobis, sed utitur; nam si neque utitur, neque fruitur, non inuenio quemadmodū diligat.* Vult ergo Augustinus non dari mediū affectum inter usum, & fruitionem, cum prorsus ignoret, quo alio modo possit nos Deus diligere, nisi, aut usu, aut fruitione: & cum certum sit nō diligere nos fruitione, inde concludit legitime, quòd diligat nos usu.

Hinc porrò inferunt Gregorius, & Holkot nostram voluntatem semper, & in quocunque euentu, necessariò amaturam fruitione, vel usu, nunquam verò actu medio. Sanè tunc (existimant) dicetur diligere fruitione, quādo affectus, quo diligit, nec actu, nec habitu in vterius obiectum tendit, sed omninò in ceteriori pedem sistit. Contrà verò tunc censebitur ceterius obiectū diligere usu, quando affectus, quo amat, non in eo fixit pedem, sed in aliud vterius progred-

ditur, siue actu, siue habitu, in eoque tandem mansionem facit.

Quòd si percontemur hos Doctores; quando prædictus affectus affirmabitur habitu vterius progredi, verbi gratia, in Deum vsque? Respondet unt; tunc temporis; quādo nimirum præcelsit aliquis actus, quo voluntas omnia futura bona opera rerulit in ipsum.

Quamobrem quoties dilectio, verbi gratia, castitatis, vel alterius cuiuscumque virtutis moralis, prædicto saltem habituali modo, in Deum vsque nō peruenit; toties erit culpabilis, eò, vel maxime, quia vndequaquē est fructio creaturæ.

Hinc porrò præfati Doctores incunctanter tenent: omnem nostræ voluntatis affectum esse, aut fruitionem, aut usum. Probat; nam vel Deus, verbi gratia, diligitur eatenus propter se, ut nullatenus actu, vel habitu diligatur propter aliud, & sic erit fructio ordinata. Rursus, si creatura diligatur propter Deum, saltem habitu, modo quo præfati Doctores exponunt, erit vltus rectus; si autem omnimodè ametur propter se ipsam, & nullatenus propter Deum, erit proculdubid fructio ordinata, & culpæ abnoxia: stat igitur non posse dari actū neutrum, seū mediū in nostra voluntate inter fruitionem, & usum.

Oppositam sententiam tenet Scotus in 1. dist. 1. quæst. 3. §. *Quantum ad primum*, dicens: *Sicut in mente est duplex affirmatio, propter se, & propter aliud; ita in appetitu est duplex prosecutio, vel adhæsiō propter se, & propter aliud.* Et infra, *illi duo assensus intellectus sufficienter diuidunt assensum intellectus in cōmuni, nec inter ipsos est aliquod mediū, quia nulla est euidētia mediā ex parte obiecti, à qua possit accipi aliqua veritas principij, vel consequentis; ergo nō datur assensus mediū inter intelligentiam principiorum, & scientiam cōclusionum inde deductarum: inter (inquam) assensum propter se principiorum, & assensum propter aliud conclusionorum.*

In voluntate autē fecus res se habet: quia præter istos duos assensus voluntatis est aliquis assensus mediū, quia voluntati potest ostēdi aliquod obiectū bonū absolutè, apprehēssū, non sub ratione propter se boni nec propter aliud boni; voluntas autē circa tale sic ostensum potest habere aliquem actum, & non necessariò inordinatum.

Et

Aug. 1. de
Doct. Christi-
an. c. 37.

2. Capinto.
Scoti in 1.
d. 1. q. 3.

Et mox infert: Ergo potest habere aliquid quem actum volendi illud absolute, absque relatione ad aliud, aut absque fruitione propter se. Et tandem ulterius potest voluntas imperare intellectui, ut inquirat quale illud bonum sit, & qualiter volendum, & tunc illi potest assentire sic, vel sic; & tota ratio differentia hinc, & inde est, libertas voluntatis, & necessitas naturalis ex parte intellectus. Sed respondet Gregorius apud Lichetum ad rationem Scoti concedendo posse ostendi voluntati aliquid ut bonum absolute, necessario tamen illud dilectum iri, vel propter se, vel propter aliud; tamen si non dicitur ab intellectu quomodo diligendum sit: sicuti etiam possibile est ut aliquid apprehendatur absolute, quin dicitur volutari, ipsam esse diligendum, vel odium; & tamen voluntas non potest habere actum circa illud nisi diligendo, vel odio.

Hanc quippe responsionem ingenue labefactare cernitur Lichetus, dicens; Exemplum non videtur ad propositum, eo nimirum: quia omnis operatio voluntatis, vel est velle, vel nolle, ut patet: est ergo impossibile, quod voluntas habeat aliquem actum nisi volendo, vel nolendo; sed non est sic de propter se, vel de propter aliud: quia sic ratio ostendit aliquod bonum esse diligendum, quin ostendat nunc propter se, vel propter aliud; Non video quin voluntas absolute possit velle illud: quoniam velle propter se, vel propter aliud necessario supponit ipsam velle; sed non e contra: id est exemplum suum non est ad propositum. Negaretur etiam quod ratio posset ostendere aliquod bonum voluntati, quin diceret nunc odio, vel amore sit habendum. Hæc Lichetus:

Ad argumentum Gregorij transeat maior propositio (nam eius veritas infra differetur) & negatur minor: quando quidem inter velle aliquid propter se, & velle illud propter aliud, actum presentem, vel praterito relatum datur medium, nempe actus volendi bonum absolute prescindens à propter se, & à propter aliud presentem, vel praterito, ut neminem etiam Thomistarum latet.

Utrum autem eiusmodi actus eodem usque sit medius, ut nullo prorsus modo sit fructio, vel usus, in sequenti Sectione rimabimur.

Ad probationem minoris ex Augustino, ingenue respondet Vazquez in calice capitis secundi: certum esse in Deo

non dari medium actum inter fruitionem sui ipsius, & usum creaturatum, his namque expressè utitur; quia expressè propter semetipsum eas diligit: inde tamen non sequitur ex sententia Augustini idem in nobis dicendum esse; quia non omnia, quæ inculpabiliter amamus, præter Deum, diligimus actu præterito, vel præfenti propter ipsum, tanquam propter ultimum finem.

SECTIO IV.

Utrum præfatus actus implicite saltem, & virtualiter sit fructio, vel usus?

Circa hoc dubium libet transcribere verba Licheti in 1. dist. 1. q. 3. §. Quantum ad primum; ubi ait: Omne ens creatum ex natura rei est volibile propter aliud; & primum ens ex natura rei est tantum volibile propter se; & repugnat sibi ex natura rei, quod sit volibile propter aliud: quasi diceret; creatura ex natura rei est obiectum usus, & non fruitionis, suopte genio expetit usum, & reuicit fruitionem.

Contrà verò, Deus suopte pondere vendicat fruitionem, abigit usum. Tamen voluntas, addit Lichetus cum Scoto, potest velle illud propter aliud, & creaturam propter se, & hoc ex libertate voluntatis. Addit Lichetus cum Scoto: licet inter assensum propter se, & propter aliud respectu intellectus, nullus cadat assensus medius; sed in voluntate præter illos, assensus potest esse, nec propter se, nec propter aliud expressè. In presentiarum sciscitamus, nunc implicite saltem, & habitualiter, vel virtualiter præfatus actus, seu assensus sit propter se, vel propter aliud; fructio vel usus?

Inferiusculè subdit; Voluntas potest assentire alicui bono diligendo illud absolute, ita ut non diligit, nec propter se, nec propter aliud; & tamen talis dilectio non est inordinata, præsertim si tale bonum ostendatur a ratione, ut in se bonum absolute: ita quod primò ratio dicet tale bonum esse diligendum, non dicendo, an propter se, an propter aliud; & mox subdit sed postea ratio ex imperio voluntatis potest ulterius inquirere, an tale bonum sit

Resp. Gregor.

Relictur.

Lichetus in 1. d. 1. q. 3.

propter se, vel propter aliud diligendum: num videlicet sit creatura, vel primum ens, quia facta seria, ac sedula, per intellectum inquisitione, mox in lucem erumpit, quod antè latebat in caligine, adeò ut si ens creati (verbi gratia virtus moralis) latuerit, illud ipsum erumperit, & voluntatem alliciat ad sui amplexum *vsu* expresso, & non *fruitione*.

Si autem Deus latuerit, idem ipse foras erumpat, & voluntatem alliciat ad sui amplexum *fruitione* explicita, & nõ *vsu*.

Quærimus ergo in præsentiarum, vtrû prævia illa, & antiqua (vt ita dicam) dilectio terminata in Deum, verbi gratia, præstèsum ab intellectu in ratione *boni absolute*, latentem sub tenebras in ratione *Dei, primi entis, & diligibilis propter se*, sic *fructio* implicitè? certum enim est, quod explicitè neutiquàm sit. Similiter quærimus, vtrum præcedens, & cõfusa dilectio terminata in moralem, verbi gratia, virtutem in ratione boni honesti, & diligibilis absolute præstèsum non vero in ratione entis creati, & diligibilis propter aliud, sit *vsus* implicitè, & virtualiter explicitè namquè neminè latet, quòd *vsus* in ordine sic dicitur.

Affirmativam sententiam tenent Gabriel in 1. d. 1. q. 1. art. 1. quem sequuntur Vazquez disp. 32. cap. 2. Salas tract. 6. disp. 1. Sect. 8. Lorca disp. 8. de Actibus Humanis, dicens: *Actus ille quem Scotus vt mediû assignat, partim est fructio, partim vsus; nam est actus circa finem intermedium, qui in alium refertur virtualiter, saltem natura sua: fines enim virtutem in finem ultimum ordinantur.* Et infra, *quare actus ille, mediû est inter fructionem, & vsum non exclusionè, aut negationè sed participationè utriusquè, magis tamen est vsus, quam fructio.* Eadem sententiam tenet Montefinos disp. 12. dicens: *Est mediû inter fructionem, & vsum explicitum, non tamen est mediû inter eandem implicitè.* Supra dixerat nõ datur actus neuter, aut mediat in voluntate; qui non sit aliquo modo *fructio*, aut *vsus*. Tradit autem conclusionem hisce verbis: *Non potest esse in voluntate aliquis actus, qui non sit aliquo modo circa ultimum finem verum, vel appetitum, vel circa mediû aliquo modo relatum in ultimum finem* probatq; hac ratione: quoniam actus voluntatis, vel est circa Deum, vel circa creaturas: rursus, vel est ordi-

natus, vel inordinatus; si sit ordinatus, & circa Deum tendit in ipsum vt in ultimum finem; si autem sit ordinatus, & circa creaturas, tendit in ipsas propter Deum, siue virtualiter, siue eualiter: si autem sit inordinatus amor circa Deum, erit vsus: si circa creaturas, erit voluntas circa ipsas, tanquàm circa ultimum finem positivè, aut negativè, formaliter aut virtualiter; ergo nõ datur actus neuter, & mediû in voluntate, qui non sit aliquo modo *fructio*, aut *vsus*; & quidè si sit *fructio* respectu creaturarû, aut *vsus* respectu Dei, erit peccatum, loquitur Montefinos. Addunt illi Doctores hanc esse opinionem Scoti.

Vt igitur exactè mentem Doctõris rimari possimus, notandum est ex eius littera, partim in 1. d. 1. q. 3. §. *Quantum ad primum*, & partim in 1. d. 1. q. unica; voluntatem nostram posse duobus modis considerari; vno modo, secûdum potestatem suæ libertatis nudè, & præcisè: alio modo vt insitam impulsui charitatis infusa, vel acquisita, seu aliarum virtutum nutui circulari. Lege Sectionem 6. disp. 4. tom. 2. meorum in quartum Commentariorum. Sanè si actum illum mediû, & neutrum consideremus in primo sensu, nempe, vt prædicentem à voluntate: secundum potestatem suæ libertatis recensita, crederem, neque explicitè, neq; implicitè determinari ad vsum, vel ad fructionem, neque participare vtrumque vtfalsò existimant prædicti Doctores; sed potius sese generè indifferenter instar animalis respectu hominis, & bruti; & omninò præcendere ab vtroque, & hoc in sensu locutus est Scotus in 1. d. 1. q. 3. §. citato, vbi sic habet: *Quodcumque bonum volibile potest volûtà habere obiectum secundum hunc actum, vel secundum illum.* Id est: potest voluntas amplecti primum, & summum bonum vsu: & e contra potest adherere *fructioni* bono creato, verbi gratia, virtuti morali, seu eius obiecto.

Favet etiam illis in verbis superiuscule habitis: voluntatis *assensus*, nempe vsus, & *fructio* non sunt distincti, ex distinctione obiectorum, scilicet obiecti volibilis propter se ex natura rei, cuiusmodi est Deus; & obiecti volibilis propter aliud suoptè genio, cuiusmodi est bonum creatum; sed ex distincto actu potentie liberæ sic, vel sic acceptantis obiectum eius: quia in potestate eius est sic, vel sic agere

Scot. 1. d. 1.
q. 3. & 2. d.
d. 41. q. vn.

Opinio
Gabriel in
1. d. 1. q. 1.
art. 1. quem
sequuntur
Vazquez
disp. 32. c.
2. Sal. tract.
6. d. 1. sect.
8. & Lorca
disp. 8. de
Act. Hum.

Montefin.
disp. 12.

referendo, vel non referendo: in potestate inquam eius est velle bonum creatum, verbi gratia, castitatem irreferibiliter, & fruendo, & velle bonum increatum irreferibiliter, & vtendo illo.

Si autem actum illum medium sumamus vt prodeuntem à voluntate, vt insita impulsui, seu virtutum nutui; sic dixerim ipsum esse implicitè, & virtualiter, seu habitualiter quasi determinatè fruitionem, vel vsum: nam si actus neuter, vel medius præexistit solutè, & ignoratum in ratione boni increari, & diligibilis propter se: vtique talis actus implicitè dicitur fruitio: quo enim voluntas eius in elicitione secuta est impulsum charitatis, eò creditur, quod si intellectus distinctè cognouisset illud obiectum esse primum bonum, & diligibile propter se, incunctanter voluntas eliciisset fruitionem, & nolitionem irreferibiliter: patet; quia charitatis impulsus est, vt bonum increatum fruitione, & creatum vsu diligatur: ergo implicitè ià ille actus neuter, & medius erat extremus, nempe fruitio.

Si autem actus ille medius erit elicitus circa bonum creatum, cognitum in ratione boni absolutè, & ignotum in ratione boni creati, & diligibilis propter Deum: sanè hoc in euentu censetur implicitè vsus propter præfatum charitatis impulsus.

Secundò est notandum cum Doctore in 2. d. 41. & q. vnica supra citatis: actum exeuntem à voluntate virtutum impulsui hærente posse referri in finem vltimè tripliciter: vno modo actualiter, sicut cogitans actualiter de fine diligit illum, & vult aliquid propter illum, verbi gratia, castè viuere, vel elæmosinam dare; hoc sanè in casu, volitio amplectens vitam castimoniam, & elæmosinæ largitionem, expressè erit vsus, quia refertur expressè ad finem vltimum Deum.

Alio modo virtualiter, sicut ex cognitione, & dilectione finis deuentam est ad volitionem huius entis ad finem: puta ex cognitione, & dilectione Dei pertinente ad portionem superiorem, portio inferior considerat talem actum, puta pœnitentiæ, esse assumendum, & postea illum exequitur volendo, non tamen tunc actualiter cognoscitur, nec diligitur; igitur in eiusmodi euentu, volitio, & executio pœnitentiæ, seu acceptio pœnæ dicitur vsus virtualiter, seu (alio idiomate) habituali-

ter actus præteriti virtute, vt in tomo 2. meorum in quartum Commentariorum patet.

Tertio modo habitualiter, puta, si omnis actus referribilis in finem manens cum charitate, quæ est principium referendi, dicatur referri habitualiter, vt verbi gratia, auditio Missæ, seu quilibet alius virtutis religionis actus, seu alterius ex moralibus, associatus charitate dicitur vsus, eò nimirum, quia habitualiter cõsetur referri in Deum vltimum finem charitatis infusa impulsu; & hac deficiente, & homine existente in peccato mortali, impulsu charitatis acquisita, seu ipsarum moralium virtutum circulari pondere. Vt Scotico idiomate perindè, atque vsus sui Sect. 6. disput. 4. tom. 2. meorum in quartum commentariorum. Recog-noscantur quæ ibi dicuntur de dominio, & impulsu charitatis in alias virtutes.

Tertiò est notandum: multum interesse boni primò cognitione confusa, & boni primò cogniti cognitione distincta: illud namque est singulare boni, hoc autem vniuersalissimum eius, & transcendens, in intellectus siquidem in progressu exactæ, distinctæ cognitionis orditur ab vniuersalissimo; & transcendentali, indeque per genera media infima, & species a thomas descendit ad singularia, & indiuidua determinatæ speciei.

In progressu autem cognitionis confusa versus distinctam, à Petro in hominem, in animal, in viuens, si obiectum est in proportione debita: si autem est nimis distans, tunc crediderim primum cognitum cognitione confusa esse singulare entis.

In proposito autem nostræ disputationis erit boni vniuersalissimi singulare. Exemplo res patefiet, dum namque templi limina ingredior, contingit, vt procul videam imaginem, cui adorationem deberi, & amorem, me minimè latet; qualem autem, id prorsus ignoro; eò potissimum, quia nondum conscius mihi sum, num Dei imago sit, vel an potius alicuius alterius creati diui; quamobrem illam absolutè (inquit Scotus) adoro, & diligo adoratione, ac dilectione media, & neutra, absquè relatione ad aliud, aut absquè fruitione propter se. Postea verò rem altius considerans, euidèter conijcio illam imaginem esse Christi Domini, seu alterius ex tribus diuinis personis; & tunc voluntas si agat secundum

dum impulsus virtutis religionis, vel charitatis, eam adorat adoratione latria, & diligit fruitione; si autem agat secundum suam libertatis postulatam præcisè, tunc *in potestate eius inquit Doctor est sic, vel sic agere referendo, vel non referendo*: atque adeo fortassis eam adorabit dulia, & diliget usus: vel è contra adorabit latria, & diliget fruitione nutum insequens diuinæ gratiæ.

1. Conclus.

Dico primò. amor medius, & neuter prodians à voluntate suam libertatem consulente terminatus in Deum, verbi gratia, vt in singulari boni vniuersalissimi, notum cognitione confusa, non est *fruitio* implicitè, seu habitualiter, vel virtualiter.

Hæc conclusio est contra Gabrielem, & contra illos quatuor Recentiores: & probatur; quia postea dum ex imperio voluntatis rem intellectus exactius rimatur, certusque constituitur illud tale singulare esse Deum adhuc voluntas pro sua libertate potest in *usum* prorumpere. Demus igitur, quod de facto proruperit: tunc sic argumentor: amor iste nunc explicitè est usus, ergo dum neuter, & medius extitit nõ erat *fruitio* implicitè. Cõsecutionem probò: illud erat tunc implicitè, quod nunc cernitur esse explicitè, atque nunc ex pressè apparet usus, & non *fruitio*: ergo id ipsum erat ante implicitè, & virtualiter.

Resp. Ad
vers.

Respondebunt isti Doctores: præfatum amorem neutrum, & medium, idèò dictum iri fruitionem implicitè, virtualiter, vel habitualiter; quia respiciebat bonum per se diligibile, & cui ex natura sua repugnat diligi propter aliud.

Relijcitur.

Sed hæc responsio prorsus ruit, quoniam (vt Scotus ingenuè docet) voluntatis assensus non sunt distincti ex distinctione obiectorum, sed ex distincto actu potestatis libera sic, vel sic acceptantis obiectum eius: quia in potestate eius est sic, vel sic agere referendo, vel non referendo: loquimur enim hac in cõclusionem de voluntate prout suam præcisè consulit libertatè, & non virtutum inclinationem: quo certè in sensu nõ magis est determinata, vt amorem illum medium in extremum flectat fruitionis, quàm in contrarium, scilicet ipsius usus: immo vndequæ; sicut in æquali statu indifferentiæ ad prorumpendum in usum, vel in fruitionem, prout magis sibi arriserit: & dato quòd iam semel in usum proruperit, rectè argu-

mentum supra obiectum (gratia argumentationis loquendo) in forma, & in methodo vrget sic.

Hic amor nunc explicitè est usus: ergo dum neuter, & medius extitit, potius virtualiter, & implicitè erat usus: quàm *fruitio*. Confirmatur: nunc *explicitas* huius amoris explicitè imbibit plenitudinem usus: ergo tunc *implicitas* eius implicitè imbibebat plenitudinem usus, & per consequens, nihil omninò imbibebat fruitionis: patet: quia plenitudo usus sine vacuitate, plene claudit aditum minutulis etiam fruitionem; ergo vrget utique in forma arguendi. Dicendum porro est: præfatum medium, & neutrum, amorem à voluntate suam præcisè consulente libertatem, & nutum ipsarum virtutum non respiciente, non magis implicitè, & virtualiter esse fruitionem, quàm usum. Hoc mehercule in sensu loquitur Scotus in citato loco 1. sententiarum.

2. Conclus.

Secundò dico: amorem neutrum, & medium fulgurantè à voluntate suæ præcisè libertatis potestatem consulente, & terminatum in peculiarem, verbi gratia, moralis virtutis actum, vel obiectum, vt singulare boni honesti vniuersalis, notum confusa cognitione non esse *usum* implicitè. Hæc etiam conclusio est Scoti in 1. dist. q. 8. citatis, & est contra illos quinque Doctores: & eisdem probatur rationibus, quibus prima, vt patet in tuenti: voluntas siquidem in prædicto sensu recensita inæquali ponderè est indifferens, vt amorem illum medium, neutrumque flectat prohibito, siuè in fruitionem, siuè in usum, mox vt intellectus sibi attenderit obiectum, seu bonum illud esse creatum, & diligibile propter aliud: licet enim tale obiectum, suapte natura extorqueat usum, & non fruitionem, tamen ipsa voluntas suam consulens præcisè libertatem, potest terga vertere tali extorsioni, seu illicitioni, & bonum creatum fruitione amplecti, & amore irreferibili, iuxta assertum supra citatum Scoti, dicentis: *Quia in potestate eius est sic, vel sic agere referendo, vel non referendo.*

Sco. vlti
pra.Sententia
aut. p. 1.

3. Conclus.

Tertiò dico: potest voluntas suam cõsulens libertatem flectere amorem illum neutrum ad extremum, siuè fruitionis siuè usus indifferenter, priusquam intellectus detegat diligibilitatem propter se, vel propter aliud: probatur à fortiori: nam si detecta, & parsa boni creati diligitur.

ligibilitate propter aliud, potest illud amare propter se, & ostensa sibi boni increati diligibilitate propter se, potest illud amare vsu, multò melius id prestare poterit antequàm talis fiat ostensio: eò potissimum, quia nondum eminet ex parte obiecti extorsio, seu blanda allectatio in contrarium, quæ post plenam ostensionem specificæ diligibilitatis propter se, vel propter aliud eminere solet; ergo.

4. Concluf.^o Quartò dico: amor ille neuter terminatus ad bonum primò cognitum cognitione distincta, nempe ad conceptum boni transcendentem supra creatum, & increatum, quantum est ex parte obiecti, nequit esse fructio, vel vsus; benè tamen ex libertate voluntatis.

Prima pars huius cõclusionis probatur: quia ille talis conceptus præcisè, & directè nequè est Deus, nequè creatura, sed transcendens vtrumque, & præscindens ab vtroquè; igitur suoptè pondere, neq; exigit vsu, nequè fructioem; & per consequens, quantum est ex parte obiecti, nequibit esse fructio, vel vsus.

Secunda pars probatur: nam voluntas suam consulens libertatem, potest talè transcendentem conceptum boni diligere fructioem, & amore irreferibili. Similiter potest eundem diligere vsu referibiliter ad Deum contractiuum eius per illuminationem. Potest item eundem amare vsu referibiliter ad creaturam contractiuam eius per finitatem, seu per limitationem. Vtrum autem his in casibus sit culpæ, & meritì compos, alibi disseremus. Deo dante.

5. Concluf.^o Quintò dico: prædictus amor neuter terminatus ad bonum primò cognitum cognitione confusa, licet superflite cõfusione non sit natus ex parte obiecti fieri fructio, vel vsus; detecta tamè caligine, mox quantum est ex parte obiecti, in fructioem, vel in vsu ruit.

Prima pars huius conclusionis probatur. quia nihil volitum quin præcognitum; ergo quandiu intellectum latuerit modus diligibilitatis propter se, vel propter aliud, nequibit ille amor, quantum est ex parte obiecti, flexi in vsu, vel in fructioem.

Secunda pars conclusionis probatur: quia abiecta cognitionis confusæ caligine, incunstanter apparet quid obiectum illud sit, Deus, scilicet, vel creatura; ergo statim amor ille neuter cor-

ruet in fructioem erga Deum, in vsu erga creaturam; hæc enim scaptè natura vsu petit, & fructioem tenuit; ille è cõtra fructioem vèdicat, vsu respuit; ergo. Cum quo tamen stat, quod voluntas suam præcisè consulens libertatem, poterit illum amorem neutrum in fructioem creaturæ, & in vsu Dei si aere, vt supra sæpe sæpius repetitum est. Quàm mehercule totam doctrinam valdè corroborat illa nostra supra exagitata quæstio, vtrum voluntas possit malum, sub ratione mali, amore prosequi, & bonum, sub ratione boni, odio, & nolitione.

Sextò dico: amor præfatus neuter fulgurans à voluntate, virtutem charitatis consulente, terminatus ad bonum primò cognitum cognitione confusa, implicite virtualiter, vel habitualiter, vere censetur esse fructio, vel vsus. Hæc conclusio consulit Scotum in 2. sent. distinct. 41. quæst. vnica in secundo fundamento citatis. Et probatur: nam si illud primò cognitum cognitione confusa est Deus notus in ratione boni absolute, & ignotus in ratione Dei, amor neuter, quem terminat erit fructio implicite: patet: quia mox vt postea detegitur deitas descendit in fructioem explicitam; si autem illud primò notum cognitione confusa est creatura, detecta confusione, & noto iam bono illo in ratione creaturæ, & diligibilis propter Deum, statim amor neuter, quem terminabat in vsu ruit expressum: eò nimirum, quia voluntas est in statu agendi secundum nutum charitatis, vt docet ibi Scotus: & ratio quare prima illa interminatione amor eius pedem sistit in neutralitate, quin ulterius progredere- tur, ea fuit, quod præuia ductrix cognitio erat eueruis, & infirma, nec satis pandens modum diligibilitatis ipsius obiecti.

Septimò dico, amorem illum neutrum prodeuntem à voluntate, suam præcisè consulente libertatem, adhuc ostenso iam per intellectum modo diligibilitatis propter se vel propter aliud ipsius obiecti, posse permanere in sua neutralitate, præscindendo nunc, perindè ac què antea ab omni propter seitate; probatur: tum ex sæpe citatis verbis Scoti: quia in potestate eius est sic, vel sic agere referendo, vel non referendo, quæ duo gerundia, & etiam illa duo aduerbia sic, vel sic, & positiuè, & mere negatiuè, seu

6. Concluf.^o
Scot. 2. d.
41. q. vn.

7. Concluf.^o

præ-

precisiuè congruè possunt sumi. Tùm secundò, quia ex prima Sectione huius disputationis elucet, voluntatē nostram plus posse abstrahere, quàm intellectū, Tunc sic: intellectus de facto abstraxit à modo diligibilitatis *propter se, vel propter aliud* propter eneruē, quam circa bonum elicit cognitionem; ergo postea quando iam alia præstantior circa ipsum est elicita noticia, poterit voluntas suā consulens libertatem, pedem sistere in antiqua neutralitate, præscindendo, vt dictum est à *propter seitate*, & à *propter alietate*. Ita Scotus in 4. dist. 49. §. *quantum ad secundum articulum*, dicens: *possum non elicere nolle circa malum, sicut velle circa malum*; ergo etiam poterò sistere pedē in neutralitate. *Voluntas potest se suspendere ab omni actu ostensa beatitudine*; ergo etiā poterit abstinere à *propter seitate*, &c.

Conclus. Vltimò dico: si actus ille neuter permanet à voluntate cupiditate excaecata, seu vt cumque deordinata, mox vt intellectus imperio voluntatis detegerit tale bonum esse creaturam, exprimeretur in fruitionē nixam creaturæ tanquàm vltimo fini apparenti: si autem libertatē, & Dei gratiā consulerit, tērationi obfistendo, victrix euadet voluntas, & nuspian creaturæ ad hærebit, nisi vsu. Hæc conclusio exactè soluit rationes Ludouici à Montefinos.

Ex dictis etiam patet solutio eorum quæ Lorca obiicit: ille namque actus neuter terminatus ad finem intermediū moralis virtutis, si consideretur, vt fulgurans à voluntate suam præcisè libertatem consulente, non dicetur potius *usus* esse, quàm *fructio*; immò æquali in pondere voluntas est potens illū in *fruitionem*, vel in *usum* redigere: si autē prædictus actus consideretur, vt prodiens à voluntate impulsus charitatis infusæ, vel acquisitæ consulente dicetur *implicitè usus*.

Et cum addit Lorca fines virtutū natura sua ad finem vltimū ordinari, transeat propositio; indè tamen non sequitur actum illum neutrum in eiusmodi euehi finem, nisi prodeat à voluntate virtutum impulsus consulente.

Ex dictis etiam constat, quod in sensu detur bonum apud intellectum distinctè concipientem, quod nequè medium sit, nequè finis: conceptus nimirum ille boni transcendentalis supra bonū crea-

tum, & increatū: patet: quia talis conceptus obiectiuus, neque est Deus, neque creatura nisi premissiue, & indirectè. Lege nostrū ingenio, & eruditione pollentem Ludouicū à Rodriguez in quæstione de vniuocatione entis.

SECTIO VLTIMA.

Appendix.

Vtrum Deus possit odio haberi ab aliqua voluntate?

PRO tituli intelligentia est norandū, quod esto apud heroes Latinos hæc nomina, *odium, abominatio, displicētia, execratio, & detestatio*, in veteratam itā præferāt, & exolos quosdā ab illa erumpentes affectus: apud scholasticos tamen, apud Scotum præsertim frequenter coincidunt cum hoc nomine *nolitio*.

Sensus ergo tituli est. *Vtrum esse, & conseruari Dei possit esse nolitum nolitione irreferibili, seu inimicitia.*

Partem negantem videtur tenuisse Doctor multis in locis: in 2. dist. 43. q. 1. §. *oportet igitur dicens: quia actus charitatis, vt dilectio Dei est actus perfectissimus conuersus ad Deū, si haberet oppositum, scilicet odium Dei, hoc esset maximum peccatum; sed non credo, quod talis actus charitatis habeat oppositum actum contrarium: quia Deus non potest oderi ab aliqua voluntate, vt dicitur in quarto.*

In 4. dist. 49. q. 10. §. *quantum ad secundum articulum*, ait: *sicut circa malū ostensum non possum elicere actum voluntatis, nisi nolle: sic circa bonum oblatum, non possum elicere actum voluntatis, nisi velle.* Et inferius *miseria non est nata esse obiectum actus volitionis, nec beatitudo obiectum actus nolitionis: sicut actus videndi disgregando excluditur à visu respectu nigredinis: quia non est nata esse obiectū talis actus.* Et rursus inferius docet, quod si voluntas cōtingenter se se determinet ad eliciendum aliquem actum circa ista obiecta, id est circa miseriam, & beatitudinem, *necessariò elicit determinatū actum volendi respectu beatitudinis, & nolendi respectu miserie.* Supra dixerat: *non possum velle esse miserum; ergo non possum edire beatitudinem.* Et in 2. dist. 6. q. 2.

vifo

Pars negativa videtur Scoti in 2. d. 43. q. 1.

In 4. d. q. 49 q. 10.

In 2. d. 6.
q. 2. §. visio
igitur.

Par. affir.
cernitur in
eodē §. &
impro. d. 1.
q. 4. §. Ad
argum. pro
opin.

*visio igitur sic ait: sicut nihil potest esse
obiectum volitionis, nisi sub ratione boni
sic nec nolitionis, nisi sub ratione mali.*

Oppositam sententiam cernitur am-
plexi in eodē §. dicens; quod Angelus
habuit inordinata nolle, puta nolendo
beatitudinem sibi minus inesse, quam Deo
esse, siue quam Deum esse: vel nolendo
expectare beatitudinē usque ad terminum
vite: vel nolendo eam habere ex meritis,
sed ex se; & ex consequenti nolendo subesse
Deo; & tandem nolendo Deum esse, in
quo tāquam in summo malo, consummata
videtur malitia: sicut enim formaliter
nullus est actus melior, quam Deum di-
ligere; ita nullus est peior, quam Deum
odire.

Eandem cernitur amplexus fuisse in
1. d. 1. q. 4. §. ad argumenta pro opinio-
ne, in responsione ad 3. dicens: non est
probatum, quin voluntas possit bonum
nolle, in quo nulla invenitur ratio mali,
vel defectus boni. tunc sic; in solo Deo nō
invenitur defectus boni; ergo probabile
est ipsum posse odio haberi.

Vt probabilitatem huius sententiæ
ostendere possimus, meminisse oportet
3. notabilis §. 2. Sect. 2. disp. 5. meorum
in quartum commentariorum, vbi præ-
dictam nolitionem diuisi in absolutam,
& conditionatam; absolutam rursus, in
efficacem, & in eam, quæ inefficax est,
quidque earum vnaquæquæ sit edocui.

Secundò est norandum; omnia asserta
sectica in obsequium prioris sententiæ
relata ingenuè posse, vel saltè congruè,
intelligi de volitione dumtaxat, & no-
litione concupiscentiæ, & referibili;
adeò vt sensus sit; malum, sub ratione
mali miseria, non esse Dei, seu destructio
eius, & anichilatio nequeunt esse obie-
ctum volitionis concupitricis, & referi-
bilis mihi ipsi amato, seu alteri dilecto;
non autem negat Doctor, quòd possint
esse obiectum volitionis irreferibilis ad
alium amatum.

Notato obsecro subtilis Scotista, illa
præsertim verba; *miseria nō est nata esse
obiectum actus volitionis; nec beatitudo
obiectum actus nolitionis; sicut actus vi-
dendi disgregando excluditur à visu res-
pectu nigredinis, quia nō est nata esse obie-
ctum talis actus.* Sanè visio disgregatiua
omnem suam mutat consanguinitatē,
affinitatē, seu similitudinem cum amore
concupiscentiæ, & referibili, & nullam
protius cum amore amicitia, & irrefer-

ribili: quò enim visus in videndo albedi-
nem disgregatur, & in videndo nigredi-
nem congregatur, eò existimatur sibi
ipsi videre albedinem, & nigredinem
visione nimirum relata ad seipsum; dis-
gregandum, & congregandum; prop-
ter seipsum inquam videt eas, nō prop-
ter illas, gratia sui ipsius, non gratia ea-
rum, vsu videt eas, non fructione, adeò
vt seipso fruatur, & albedine, & nigre-
dine quasi vtatur.

Hercle perindè se se æstimatur, ac si
seipsum videret in speculo per lineam
curuam, & reflexam; tunc enim homo
quasi primo intuitu se videt, & quasi se-
cundo videt, & contemplatur perfectio-
nem, magnitudinem, & ingenuitatem
ipsius speculi.

Hinc intuleris, quòd si (per impossi-
bile) visus videret albedinem, & nigre-
dinem citrà disgregationem, & cōgre-
gationē sui ipsius; tūc reputaretur vide-
re eas visione quasi amicitia irreferibi-
li, & quasi fructione ipsarum, eisque po-
tius frui diceretur, quàm seipso; de facto
autem secus accidit, vt patet.

Tertiò est obseruandum; hæc duo enū-
ciata: *nolo me beatum, & nolo formalem
beatitudinem* ex ipso modo loquendi
Scoti conijci esse synonyma, perindè, at-
què hæc alia duo, *volo me miserum esse, &
volo miseriam*; & quia istæ duæ proposi-
tiones, *nolo me esse beatum, & volo me es-
se miserum*, ipso verborum ex tenore cer-
nuntur loqui de volitione, & nolitione
concupiscentiæ, & relata ad me prædile-
ctū, manifestè sequitur has etiam duas,
nolo beatitudinem, & volo miseriam, eo-
dem modo sumptum iri apud Scotum.

His suppositis dico primò: *esse, & con-
seruari Dei* non posse esse nolita absolu-
tè, & efficaciter: probatur: ad obiectum
impossibile nequit terminari actus effi-
cax absolutus, ascendens ex mediolorum
consultatione, Tunc sic: vnde quæquæ re-
pugnat esse, & conseruari Dei non esse;
igitur nequibunt esse nolita efficaci no-
litione. Consecutio bene inferitur. Ma-
ior propositio satis liquet ex meis Com-
mentarijs loco citato. Minor autem ex-
pressè habetur apud Scotum in 1. d. 8.
q. 5. asserentem: *Quia Deus est necesse es-
se, & prabatum est ex primitate efficien-
tia d. 2. q. 1. & ideo non potest mutari ab
esse in non esse.*

Secundo dico: *esse, & conseruari Dei*
posse esse nolita nolitione absoluta, in-
ef-

1. Conclus.

2. Conclus.

efficaci, verè, & aequaliter elicità. Hanc conclusionem tenet Doctor probabiliter loquens supra citatis: quàm probò sic: si esse, & conservari Dei non possent esse nolita, maxime, quia est impossibile ipsa non esse; sed hac impossibilitas non claudit aditum elicitiohi huiusmodi nolitionis: ergo. Minorem probò. Ex Aristotele 7. Ethicor. cap. 2. *Electio namq; non est eorum, quae fieri nequeunt; voluntas autem est immortalitatis*, ut expono tom. 2. disp. 3. sect. 1. §. 2. in fine. Tunc sic: voluntas inefficax versatur circa immortalitatem, quae impossibilis est; ergo etiam poterit versari circa destructio- nem, & anichilationem Dei, quae impos-

3. Eth. co. 2.

Eualo. Contra.

Sed respondebit quis: elicitiohi huius nolitionis praeceludat aditum a summa bonitate, & suprema diligibilitate Dei. Sed contra quomodo modum Deus est summe diligibilis, ita est summe propter se diligibilis, & tamen talis propter se-ritatem, seu summitas talis propter se-ritatis non claudit aditum elicitiohi usus termina- ti ad ipsum, ut in praecedenti Sectione ostensum est, ergo neque summitas bo- nitatis, seu diligibilitatis absolute pote- rit praepedire aditum elicitiohi nolitionis ad ipsum terminandae.

3. Conclus.

Tertio dico: esse, & conservari Dei posse esse nolita efficaci nolitione conditio- nata: probatur: quia quidquid absoluta inefficax nolitione potest esse nolitum, illud ipsum potest esse nolitum efficaci- ter conditionate, ut explicuimus in 2. to. disp. & sect. citatis; sed Dei esse, & conservari possunt esse nolita absoluta inefficaci nolitione, ut probatum est; ergo etiam poterunt esse nolita efficaci nolitione conditionata: quae sic explicatur: *Nollem efficaciter Dei esse, & conservari, imò si darentur media eorum destructo- ria, ipsa libenter eligerem, & in tali esse, & conservari destructionem efficaciter tonarer, si anichilabilia per impossibile forent.*

Eualo.

Sed dicent aduersarij utramque con- clusionem esse falsam: eo praesertim, quia nequit esse nolitum, nisi id quod realiter vel apparenter est malum.

Reijcitur Ocham 3. q. 13. dub. 6.

Contra quos ingeniose invenit Responsum Ocham in 3. q. 13. ad tertium du- bium hac ratione: observantia huius pra- cepti Deuteronomij 5. *Non habebis Deos alios*: erga orthodoxum, eatenus tam apparenter, quam realiter est bona,

ut nullatenus sit mala; & tamen voluntas huius orthodoxi, suam praesise consulens libertatem potest elicere nolitionem erga praedicti praeccepti observantiam, sic, *nolo* observare illud praecceptum. & similititer potest elicere voluntatem effica- cem erga transgressionem eiusmodi sic; *volo* habere Deos alienos; ergo, potest voluntas huius orthodoxi nolle bonum, quod omnimodo, tam apparenter, quam realiter est bonum, & velle malum, quod vnde quatenus realiter & apparenter est malum. Maior propositio declaratur; quia intellectus orthodoxi sine formidi- ne de opposito dicitur voluntati trans- gressionem illius praeccepti esse pessimam, & observantiam esse optimam; & alio- qui supponimus hunc orthodoxum esse immunitem, & extra omne periculum, & occasionem detrimenti, lucri, seu emolu- menti. Minore autem probatur Ocham; quia alioqui sequeretur, quod huiusmodi or- thodoxus non posset peccare peccato com- missionis, & percussiones, nec mereri nec demereri circa tale praecceptum, quod sa- ne absurdum prorsus videtur. Notato hac Ocham verba: *Si igitur non potest velle tale malum sic dictatum, nempe sub ratio- ne mali; non potest peccare peccato com- missionis: nunc autem apparet verum ser- vandum leges Dei communiter ordinatas, quod voluntas viatoris non potest mereri circa aliquid, nisi circa illud possit demere- ri committendo, licet enim Christus, & Bea- ta virgo poterunt mereri circa mala ob- iecta, & nullo modo demereri; hoc fuit in eis ex speciali dispensatione divina; sed de alijs videtur propositio assumpta generaliter vera. Si enim voluntas non potest velle pra- dictum obiectum, verbi gratia, idoli ado- rationem, sub ratione mali ostensam, & nullius bonitatis specimine simulatam, sequitur, quod non potest demereri, & per consequens non potest mereri in nolen- do illud malum sic dictatum: & per con- sequens aufertur omnis ratio merendi, & demerendi circa talia obiecta, quod est ir- roneum dicere. Inferiuscule declarat in quo consistit privilegium Christi, & Mariae, quando fuerunt viatores, consistit namque in speciali praeservatione, & or- dinatione divina, qua voluit non concurre- rere cum voluntatibus eorum ad eligendum actum peccati; igitur ubi non est tale spe- ciale privilegium, ibi dicitur generaliter esse verum, quod si voluntas potest mereri circa aliquod obiectum, potest demereri eod-*

mit-

mittendo circa illud obiectum. Hac, & alia latione, & rotatione digna inuenies apud hunc nostrum sapientissimum Doctorem loco citato.

Eodem idiomate vsus est Hugo Cavellus in illo scholio unico, q. 1. d. 20. libro 2. sent. dicens: *duplex est confirmatio: una conueniens beati tollens posse peccare etiam venialiter, quia non dat concursum ad id necessarium; alia viatoris non tollens posse, nec concursum ad actum peccati necessarium, habens tamen infallibilem custodiam, ne peccetur mortaliter.* Ochamus tamen consulto, iureque optimo illam priorrem ingenuam confirmationem in gratia, & impeccabilitatem, tribuit, & Filio, & Matri.

Ex dictis patet solutio ad argumenta prioris sententiae. Ad primum respondeo primo: Scotum sibi velle esse valde probabile, quod Deus non possit odiri ab aliqua voluntate. Secundò respondeo: ipsum non posse esse nolitum nolitione concupiscentiae, & referibili ad me prae dilectum, seu ad alium amicum, & familiarem; id est esse, & conseruari Dei non possunt esse nolita, quatenus sunt fons, origoque totius mei esse naturalis, & supernaturalis; bene tamen possunt esse nolita nolitione inimicitiae, & irreferibili ad me, seu ad alium prae dilectum.

Obiecto. Sed contra: ex non esse Dei in se, necessario sequitur non esse mei, & amici; ergo non possum constitui nolens esse Dei, quin constituar nolens esse, & conseruari mei ipsius.

Resp. Scot. 1. d. 1. q. 5. Respondeo negando consecutionem: quia vt docet Scotus in 1. d. 1. q. 5. propè finè: *non oportet volentem antecedens velle consequens; quando consequens non includitur per se in antecedenti, sed tantum sequitur per locum extrinsecum.* Enim verò non esse Dei, & non esse mei, non se habent sicut non esse rationalis, & non esse risibilis, seu sicut non esse albedinis, & non esse nigregatiui; sed potius sicut non esse causae efficientis extrinsecae necessarissimae, & non esse effectus.

2. Resp. Scot. in 2. d. 6. q. 1. Secundò respondet Scotus in 2. dist. 6. q. 1. in responsione ad 4. quòd etiam quando consequens includitur in antecedenti: potest voluntas constitui volens, seu nolens antecedens, quin constituar volens, seu nolens consequens, nisi ostendatur sibi ab intellectu, adeò necessario consequens includi in antecedenti nolitò, seu volitio, quod illa talis nolitio, seu vo-

litio, quòd verè terminatur ad antecedens, eò necessario terminari perpendatur ad consequens.

Vndè nesciens inclusionem disgregatiui in albedine; & risibilis in rationali, bene posset constitui volens, seu nolens esse, & conseruari albedinis, quin constituar volens, seu nolens esse, & conseruari disgregatiui.

Similiter potest constitui volens, seu nolens esse, & conseruari rationalis, quin constituar volens, seu nolens esse, & conseruari risibilis. Notato verba Scoti: *Non oportet, quod velit consequens, & si vult antecedens, quando consequens non est de per se intellectu antecedentis, sicut ponitur exemplum, quòd aliquis potest appetere Episcopatum non volendo sacerdotium, nisi sciatur consequentia huius ex illo.* Et inferiusculè; *si enim, vel nesciatur consequentia, vel non sit velle consequentiae.* Clariusculè, & breuius Lichetus, ibi *Nec voluntas ordinata, nec deordinata potest velle antecedens, & non consequens, sic necessaria sequela est cognita; alioquin quilibet excusaretur à peccato, dum vellet antecedens, scilicet bonum delectabile, & non consequens, scilicet deformitatem annexam.* Et mox repetit exemplum Scoti de Episcopatu, dicens: *Vndè implicat, quòd aliquis velit Episcopatum, & non velit sacerdotium, si sciat ipsi necessario annexum.*

Ad secundum assertum Scoti decerptum ex 4. distin. 49. quasi. 10. respondè: ipsum sibi velle, quòd quemadmodum, circa malum mihi ostensum non possum elicere velle concupiscentiae, & referibile ad me, seu ad alium prae dilectum: ita circa bonum ostensum non possum elicere nolle concupiscentiae, & referibile ad amatum.

Non tamen negat Scotus, quòd circa malum ostensum non possim elicere velle irreferibili, seu amicitiae terminatum ad ipsum sub ratione mali, vt sepe dictum est: itè negat Scotus; quòd circa bonum ostensum possim elicere nolle inimicitiae, vel irreferibile, vt declaratum est in fundamentis, praesertim in secundo.

Figè pedè in illo exemplo Scotico: *sicut actus videndi disgregando, &c. è me declarato in citato fundamento.*

Vltimò arguit quis ex verbis Scoti in 3. d. 26. q. unica, §. *contra viam istam* ubi sic habet: *quidquid ostenditur voluntati tanquam impossibile, vel voluntas omni-*

nō non vult illud, vel si vult, illud tenuiter vult. Tunc sic: destructio Dei est summè impossibilis, & vt sic ostenditur voluntati; ergo vel tenuiter vult eam, vel nullatenus vult.

Respōdeo; illud aduerbium tenuiter æquipollere huic alteri inefficaciter, & nō huic remissè. Vult igitur sibi Doctor, impossibile ostensū in ratione talis, neq; volitione amicitia, & irreferibili, neq; volitione concupiscentia, & referibili posse esse volitum efficaciter, idest volitione ascendenti per media ad finem.

Idem dicendum est de nolitione concupiscentia, & de nolitione inimicitia, seu irreferibili.

Cæterū potest impossibile cognitum esse volitum, & etiam nolitū, volitione, & nolitione inefficaci per media ad finē minimè conscendēte, intensissima tamē, & audiuissima. Huiuscemodi utiq; volitione verè elicitā concupiuit Lucifer æqualitatem Dei, & volitione itē efficaci conditionata, non elicitā; disident enim istæ duæ volitiones, vt edocui in 2. to. meorum Commen. contra Ioannē de Rada, & Franciscum de Herrera.

Hæc eadem volitione inefficaci absolutè elicitā, & alia efficaci conditionatè non absolutè elicitā, vt ibi explicui, dānati desiderant summum cōmodum beatitudinis, eiusmodi etiam vtraq; nolitione sunt nolentes esse, & conseruari Dei, & per consequens hoc in sensu odio habent Deum.

DISPVATIO XII.

De distinctione facultatis cognitiuæ, & appetitiuæ sensituarum præsertim, & de munere vniuscuiusq; earum.

SECTIO I.

Verum facultas sensitua cognitiua, & appetitiua inuicem distinguantur?



Respōdet Scotus affirmatiuè in 3. dist. 17. q. vnica, dicens: *In Christo sicut in nobis fuerunt tot appetitus distincti, quot sunt potentia*

Scot. in 3.
d. 17. q. vni.
& d. 15.

apprehensiuè in nobis. En quomodo expressè insinuat potentiam apprehensiuam, seu cognitiuam esse distinctam à potentia appetitiua. Confirmat hæc eadem conelusionem dum subdit: *quia sicut alia apprehensio est gustus visus, & tactus, & odoratus; ita est alia inclinatio, & delectatio consequens hanc apprehensionem, & illam.* Notato hos terminos alia apprehensio, & alia inclinatio, quibus utiquè haud suboscure insinuat alietatem inter apprehensiuam, & appetitiuam. Eadem conelusionem docuit supra distinction. 15. dicens: *possunt distinguere potentiam, qua anima potest hoc apprehendere, & qua inclinatur in hoc, vt in perfectiuum extrinsecum, distinguit igitur potentiam animæ apprehensoriā à potentia appetitrice, & hoc non solum in anima intellectiua, sed etiam in sensitua; quæ veritas clariusculè patet in his, quæ ingenuè subdit verbis: sicut sensui per se attribuimus apprehendere; ita videtur quod sic inclinari: & inferius, virtutes morales ponuntur in appetitu, scilicet sensitiuo, & non in parte cognitiua, vt distinguitur contra appetitum, & ponuntur potissimè propter delectationes, & tristitias vitandas.* Hugo Cauellus in scholio dolor, & delectatio recipiuntur in appetitu sensitiuo, & idè in eodem ponuntur virtutes morales ad has passiones temperandas. Consulto hic scholiator vtitur hoc termino dolor, & non hoc alio tristitia, quia vt ipse edocui in 2. tom. meorum in quartum Cōmentariorum, tristitia propriè est voluntatis, & animæ rationalis. Et consulto no bis Lichet. in citata dist. 15. q. vnica, dicens: *tristitia, quæ propriè ponitur in parte intellectiua; quando ergo Scotus vtitur in citatis verbis hoc termino tristitias intelligit largè: sufficiēter porrò concludimus cum Scoto necessariò distinctum iri, appetitiuam sensitiuam, & cognitiuam sensitiuam. Et sic respōsum est titulo Sectionis.*

Sed obijcies contra id quod Scotus in citata dist. 15. dicit: *virtutes morales constituendas esse in appetitu sensitiuo; nam infra dist. 33. q. vnica, docet contra Doctorem Angelicum, potius eas constitutū iri in rationali appetitu, scilicet in voluntate.*

Fateor: sed non negat eas etiam in sensitiuo appetitu posse, & debere constitui, licet nō æquè propriè sicut involū

Lichet. in
3. d. 15. q.
vni.

Obiect.

Resp.

tate. Caterum non est huius loci hanc apprimè rimari difficultatem, vt patet, rùm ex titulo Sectionis, tùm ex titulo disputationis.

SECTIO II.

Appendix.

Vtrum in sensu communi distinguantur istæ duæ facultates?

Part affir.
Scot. in 3.
d. 17. q. vn.

Respondet Dòctor affirmatiuè in 3. d. 17. §. istam questionem, dicens: *èd-muniter tamen loquimur de appetitu sensitivo, sicut de vno, & ille est qui sequitur virtutè imaginatiuam: nunc igitur sic argumentor; virtus sequens, & virtus præcedens necessariò sunt distinguendæ, sed in sensu communi, imaginatiua præcurrit, & appetitiua sequitur; ergo distinctæ facultates sunt.*

Secunda ratio; illæ facultates necessariò debent inuicem distingui, quarù officia, & munera sunt specie distincta; sed munus imaginatiuè est imaginari *obiecta* (inquit Scotus) *omnium sensuum, & in presentia illorum, & in absentia; munus autem, & officium appetitiuæ est quod delectatur in illis si sint conuenientia, vel dolet de illis si sint disconuenientia, quæ longè diuersa, & contraria sunt; ergo necessariò præfatæ duæ facultates distinguuntur.*

Infrà declarabimus, quomodo *delectari, & dolere* sint pàssiones erùpentes ab appetere, & à renuere receptis in facultate appetitrice prædicti sensus còmunis, enim verò officium immediatum appetitricis est *appetere* sibi consona, & *renuere* dissona, & aduersa, vt ibi patebit.

SECTIO III.

Appendix.

Vtrum in quouis quinque exteriorum sensuum dentur istæ duæ inuicem distinctæ facultates?

LICHETVS infrà dist. 15. quæst. vni
ca videtur anceps in binio se stetit;

se, ait enim: *sed an cognitua visa, & appetitiua visua sint duæ potentie; de hoc aliàs, infrà tamen dist. 17. videtur sentire cum Scoto, in visu, & in quouis alio exteriori distingui cognitua, & appetitiuam, tametsi confusè; & nõ fat perspicuè, vt patebit inferius, dùm eius retulerimus verba.*

Lichet. in
3. d. 15. q.
vn. & d. 17.

Ipse tamen Dòctor subtilis absque hæsitacione respondet quæsto, affirmatiuè, dicens: *Ponimus alios sensus particularares, & eorum apprehensiones particularium obiectorum distinctorum. Quasi diceret: ponimus in visu facultatè apprehensoriam, seu cognitricem coloris, vel lucidi: in auditu cognitricem soni; in odoratu cognitricem odoris; in gustu facultatè discrettricem saporum amari, & dulcis; in tactu cognitricem qualitatem tangibilem. Expressè igitur vult Dòctor in quinque externis sensibus, quinque distinctas facultates cognitricas constitutum iri, erga quinque eorum obiecta distinctas, & propria cognoscibilia.*

Conclus.
Scot. in 3. d.
17. q. vni.

Quòd etiam tot appetituum sint constituendæ, expressè docet, dùm ait: *oportet præter illum appetitum, scilicet communem appetitus distinctos, sicut apprehensiuas distinctas ponere. Igitur sicuti in visu constituitur cognitua peculiaris distincta à cognitua odoratus, ita debet constitui peculiaris facultas appetitiua diuersa ab appetitiua odoratus.*

Eandem conclusionem confirmant illa alia verba superius habita: *sicut alia est apprehensio gustus, ita est alia inclinatio, & delectatio consequens: nomine illo inclinatio intelligit non solum actum primum, scilicet facultatem appetitiuam, sed etiam actum secundum, nèpè appetitionem elicitam; patet, quia passio delectationis immediatè erumpit à prædicta appetitione elicita iam, & recensita in appetitiua. Verba Licheti caligine offusa sunt eiusmodi; Accipiendo voluntatem pro appetitu in communi, in Christo fuerunt tres appetitus, scilicet increatus intellectualis, qui est voluntas diuina, rationalis creatus, & sensitiuus creatus, qui in tot appetitus sensitiuos distinguitur, quot sunt potentia sensitua in Christo, loquendo tamen de appetitibus consequentibus sensus particularares, & de eorum apprehensionibus; est etiam vnus appetitus sensitiuus in imaginatiua, siuè phantasia consequens imaginationem, qua potentia imaginatiua potest appetere omnia*

sensibilia sensuum particularium. Fundit
tanè tenebris lucem Doctoris subtilis.

SECTIO IV.

Appendix.

Quomodo differant cognitiva, & appetitiva sensus communis à cognitiva, & appetitiva sensus particularis.

Supponendum est nullum sensum, si-
uè externum, siuè internum, siuè cõ-
munem, siuè particularem, posse suum
obiectum abstrahere à singularitate: cõ-
fulit nobis Lichetus in 3. d. 14 q. 3. §. *Di-*
cit Doctor, dicens: non enim aliqua vir-
tus sensitiva præcisè apprehendit quiddi-
vitatem, ut abstrahit à singularitate.

Lichet. in
3. d. 14. q.
4.

Dicendum est: facultates de quibus
sciscitamus in titulo Sectionis distingui
inuicem in hoc; quòd illæ priores versan-
tur circa absens, & prææs singulare ob-
iectum; posteriores verò circa prææs
solùmmodo. Hanc conclusionem tenet Sco-
tus in 3. d. 17. q. vii. §. *istam questionem,*
dicens: sicut illa virtus imaginativa, nem-
pè sensus communis, imaginatur obiecta
omnium sensuum, & in presentia, illorum
& in absentia; ita suo appetitu delecta-
tur in illis, si sint conuenientia, vel dolet
de illis, si sint disconuenientia. Et infe-
riùtculè *virtus imaginativa, nempe sen-*
sus communis sic posset imaginari ob-
iecta omnium sensuum, tam in presentia,
quam in absentia; posteriores verò solùm-
modo versari circa singulare sensibile
prææs: experientia docet, visus namq;
neq; sua cognitrice facultate videt ab-
sens, neq; appetitrice amplectitur, nisi
pulchrum prææs, nec delectatur nisi in
edò vt prææs, neq; dolet, seu tædio af-
ficitur nisi in obscuro sedè, & deformis
prææs, neque officit, quòd ex visione
turpis, seu ex reuèntia eius recepta in ap-
petitiva visus, dolor continuo erupens,
duret aliquandù, post recessum obiecti
in venusti, satis nobis est, quòd non eru-
pat, nisi ipso prææs.

Obiecto.

Contrà hanc secundam partem con-
clusionis obijciat quis: experimur pas-
sim appetitiuam peculiarem tactus ex-

citari, & moveri erga venerea absentia,
ac immodicè luxuriati; idem experimur
de appetitiua gustus erga saporès absen-
tes sibi familiares, de appetitiua odora-
ratus erga odorem absentem, de appetiti-
ua visus erga venusta absentia, & tandè
de appetitiua auditus erga musas, & Ci-
tharides absentes; ergo falsa est secunda
pars prædictæ conclusionis.

Respond.

Respondeo: quòd ad cognitiuam sem-
per, & vbique esse veram, & infallibilem
nostræ conclusionis partem secundam;
ipsa namque nusquam potest moveri, ni-
si ab obiecto prææsenti in re: quòd ad ap-
petitiuam etiã est vera regulariter, & in plu-
rimuni; non tamen semper, quia moue-
tur aliquando ab obiecto absentem in re
& prææsenti in phantasia, seu imaginati-
ua, vt experientia nos docet. Hæc suffi-
ciant.

SECTIO V.

Appendix.

Quotuplex sit sensus communis.

Dico primò: ipsum diuidi in phan-
tasiam, & in memoriam. Hanc
conclusionem tenet Scotus in 3. distin-
ction. 14. quæstion. 3. §. *Loquendo, di-*
cens. de re presente non tantum relinqui-
tur species sensibilis in phantasia, sed ali-
qua in potentia memoratiua. En quomo-
do cõstituit duas facultates cognitivas,
phantasiatricem nempe, & memoratri-
cem: quòd autem distinguantur inter se,
probatum ratione decerpta ex ipso Do-
ctore: illæ potentie recedentur distingui
inter se, quæ *cognoscunt obiectum sub alia,*
& alia ratione; sed cognitiva phantasia-
trix cognoscit obiectum secundum se abso-
lutè, apprehendendo quidditatem eius præ-
cisè singularem abstrahendo à præteri-
tione; memoratrix autem apprehendit
obiectum vt in præterito; ergo cognos-
cit obiectum sub alia, & alia ratione, &
per consequens distinguuntur. Confirma-
tur nam ly *secundum se absolutè,* est vna
ratio, & ly *vt in præterito,* est alia ratio,
vt insinuat Doctor.

1. Conclus.

Scot. 3. d.
14. q. 3.

Secundo dico: obiectum immedia-
tum recordationis sensibilis esse pristi-
nã apprehensionem, vt præteritam, qua
verbi gratia, decem retrò annis visu ap-
prehenderam Eclipsim Solis, vt Luna,

2. Conclus.
Scot. vbi
supra.

&

& nudiustertius auditu apprehenderam canoram vocem Citharedi: heri gustu perceperam saporem pomi. Hanc conclusionem expressè tenet Scotus vbi supra, dicens: *Apprehensio præterita est immediatum obiectum recordationis præsentis sensibilis*; & probatur, nam *Species sensibilis* de apprehensione olim facta per visum, seù per alium sensum externum de relicta *in potentia memoratiua*, & ipsa potentia memoratiua, tanquam duæ causæ partiales producunt recordationem terminatam immediatè in visionem Eclipsis, vt decem retroannis transacta: ergo immediatum obiectum huius recordationis est ipsa visio Eclipsis, vt præterita.

Conclus.
Scot. ibid.

Tertiò dico: obiectum mediatum huius sensibilis recordationis esse ipsam rem pristinam visu, auditu, odoratu, gustu, vel tactu, vt olim apprehensam, & vt præteritam. Hanc etiam conclusionem expressè tenet Scotus ibidem, dicens. *obiectum immediatum illius apprehensionis præterita, est obiectum mediatum præsentis recordationis*. Probatur eodem modo: nam species sensibilis de re quondam, per sensum particularem apprehensa, derelicta *in potentia memoratiua*, & ipsa memoratrix potentia, tanquam duæ causæ partiales influunt in hanc actualè recordationem sensibilem terminatam posteriusculè, natura saltem, in ipsam rem vt transacto tempore, per visum, vel per aliū sensum exteriorem apprehensam: nota, verbi gratia, Scoti verba; *vt in præterito apprehensum*.

4. Conclus.

Quartò dico: obiectum immediatum phantasiationis præsentis distincta à recordatione esse apprehensionem gustatoriam, &c. vt præscindentem à præteritione. Hæc conclusio probatur eodem proportionali modo: nam species sensibilis, de pristina apprehensione, præscindens à pristinitate derelicta *in phantasia*, & ipsa phantasia, tanquam duæ causæ partiales producunt phantasiationem terminatam immediatè in pristinam apprehensionem visoriam, vel gustatoriam, &c. præscindendo à pristinitate, & à præteritione, tamen non à singularitate, vt dictum est initio quartæ Sectionis.

5. Conclus.

Quintò dico: obiectum mediatum phantasiationis esse ipsam rem visam, vel gustatam, vt præscindentem à præteritione, probatur eodem modo.

6. Conclus.

Sextò dico. facultatem appetitiuam memoriæ comitem cognitiuam memoratrici,

seù recordatrici esse distinctam ab appetitiua phantasia. Probatur; nam saepe sapientius eppetimus recordari, & meminisse gesta præterita, loca, & tempora & doctrinam, quàm ingenuè aliquando didicimus, & discipulis è cathedra didicimus; ceterum quia nihil eorum in cognitricem memoriam reuocare minimè valemus: inde tristitia, ac merore afficimur; quod sane non solum de appetitiua, & cognitiua intellectiua, verum, & de sensitiua intellectum iri, ex eò manifestè intulerim, quod interdum libera volitione amplector obliuionem ob Dei amorè, & aliò qui sensuali appetitione eam renuo, & cognitionem memoratricem auide cupio, non solùm intellectiuam, verum, & sensitiuam; & quoniã verba, lineæ, & characteres continuò sensitiuam memoriã non descendunt; ideò haud exiguo angore torqueor. Signum igitur perspicuū est, appetitiuam, & cognitiuam sensitiuam memoriæ distingui ab appetitiua, & cognitiua phantasiæ sensitiuæ.

Contra primam conclusionem obicit nobis quis Scotum in 4. dist. 45. q. 3. vbi apprimè Doctor brutis memoriã denegare cernitur, dum docet, immò, & describit memoriã, seù memoriationem hisce verbis: *recordatio est cognitio, seu cogitatio actus alicuius præteriti, in quantum præteriti, elicita à potentia recordatiua post tempus*, & terminata immediatè ad actum, verbi gratia, visorium, quote nudiustertius vidi sedentem in foro, & terminata mediatè ad ipsam sessionem, qua sedebas; & terminatè itè ad tempus mensurans, & tui sessionem, & meam visionem terminatam ad talem sessionem.

Hinc infert Doctor: cogitationem illam, qua nunc cogito *me natum* anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto *sub ratione præteriti, vel mundum creatum* tot retrò millenariis annis, non dicitur iri recordationem, seù memoriã; eò nimirum, quia nulla mea sententia, vel intellectio coexistit, quæ tunc ad mundi creationem, meique ortum terminari posset. Hoc sibi vult Scotus, *si circa istam questionem*, dum ait: *unde licet cognoscam me natum sub ratione præteriti, vel mundum creatum, non tamen recordor istius, vel illius; quoniã non noui aliquem actum meum, in præterito, transcurrentem sub hoc, vel illud*. Similiter infert: quod cum sensus non percipiat tempus, neque reflexè sentionem, quam elicit, neque

Obiectio
Scot. 4. d.
45. q. 3.

futuritionem, nequè præteritionem; inde dissentaneū rationi prorsus esse recordationem, vel potentiā recordatiuam ei ascribere.

Resp.

Respondeo: valde difficile esse memoriationem, seu recordationem, & per consequens potentiā recordatricem, vel memoriā tot angustijs, & requisitis oppressam brutis arrogare animalibus, & tandem ipsi homini, quatenus sensitivo præcisè; tamen per facile videatur utrisquè illam largiuscule recensitā ascribere: vnde consulto Rada cōtrouersia. 16. art. 3. docet eiusmodi cogitationem recordatricem sensitiuam, solum habere reflexionem erga actus visus, auditus, &c. non verò erga sui ipsius operationes, siuè præsentēs, siuè præteritas;

Rada cōtrouersia. 16. art. 3.

aduerte inquit quod dixi hanc potentiam posse recordari actus aliarum potentiarum, quia ipsa non potest recordari actus suorum; quia non est potentia reflexiua: sed alia memoria est potentia sui actus recordatiua, hoc est illa, quæ est in parte intellectiua. Melius Hugo Cauellus numero 11. in quodam scholio, *sustinet* nempe Scotus, *problematicè in parte sensitiva esse memoriam, vel non esse*, adeo ut fas sit eam in toto rigore, & propriè sumptam brutis concedere secundum mentem Scoti.

Hugo Cauellus lib. 4. n. 4.

Probat; nam Scotus non negat derelinqui in formicæ interiori sensu speciè sensibilem ab actuali granorum collectionis cognitione huius anni in futurum usquè; igitur eiusmodi sensibilis species necessariò habitualiter recensetur terminari primariò ad præteritam illam actualem sensationem, & secundariò ad granorum collectionem, eorū vè in antitulis reconditionem: patet consecutio: nam hæc sensibilis derelicta species, & in futurum usquè annum superstes non est qualitas purè absoluta, sed relatiua secundum dici, eo modo, quo explicuimus in 1. tomo meorum in quartum Commentariorum; igitur necessariò tenetur habere terminum, quem habitualiter respiciat; tunc sic nullus alius ei assignari potest terminus; præter pristinam illam sensationem, & granorum reconditionem; ergo: quod autem terminetur ad prædicta obiecta, ut in præterita, probatur: enim verò perindè se habet habitualiter habitus cognitio; atquè se habet actualiter actualis cognitio; sed hæc dum existeret, actu terminabatur ad obiectum præsens, ut præsens; ergo habitualis ha-

bitualiter, terminabitur ad illud idè obiectum, ut in *nunc* non præsens, & ut in *tunc* præsens; sed hoc est terminari ad præteritum, ut præteritum; ergo. Quod verò Scotus magis inclinet in hanc sententiam, quàm in contrariam, perspicuè patet ex illis verbis. §. *Ad questionem*, sic habitis: *Quorumcumquè fuit memoria sensitiva, &c.* supponit igitur dari memoriā sensitiuam. Clarius, §. *sustinendo*. locutus est dicens: *Licet probabiliter possent actus brutorum saluari non ponendo in eis memoriationem, sed solam imaginatiuam cognitiuam obiecti, quod est præteritum, licet non ut præteritum; tamen ea, quæ videmus in actibus eorum facilius saluantur ponendo memoriā in eis.* Sanè Aristoteles 3. de Anima cap. 11. meo videri solis externis sensibus denegat virtutem supra seipos reflexiuam, non autem sensui interno; ut colligi posset ex illo periodo; *aut erit aliquis sensus, qui seipsum percipiet sentientem.* Alia quæ hanc docent disputationem, inueniens apud Ocham in 4. quæst. 12. sensationes sensuum non percipiuntur ab ipsis sensibus, quorum sunt, sed à sensibus superioribus, scilicet sensu communi, vel intellectu.

3. de Ani. cap. 11.

Ocham. 4. q. 12.

SECTIO VI.

Utrum pars magis appetat conseruationem totius, quàm sui ipsius?

Hic titulus potissimè intelligi debet de utroquè mundi, maiori scilicet, qui est vniuersum hoc corporeū, & minori, qui est homo, Ita Scotus in 3. dist. 27. q. vnica §. *de tertio articulo* dicens: *quod declaratur, & in maiori mundo, & in minori.* Sensus præfati tituli est utrum pars maioris mundi, nempe vniuersi visibilis, magis appetat conseruationem sui totius, quàm propriam sui ipsius, ut verbi gratia, nùm aqua magis appetat conseruationem elementorum, & orbium, quàm suam centrum, seu locum deorsum. Et utrum pars minoris mundi, scilicet hominis, magis inhiat conseruationem sui totius, quàm sui met ipsius, ut exempli gratia, brachium potius satagat de incolumitate, & tutamine totius corporis, seu partis præstantio.

Scot. 3. d. 27. q. vnica.

Pars affirm.
Gotsfred.
quodlib. 4.
q. 4.

tioris, nempe capitis, quam sui ipsius. Hic est sensus tituli Sectionis, in qua partem affirmantem tenet Gotsfredus quodlibeto 4. q. 6. relatis à Scoto in cit. §. dicens: *pars magis diligit esse totius, quam esse sui ipsius.* Quam veritatem ipsi quasi experimur sensibus, tum in aqua per fistulam sursum ascendente, vacuum vitandi sine, ac scopo, quod elementorum inuicem amplexui aduersatur, & consequenter vniuersi totius conseruationi. Tum & in brachio celerrimè supra caput se se eleuante, vt icum ensis illò directum in se recipiat, & pattem arceat præstantiorem; quo sanè utroque in euentu, tam aqua, quam brachiū, sequuntur inclinatione, non sui ipsorum, sed totius conseruationis. Ex quò perspicuè inferre illa opinio potest, partem duplici conspicuam esse inclinatione; altera totius conseruationis: & alia sui ipsius; quarum proculdubidò duarum inclinationum, priorem illam, & toti, & parti locupletiori consulentem, experientia docet esse auidiorem, & longè procliuorem. Notato verba Scoti in obsequium Gotsfredi: *quod tamen est contra naturalem inclinationem particularem huius naturæ aquæ, cum sit naturaliter grauis, & per consequens tendat deorsum; sed vincitur ab inclinatione naturæ vniuersalis; saluatur enim in hoc, bonum totius vniuersi; scilicet continuitas, vel contiguitas partium eius: ad quod bonum, vt videtur in isto exemplo, magis inclinatur aqua, quam ad suum bonum particulare.*

Patet etiam in minori mundo, quia magis exponit se manus ad saluandum caput, quam se, tanquam magis appetens salutem capitis, quam sui ipsius; quia salus capitis est salus omnium membrorum, quantum ad operationem vitæ, & influentias vitales.

Notato etiam verba Tatareti hinc: *quando quis accepta arundine, vel palea ex vase attrahit spiritum aeris, tunc aqua, aut vinum ascendit ne detur vacuum.* Quòd meherculè indicium luce meridiana clarius esse cernitur in tali aqua, & vino duas dati inclinationes quasi cōtrarias; alteram ascendi gratia vitandi vacuum, quod est malum totius; & aliam descendi, è quibus duabus inclinationibus prior vincit posteriorem, tanquam locupletior, & validior.

Oppositam sententiam tenet Scotus

§. ista rationes; vbi alloquens Gotsfredus ait: potes habere, quod Deus magis diligit bene esse vniuersi, quam bene esse vnius: vel bene esse partis principalis quàm alia cuius minus principalis; sed non potes habere, quod aliqua pars vniuersi magis diligit bonum alterius partis quantum cumque principalis, vel totius, quam suum esse proprium. Et superius in eodem §. ait: *exempla illa, quæ tradit Gotsfredus solum ostendunt, quòd totum diligit magis bonum sui ipsius, vel partis principalioris, quàm minus principalis.*

Querimus ergo in præsentiarum à quo moueatur aqua suarum, gratia cōseruandi contiguitatem elementorum, & brachium eleuetur in altum, gratia arcè di caput à vulnere icus? Pro decisione notato verba Scoti in 2. dist. 14. q. 3. §. *ad quaestionem dicentis; stella habent actionem in hac inferiora, in elementa, in mixta inanimata, & animata, irrationabilia. In elementa habent actionem dupliciter, & quò ad alterationem, & quò ad generationem: accedente enim Sole, & alijs Stellis calidis ad Zenith alicuius regionis, elementa superiora, scilicet ignis, & aer augentur, & inferiora, scilicet terra, & aqua minuuntur, & conuertuntur in superiora; & è conuerso, recedente Sole, & accedentibus Stellis effectiue frigidis, vt Saturnus, & Mercurius, accidit elementorum aqua, & terræ generatio; atque adedò vitatur vacuū: quia quantum augentur alterutra, minuuntur alia, & è conuerso: & sic generatur ibi æqualitas quo ad totum.* His tamen nõ obstantibus vrget difficultas: quando puerulus, verbi grat. malæ indolis, immissa inferiori extremitate paleæ in vase vini optimi, & sumitate ore apprehensa, aeris spiritum attrahit, vt tandem vinum paulatim fugat, bibat, & sitim extinguat, à quonã efficiente vinum sursum tendat, gratia vitandi vacuum: & aquæ item fontales, quomodo per canalem sursum euehantur, an suoptè pondere, an ab agente extrinsecò?

Dicendum est primò; rationi dissonum videtur duas in aqua constituere inclinationes, alteram versus descensum, & aliam versus ascensum, propter bonum vniuersi. Hanc conclusionem tenet Doctor in littera dicens: *impossibile est aquam se mouere ad sursum, propter quodcunque bonum vniuersi.* Et probatur; illa inclinatio aquæ in sursum, non alia esse potest

Pars negat.
Scot. ibid.
in 3. d. 127.
q. vni.

Scot. 2. d.
14. q. 3.

i. Conclus.

Scot. in 3.
loco cit.

est nisi leuitas; sed ineptum est dicere aquam esse leuem; igitur rationi dissonum est arrogare ei inclinationem versus ascensum; Maior declaratur; nam sicuti non est excogitabilis a lia inclinatio in deorsum; præter grauitatem, ita nulla alia excogitari potest versus sursum, præter leuitatem. Minorem autem probo: per te è duabus illis inclinationibus, quibus aqua locupletatur, & est cõspicua, inclinatio in sursum est locupletior, & auidior; ergo leuitas aquæ erit auidior, & valentior, quàm grauitas eius: sed ineptum profus est dicere aquam esse magis leuem quam grauem.

Euasio.

Respondēbis fortassis: leuitatē eius modo di nō semper, sed tēpore dūtaxat vitari di vacuum, & consulendi bono cõmuni esse locupletiorē, & robustiorē. Contrā, vrgente eiusmodi necessitate, eatenus est validior in actu secūdo, vt effectiue vincat grauitatem: igitur dūm nō vrget talis necessitas, erit potentior in actu primō: certē si calor in quouis tēpore pugna, heri, nudius tertius, hodie, cras, perendie, & in quouis alio tempore, euentu, & belli occasione, prævaleret frigori in actu secundo, hæc quotidiana, & iugis victoria esset argumentum euidentis locupletioris potentie caloris in actu primō. Tunc sic: quoties se se offert occasio violentie, pugna, & belli; toties victrix euadit hæc, quam tu commineiceris, leuitas; ergo.

Euasio.

Fortassis respondebis: quoties aqua descendit, toties vinci leuitatem à grauitate, & hanc in eiusmodi bello victicem euadere.

Reijctur.

Sane hoc est absurdum intolerabile, in omni descensu grauis, pugna fingere inter leuitatem, & grauitatē ipsius grauis: ergo etiam erit ingens absurdū passioem leuitatis arrogare ipsi graui.

Secundò probatur hæc eadem conclusio ratione ipsius Scoti: forma determinata ad vnā actionem, si manens sit eadem numero, numquam potest esse ratio formalis agēdi opposita actione; sed forma aquæ est determinata ad descensum; ergo nunquā poterit se se hēdere ad ascensum; argumentū profectò tenet, modò nomine illo forma intelligatur grauitas, modò intelligatur forma substantialis ipsius aquæ, cuius passio est grauitas, instar risibilitatis, quæ passio est hominis.

2. Conclus.

Socundò dico: etiam esse dissonum

duas brachio arrogare contrarias inclinationes, alteram ad sui tutelam, & aliā ad tutamen capitis, seu totius hominis. Hæc conclusio eisdem fulcitur rationibus: nam inclinatio proprii sui ipsius tutaminis est fugere ictum, & percussione pugionis; inclinatio autē tutaminis capitis est nō fugere, sed potius obuiam ei occurrere; ergo absurdum est hanc ei attribuere inclinationem, vt expressè docet Doctor dicens: *non enim manus ex suo appetitu exponit se pro toto corpore.*

3. Conclus.

Tertiò dico: aquam ferri fursū propter bonum vniuersi, & propter propulsiōnem vacui ab agente extrinseco, violenter, & contra propriam inclinationem; expressè tenet Scotus in citato §. dicens: *ipsa aqua non se mouet sursum, sed solum mouetur ab aliquo mouente extrinseco: & inferiusculè: violenter igitur mouetur comparando ad propriam naturam aqua.* Probat ex Aristotele 3. Eth. *violentum est cuius principium est extra, passo vim nō conferente; sed aqua huic ascensui nihil confert (inquit Scotus) quantum est ex natura; violenter igitur mouetur comparando &c.*

Scot. ibid

3. Ethic.

Dubium.

Quid iuris si præfatus aquæ ascensus conferatur ad agentem à quo efficitur?

Respond.
Scot. in 4.
d. 43. q. 4.

Respondet Scotus in 4. dist. 43. q. 4. §. *intelligendum;* ipsum sub tali habitudine esse naturalē, naturalitate condistincta supernaturalitati, non autem naturalitate opposita violentiæ: eò nimirū, quia forma, idest motio sursum contra quam inclinatur receptiuum, idest aqua, nō inducitur nisi per agens violentans passum, nempe aquam. Et mox subdit Doctor: *tamen per se ratio violenti est ex habitudine passi ad formam: quia passus, & forma manentibus in sua ratione, puta quod forma sit receptibilis contra inclinationem passi, quomodocumque varietur agens, passum violenter recipit.* Ex hoc confirmatur nostra conclusio: vbi contra suam inclinationem recipit formā, verè violentè recipit eā; sed aqua contra suam naturalem inclinationem recipit ascensum; ergo violentè recipit eū.

4. Conclus.

Quartò dico: eiusmodi agentem extrinsecum violentiam, vimque inferentem ipsi aquæ versus ascensum, seu versus vbi superum, & altum, esse virtutem reatricem, seu gubernatricem vniuersi. Hanc conclusionem tenet Scotus in 3. dist. 27. q. vn. & citatis dicens: *totum, siue*

Scot. in 3. *siue virtus regitiua*. Eamdē tenet Liche-
 tus ibi dicens, & *si ascendit ne detur va-*
uum, precise ascendit ex imperio regen-
tis vniuersi. Hugo Cauellus in suo schol-
 io eadem ferme repetit verba dicens:
docet supple Scotus aquam vi propria nō
ascendere ad vitandam vacuum, sed id fie-
ri imperio rectoris vniuersi. Tatarctus
 ibidem: *ascendit a virtute regitiua vni-*
uersi, siue sit Deus, siue sit aliquid aliud.

3. Concluf. Quinto dicendum est: ex dictis mani-
 feste inferri nomine *virtutis regitiua* ne-
 cessario intellectum iri; siue Deum, siue
 ipsum totam vniuersum, magis diligens
 bene esse totius, quam bene esse huius par-
 tis, scilicet aquæ, siue Angelum vnum,
 vel plures: nam Scotus in 2. d. 2. q. 6. §. cō-
 tra conclusionem, inquit: *totum enim cœ-*
lum est primò proportionatū virtuti An-
geli; ita quod totum primo mouet; igitur
 vero simili, & rationi consonum erit, vt
 asseramus eiusmodi Angelum, quo mo-
 tu illius primi mobilis cæteros rapit or-
 bes, eo conseruare contiguitatē elemen-
 torum, atque adeo vacuum naturæ ini-
 micum propellere.

12. Meth. Item quia phylosophus 12. Metha-
 phys. cap. 8. tot motrices astruit intelli-
 gentias, quot cælestes orbes, proprijs,
 distinctisque motibus mobiles; vero si-
 mile erit, has omnes intelligentias, seū
 aliquam earum satagere deprotectione
 prædictæ elementorum contiguitatis.

Quo potius dixerim; non fore rationi
 dissentaneum, si dixerimus alicui Ange-
 lorum ex alijs, præter motores cælestium
 orbium, esse creditam huiuscemodi con-
 tigitatis conseruationē, & vitandi va-
 cuum sollicitudinē, & curā, iuxta illud
 Job 9 *sub quo curuantur, qui protant or-*
bem. Hebraicus: terminus corrispon-
 dens huic latino orbem est *cabab*, idest
 Ægyptum. Tunc sic: Ægyptus constat
 terra, aqua, & aere; ergo dantur distin-
 cti Angeli, qui de his satagere tenentur.
 Fauet etiam 70. inpretū versio *πλατος,*
platos, idest latitudinem, quæ quidem
 latitudo commodē, & congruē pro ipsa
 terra intelligi potest.

Fateor præterea: formæ cæli negari
 non posse influxum actiuum in hæc infe-
 riora: & perconsequens nec in propul-
 sionem vacui: licet enim ad sui ipsius
 motum, non concurat actiue sed merè
 passiuè se gerat, actiuitati Angeli motō-
 ris vndequaquē subsens; cæterum erga
 hunc nostrum sublunarem mundū, actio

nes obit præstantissimas; quibus nos
 regat, foueat, & protegat.

Sexto dicendum est: causam brachij
 leuatricem, esse ipsum hominem agen-
 tem per suas potentias sensitivas, & in-
 tellectiuas, seū rationales hoc nimirum
 sine, ac scopo, vt caput ab ictu, & vul-
 nere præseruet. Hanc etiā conclusio-
 nem expressè tenet Scotus ibidem di-
 cens: *homo habens illas partes, vnā tā-*
quā principalem, & aliam tanquā
minus principalem, exponit minus prin-
cipalem, quā potest amittere sine pericu-
lo totius ad saluandum totum; & a liquā
partem principalem, quā non potest per-
dere sine periculo totius. Quò circa Hugo
 Cauellus in scholio *similiter manus non*
se eleuat ad saluandum caput, sed imperio
hominis sic eleuatur: porrò homo impe-
 rio suæ voluntatis violentat brachium,
 & contra suam inclinationē ipsius bra-
 chij euehit illud, vt præseruato capite,
 ictum, & vulnus in se ipso recipiat. Hęc
 conclusio satis probata eminet ex supra
 assertis.

Vltimò dicendum est: partem non
 magis appetere cōseruationem totius,
 quā sui ipsius. Hęc conclusio directè,
 & expressè respondet quæsito in titulo
 sectionis, cuius veritas satis, superquē
 in lucem erupit iam in præcedentibus
 conclusionibus.

Ex dictis patet solutio ad argumenta
 in obsequiū contrariæ sententiæ astru-
 cta. Hęc sufficiāt pro hac disputatione.

DISPUTATIO XIII.

De memoria intellectiua, &
 de distinctione reminiscen-
 tiæ, & memoriæ.

Legenda est controuersia sexta deci-
 ma Doctissimi nostri Ioannis de Ra-
 ca super quartum in quatuor articulos
 diuisa, vbi quoniam complura do-
 ctissimè absoluit; ideo vnā
 dumtaxat mouebo Se-
 ctionem paruam,
 eamque sol-
 uam.

Rada con-
 trou. 16. p.
 4.

SE:

Scot. in 3.
 c. 27. q. vn.
 Liche-

Hugo Ca-
 uellus & Ta-
 tar. ibid.

3. Concluf.

12. Meth.
 cap. 8.

Job 9.

6. Concluf.

7. Concluf.

SECTIO VNICA.

Quomodo differant Memoria, & reminiscencia.

Conclus.
Sco. 4. d. 45.
45. q. 3.



Respondeo breuiter cum Scotto in 4. dist. 45. q. 3. §. de secundo articulo; reminiscencia, esse comitem antecedenter aliqualem oblivionem, memoriae, nullam; accidit enim saepe sepius, sensibilem specie ab actuali pristina sensatione derelicta, eò usque esse eneruem, vt potentiae recordatrici sensitiuae nequeat inferuire, seu tanquam sufficiens partialis causa cooperari ad actualis recordationis elicitione, & per consequens, neque intellectus species intelligibilis obuoluta tali enerui phantasmate poterit cooperari ad eliciendam cognitionem erga materias; quas aliquando scierat seu erga alia obiecta, quae pristinis temporibus nouerat; ceterum quia non omnino ea oblitus est, ideo *reminiscens*, inquit Scotus, *discurrit à quibusdam notis ad illud, quod aliquantulum didicit, cuius vult recuperare recordationem procedendo à contrarijs, vel à similibus, vel à quibuscumque habentibus ordinem aliquem in sentiri ad illud, quod quaerimus, id est cuius meminisse satagimus; & licet huiusmodi collatio, seu imperfecta syllogizatio nequeat recenseri vniuocè syllogismus (quia hic semper est ex praemissis ad conclusionem) sed equiuocè duntaxat, tamen nec haec talis collatio, & imperfecta syllogizatio potest competere virtuti sensitiuae; superius inquit Doctor: Aristoteles concedit sexto naturalium parte 5. in quodam libello, quod reminiscencia soli homini inest, & mox subdit cognitio propria ipsi homini videtur esse ipsius intellectus. Non placet haec amplius porrigere difficultatem, nam ex dictis constat discrimen, quo dissident memoria, & reminiscencia: & quomodo illa ascribatur ipsis etiam brutis, haec minimè.*

Argumentis autem, quorum alterutra memoriam negant intellectuam, alia sensitiuam, vtrisque sufficenter respondet noster Rada in citata contro-
uersia.

DISPUTATIO XIV.

De natura passionum, delectationis, tristitiae, &c.

SECTIO I.

Vtrum delectatio, & tristitia sint actus elicitii à potentia appetente?



Artem affirmantem tenent Thomista, Gabriel Vazquez in primam 2. disput. 14. cap. 1. & 2. Salas Tractatu 2. disp. 7. lect. 4. Lorca disp. 48. memb. 2. Montes. disp. 6. q. 1. & quam plurimi Magistri antiquiores, quorum volumina paupertas Franciscana non permittit apud suos his praesentibus annorum curricula: hi porro omnes vno fatentur ore oblectamentum, ac quae tristitia operationes esse ab appetitu sensitiuo tum rationali, verè elicitas.

Pars affir: Vazquez 1. 2. disp. 14. cap. 1. & 2. Salas tract. 2. disput. 7. l. 8. 4. Lorca disput. 48. mē. 2. Montes. disp. 6. q. 1. & multorum aliorum ex antiquioribus.

I. S. Quinam sit dicendi modus Gabrielis Vazquez?

Respondeo: praefati Doctoris dicendi modum septem potissimum cohiberi assertis; quorum primum habetur cap. 4. hisce verbis; *Tristitia est de proprio malo, cum autem Deo nihil mali accidere possit, quod ipse apprehendat, vt malum sibi; ideo de nulla re, qua accidat contra aliquam voluntatem eius, tristari potest.*

Secundum assertum habetur in eodem cap. 2. sic: *beati non tristantur de malo vitioris, aut alterius hominis; neque de ipsorum peccato tristantur: quia si aliquo modo de malo aliorum tristari possent, esset ex amore amicitiae; homines autem, qui peccant non manent amici beatorum.*

Tertium assertum extat ibidem huiusmodi: *seu omnis operatio intellectus, dicitur intellectio, & intelligere; sic etiam omnis affectus voluntatis per modum processionis, cuiusmodi est delectatio; nan-*

cupari potest velle; eodem modo dicendum est, tristitiam vocari posse nolle.

Aristot. 2.
Rhet. c. 4.

Quartum assertum eminet cap. 4. sic: *enim verò ut definit Aristoteles 2. Rhetoricorum c. 4. amare est velle alicui boni: hac autem ratio videtur essentialiter inclusa, tam in desiderio quam in gaudio, & delectatione, adeò ut amare, seu velle non amicitia, sed concupiscentia sit superior essentialiter inclusum in his tribus inferioribus, tanquam quibusdã in speciebus.*

Et inferius explicans hoc assertum subdit: *ita ut amor concupiscentia habeat rationem superioris, at verò delectatio, & desiderium rationem inferioris: amor enim fertur in rem, ut bonum alicui præcisè, & sic in sua ratione non includit futurum, aut præsens ex parte obiecti, & boni voliti amico, sed tantum respicit bonum, ut bonum secundum se; at verò delectatio respicit bonum, ut præsens, & desiderium, ut futurum: & inferius: ita ut respectus concupiscentia, qui est in amore, distinguatur per desiderium, & delectationem, tanquam per varios respectus concupiscentia.*

Quintum assertum habetur in eodem cap. 4. superiusculè, estque huiusmodi: *cum affectus amoris constet duplici respectu, nempe amicitia, qui est circa personam cui volumus bonum concupitum, atque præcipuè dicatur amor respectu personæ, hic respectus non est de ratione delectationis, ut delectatio est.*

Sextum assertum habetur ibidem sic: *delectatio non dicitur de persona, sed de bono personæ.*

Septimum assertum continetur in 1. cap. ubi in hac prorumpit verba: *primùm quidem, quod asserunt Scotus, & alij, delectationem esse passionem, & non operationem, manifestè falsum esse, hac unica ratione probatur, quia delectatione, & tristitia mereri possumus gloriam, & penam: nam delectari de gloria Dei, & bono ipsius, est opus virtutis, & meretur gloriam, tristari etiam de peccato commisso, quod est contristari ad penitentiam. Hiscè septem assertis, seu enunciatis præcluditur sententia, & modus dicendì Gabrielis Vazquez.*

Scot. 4. d. 45.
q. 3.

Hæc, ut septem enunciata, sigillatim, & venustè confutare possimus; supponendum primò est cum Scoto in 4. distinction. 45. quæst. 3. §. ad tertium, hos terminos *nolitio displicentia, fuga, nolle, displicere, fugere*, esse synonymos; 2. Ausque

renuentia à voluntate elicitos, licet nolitio sit nomen absolutius significans, quam displicentia, quæ inuoluit habitudinem ad penam tristitia, ut iam annotauimus tomo 2. disput. 8. sect. vnicã in responsione 2. ad primùm argumentum, perindè atque hos è contra amplexorios *volitio, prosecutio, complacentia, velle, prosequi, complacere*; utrosquè siquidem voluntas nostra liberè, ac spontaneè, passim immediatè elicit. Notatò verba Doctoris in 3. d. 33. num. 9 *fugiendo obiectum, &c.*

Secundò: meminisse oportet ad ostendendum falsitatem primi asserti huius Doctoris, doctrinæ, quam attulit Sect. 2. disp. 2. tomi 2. meorum in quartum Commentariorum, quæ est huiusmodi. *Legthalem nimirum culpam esse prægrandem Dei offensam, ingentem iniuriam, atque honoris, per leges præceptiuas sibi debiti subtractionem.*

Tertiò: ad impugnandum secundum assertum notanda sunt Scoti verba in 3. dist. 37. q. vnicã, §. *Ad argumenta*, quæ sunt eiusmodi: *In beatitudine erit summa observatio præceptorum affirmatiuorum, nisi forte illius solius de honoratione parentum, non quia tunc ibi sit voluntas honorandi, sed quia non erit necessitas.*

Scot. in 3. d.
37. q. vni.

Quartò est notandum circa tertium, & quartum enunciata cum Scoto in 4. dist. 49. q. 10. §. *ad primùm argumentum principale*: *damnatos auidissimè, & immoderatissimè affectione cõmodi, & amore concupiscentia appetere sibi beatitudinem, non utiquè volitione efficaci: quæ est respectu finis per media ordinata ad illum finem consequendum, sed volitio ne simplici.*

Scot. in 4. d.
49. q. 10.

Dicò primò: falsam esse hanc primi asserti Gabrielis Vazquez propositionem, *Deo nihil mali accidere potest, quod ipse apprehendat, ut malum sibi.* Hanc conclusionem ipse tenui in 2. tomo meorù in quartum Commentariorum disp. 14. & alibi: probauique, quod licet peccator nequeat subtrahere Deo quidpiam intrinsecum, iuxta Psalmum 90. *Non accedet ad te malum, nequè flagellam appropinquabit tabernaculo tuo: Potest tamen adimere ei aliquid extrinsecum, ut potè obedientiam, honorem, subiectionemque sibi debitam: & de facto id perpetrat, quoties decalogi præceptis non paret, seu aliqui scelus læthale comittit;*

1. Conclus.

rit; quod in sententia huius Doctoris gratiam sanctificantem (quæ deitas quædam creata est, & participatio diuinæ essentia) ex natura rei destruit, ac funditus euertit: quin addiderim, percelebre axioma tot retro sæculis, tum in scholis, tum in cõcionibus personuisse, quòd si Deus ipse foret capax meritoris, & tristitia destructionisque, & desitionis, à nihilo, præterquam à mortali peccato hæc sibi mala prouertum ire. Confirmatur: quoniã honoris, & famæ læsio etiam inter homines extrinsecum malum est, & nihilominus, quoties eos inuadit ingens sibi malum enuisse reputant: idẽ porrò iudicium ferendum est de iniuria Deo optimo maximo per mortale crimẽ irrogata, quæ meherculè *malum Dei* meritò à peritioribus nũcupatur, & sic ab ipso apprehenditur.

Ruit igitur primũ enuntiatũ Gabrielis Vazq. Ex hoc luce meridiana clarius apparet non ritè deduci ab hoc Doctore eiusmodi illationem ibi assignatã hiscẽ verbis: *ideo de nulla re, quæ accidat contra aliquam voluntatẽ ipsius tritari potest*; ratio nãque huius impossibilitatis non est, quam assignat antecedens.

2. Concluf. Secundò dico: falsitate inuri secundũ enunciatum præfati Doctoris, dũ ait beatos in patria, idẽ tristitia, & mærore non affici de peccato, alijsque malis viatorum in statu læthalis culpæ existẽtium, quia non diligunt eos, amicitia amore. Hanc conclusionem tenet Scotus in 3. dist. 37. quæst. vnica §. ad argumenta, eamque probò nixus eiusdẽ verbis: *in beatitudine, inquit, erit summa observatio præceptorum affirmatiuorum, &c. ut habetur in tertio fundamẽto; tũc sic: vnũ ex præstantioribus, est præceptum de dilectione etiã inimici Marthẽi 5. diligite inimicos vestros; sane hæc dilectionem primo gressu subintrat nolle fratrem meum damnari, & Dei inimicum fieri: ergo beati in patria verè nolentes sunt peccata nostra, nosquẽ amore amicitia, veluti Dei imagines diligunt: alioqui nõ forent summẽ obseruãtes huius præcepti. Hanc veritatẽ confirmat Scotus in 4. dist. 45. q. 3. §. ad tertiam numero 22. dicens: *perfecta Dei dilectio magis ligat beatum, quã viatorem, & impellit ad odiendum illud, quod est contra Deum, nempe peccatum, quod utiquẽ longè abesse vult ab ipsius imagine cuiusmodi est homo; & per consequens diligit pec-**

catorem pro; materiali sumptum, nam vt sic, rationem obit Dei imaginis. Notato verba Scoti in 1. dist. 1. q. 1. num. 4. *Ratio imaginis, quam nos concipimus fundatur in anima in respectu ad Deum, vt est trinus; tenetur igitur beatus diligere peccatorem pro materiali, & de facto eum diligit.*

Tertiò dico: decipi hunc Doctorem, dum in tertio suo asserto autumat delectationem esse velle. Hanc tenet, Scotus locis in 4. notabili citatis, & suaderi potest hac ratione. Si omnis delectatio esset *velle*, proculdubio aliquod *velle* esset delectatio: sed nullum *velle* est delectatio; ergo nulla delectatio erit *velle*. Maior propositio declaratur: benè enim valet omnis homo est animal; ergo aliquod animal est homo. Minorem autẽ probò: quia si aliqua ex volitionibus esset delectatio, maximè ea, quæ est avidissima, & intẽsissima terminata ad summũ volibile, & delectabile, cuiusmodi est illa, quam damnati habent ergã beatitudinem, quæ eò vsquẽ flagrat, & æstuar, vt dicat Scotus loco in 4. notabili citato, *damnati maximè volunt beatitudinẽ, vt bonum commodi, & forte intensius, quã nos, item immoderatus appetunt eam, quã iusti*; igitur si aliquod *velle* cõcupiscentia descendit ad delectari sicut animal descendit ad hominem: erit sanè hoc avidissimum, & æstuosissimũ; pater; quia obiectum eius, nempe beatitudo, concupita est summè volibile, & summè delectatiuum; igitur sicuti sub priori ratione allicit voluntatem ad eliciendam summam delectationem. Tũc sic: hæc delectatio (per te) est amor concupiscentia; ergo vel erit præfatus in indiuiduo, de quo loquimur, vel alius numero distinctus: nõ utique distinctus, tũm, quia prior est satis, tũm, quia accidentia eiusdem speciei, quò eidem hærent subiecto, eò mox fiunt vnum; ergo hæc numero, & specie delectatio erit ille amor concupiscentia, & ille amor erit hæc delectatio: sicut Petrus est hoc animal; ergo hoc animal est Petrus: perinde herclè se habent ambo discussi.

Nec valet dicere summam, quæ ibi viget tristitiam, præcludere aditum delectationi; quia satis exactè probauimus, arguendo ad hominem, prædictam delectationem idem quidpiam omninò esse cum

3. Concluf.
Scot. 4. d.
49 q. 10.

Scot. in 3. d.
37. q. vnica.

Matth. 5.

Scot. 4. d.
45. q. 3. n.
22. & in 1.
d. 1. q. 1. n. 4.

Euationis
tacitæ reie.
ctio.

cum illo amore concupiscentiæ; ergo si tristitia non præcludit aditum tali amoris, non utique poterit concludere delectationi, quod est contra fidem. Sed respondebis fortassis: quod cum prædicta delectatio, & amor concupiscentiæ sibi præuius, vel comes, accidentia respectiva sint, & non absoluta, indè fas esse, vt eidem hærescant subiecto, quin in vnum, & idem migrent.

Sed contra: facta hac tua hypothesi, adhuc argumentum est superstes: nam cum vterq; respectus eidem nitatur fundamento, nempe absoluto volitionis elicitæ, eundem tendat in terminum, nimirum in obiectum amabile, & delectatiuum, indè fit, vt distinctioni nequidè aditus patere possit: enim verò, in tua opinione, ipsa delectandi ratio est amabilitas concupiscentiæ, perindè, atquè delectatio est amor in illa specie; quod verò eiusdem volitionis absolutum sit fundamentum vtriusque respectus, patet ex verbis in tuo 4. cap. habitis: *cum affectus amoris consistet duplici respectu, nempe amicitia, quæ est circa personam, cui volumus bonum, & circa bonum concupitum.* Hæc tertia conclusio corroborabitur amplius in quarto sequenti.

4. Conclus. Dico quarto: falsam esse hanc 4. asserti Gabrielis Vazquez propositionem: *Amor concupiscentiæ essentialiter includitur in delectatione, & in desiderio, tantquam superius in suis inferioribus.* Hanc conclusionem tenet Scotus locis supra citatis: quam probo sic: superius essentialiter inclusum in suis inferioribus specie distinctis, nusquam descendit ad indiuidua, quin prius descendat ad species, & per illarum differentias contrahatur; sed datur de facto amor concupiscentiæ in indiuiduo, qui nec desiderium est, nec delectatio; ergo falsa est prædicta propositio. Maior declaratur inductiuè; quia nec indiuiduum animalis præcisè, neq; coloris, seu alterius generis datur in rerum natura existens auulsum à differentijs specificis: Minorem autem probat Scotus in 4. d. 49. q. 1. §. *Ad primum argumentum principale, dicens: Damnati maximè volunt beatitudinem, vt bonum commodum, licet eam apprehendant, &c. vt supra.* Sane hic amor non est desiderium, quia non respicit bonum beatitudinis futurum; immò nec possibile; sed bonum non futurum, & impossibile; nec est delectatio; quia est impossibilis cum illo statu;

ergo de facto datur amor concupiscentiæ indiuidualis auulsum à desiderio, delectatione. Confirmo hanc conclusionem verbis ipsius Gabrielis Vazquez in 4. c. sic habitis: *Adde quod cum bi duo affectus penes futurum, & præsens distinguantur, igitur cum dānatis bonum beatitudinis nunquam futurum sit; inde efficitur, vt amor ille concupiscentiæ, quo immoderatissimè hiant, ei nullatenus desiderium reputari possit; igitur necessariò erit delectatio, quod plusquam falsum est: & ex hoc manet confirmata tertia nostra superior conclusio.*

Sed fortassis respondebit quis: fas est se dari in indiuiduo amorem auulsum à delectatione, & desiderio in doctrina Gabrielis Vazquez, idquè colligi ex illis verbis in 4. cap. numero 27. sic habitis: *Delectatio respicit bonum, vt præsens, & desiderium, vt futurum, quæ duæ rationes, licet inferiores sint, non videntur secundum essentiam, & speciem diuersa, sed tantum secundum accidentariam differentiam, quam addunt amori, prout est tantum concupiscentiæ.*

Sane hic Doctor alioqui ingenio polens, doctissimusque in vnderarum quasi pelago fluctuare cernitur, & suis in assertis firmus non consistere: namque si illi duo respectus ad commodi bonum, præsens, & futurum, differentia accidentaria sunt respectu amoris concupiscentiæ in cōmuni; qui fieri potest, vt hic ad desiderium, & delectationem per ipsos contractus essentialiter in eis includi dicatur? contra verò, si essentialiter inclusus; quomodo per differentias accidentarias contractus? manifesta utiq; contradictio, quæ nec ipsos latere potest cæcos. Fortassis præfatus Doctor post priora placita, Scotum consuluit, & eorum prorsus immemor sententiam mutauit. Doctor namque subtilis pluribus in locis in 3. præsertim d. 26. q. vnica, §. *ad questionem, præsentiam, & absentiam boni infiniti circumstantias recenset, & differentias accidentarias.* Notato eius verba; *experimur in nobis hunc actum, scilicet, desiderare bonum infinitum, inesse nobis bonum, & hoc à Deo seipsum nobis liberaliter conferente propter merita.*

Prima circumstantia includitur in hoc, quod est desiderare, quod est velle non absolute, sed absentis; Deus enim viatori est absens in ratione obiecti perfectè habendi; ideo beati illo præsentem iam;

N & per

Resp.

Contra.

Resp. Vazquez.

Reiectio.

Scot. q. d. 49. q. 1.

Scot. in 3. d. 26. q. vnica.

& perfectè approximato fruuntur, nos speramus absentem, & ad actum quidè spei exigit Doctor credulitatem, vel certitudinem ex parte intellectus; nota eius verba, §. *Ad argumenta pro prima via, quæ sunt hæc. Quod additur de habitu spei, & de certitudine sperantis. Dico, quòd illa præcedit actum spei: & inferiusculè, & idèd persuadatur desperanti, ut credat, non ut diligat, &c.*

Contra Vaz
quez.

Sed quidquid sit de mente Scoti, de qua in presentiarum non est satagendū, adhuc facta illa hypothesi Gabrielis Vazquez, probo non posse dari concupiscentiæ amorem in individuo auulsum ab illis duobus respectibus specificis. Perindè se habet absolutum amoris concupiscentiæ ad respectum genericum terminatum in bonum, commodi, præscindēs à præsentia, & futuritione, atq; se habet superficies ad colorem in communi; sed impossibile est ipsam contrahi per hunc auulsum à nigredine, albedine, & à medijs coloribus; ergo etiam erit impossibile absoluto concupiscentiæ elicitæ cōtrahi per respectum genericum ad bonū præcisè commodi, præscindentem, & auulsum in re à respectibus specificis desiderij, & delectationis.

Hæc sic enucleauerim arguèdo ad hominem: ex quibus sat perspicuè constat falsum quartum assertum Gabrielis Vazquez aliàs eruditissimi.

Respō. pro
Vazquez.

Si tandem respondeas; hanc contradictionem non faciendam, nisi de solo respectu generico in specificos respectus, quæ tamen minimè necessaria est sed cōtingens, & possibilis non fieri.

Reijctur.

Contra: data hac secunda hypothesi, quòd respectus genericus, sine absoluto amoris, vel volitionis genericiæ individualiter auulsum à speciebus; adhuc tenet argumentū, perindè se gerit hic respectus genericus ad suas accidentarias differētias, inferiorum cōstitutiuas nempe desiderij, & delectationis, ac se gerit superficies mixti, verbi gratia, parietis ad colores extremos, & medios; sed est impossibile naturaliter, & per potentiam ordinariam Dei dari parietem in individuo sine albedine, vel alio ex coloribus; ergo etiam erit impossibile, eodem impossibilitatis genere, dari hunc genericum respectum individuatū, quin prius descendat ad suas species accidentarias, quarum est subiectum, nempe ad desiderium, delectationem, vel gaudium.

Ad argumentum septimi asserti enervè utique, & nullius momenti, latissimè responsum iam est in secūdo tomo meorum in quartum Commentariorum, tristitiæ nimirum, & delectationi, ut meritorix esse possint satis, superque esse rationem voluntarij, & libertatis, siue subsequentem ex accèptatione superueniente, siue antecedentem à præcuntibus causis sibi insitam.

Obiecto.
contra ter-
tiā conclus.

Sed contra quartum notabile, & contra tertiam conclusionem arguet quis hac ratione. Scotus in 3. dist. 26. quæst. vnica, §. *contra viam istam*, negat dari volitionem absolutè elicita circa impossibile; *quidquid enim ostenditur valētati, tanquam impossibile*, nequit esse volitum, nisi conditionatè.

Resp.

Respondeo breuiter; Scotum in 4. locutum fuisse de volitione inefficaci, in tertio de efficaci, quæ nequit absolute elici, nisi circa id, quod ostēditur, ut possibile; inefficax autè potest absolute elaborari etiam circa impossibile: non est cur demus aliud responsum pro nūc. Hæc sint satis.

2. §. Quinam sit modus dicendi Ludouici à Montefinos.

SVppono hunc Doctore, alioqui per^o Opinio Mō
doctum, decipi prorsus; dūm quæst. tel.
1. disp. 6. autumat Scotum non distinxit
se delectationē à fruitione: fateor in 1.
d. 1. q. 3. §. *d. secūdo principali*: hæc apud
eum haberi verba: *aliquæ auctoritates*
Diui Augustini videntur dicere, quòd
frui est actus perfectus tantum, id est
amor amicitix, cuiusmodi est illa, quæ
extat cap. 1. de doctrina Christiana: *frui*
est amore inharere alicui propter se ipst:
& rursus q. 30. octoginta qq. *omnis itaq;*
humana peruersio est, quod etiam vitium
vocatur, fruendis uti velle, atque uten-
dis frui: hæc utique gemina sacri Augu- D. Aug. 80.
stini auctoritas manifestè insinuat eius- 99. q. 30. &
modi terminū frui significare amorē ami- 1.
citiæ, tanqua suum adæquatam significa-
tū, quin ad amorem concupiscentiæ, vel
delectationem resilire possit; *aliquæ*
quòd delectatio tantum, cuiusmodi est au-
thoritas illa 1. de Trinitate, cap. 10. *hoc* De Trinit.
est plenum gaudium nostrum, quo amplius cap. 10.
non est, frui Trinitate. Item in supra
citata quæst. 30. *frui dicimur ea re de qua*
capimus voluptatem. En quomodo in
præ-

prædicto duplici testimonio, *frui* supponit pro gaudio, voluptate, seu delectatione, non utique formaliter, sed causaliter; ut colligitur, si non retorquetur ad causalitatem: namque illo retorquendū est, *frui* causa sit delectationis, & hæc effectus erumpens ex receptione fructio nis in voluntate: vel dicito, quod frui est amor amicitie receptus, ex cuius receptione emergit passio delectationis, ut in frā patebit aliqua, quod includit vtrumque, id est amorem amicitie, & delectationē. Et tunc non significat aliquod ens per se unum, sed unam aggregatum ex duobus vniuersis, ut ens per accidens; nec hoc est inconueniens, quod unum nomen significet multa, quia *Ilion* secundum Philosophum 7. Methap. potest significare totum bellum Troianum; cum tamen fertus miles, seu dux filius Phorbantis extiterit sic nuncupatus *Ilioneus ilioneus*. Confirmat Doctor hanc eadem veritatem illis verbis: quod autē frui accipiat pro vtroque, pro actu, scilicet, & delectatione simul, patet ro. de Trinit. *frui*mur enim cognitis, in quibus voluntas ipsi propter se ipsa delectata conquiescit. Ex ipso sanē idiomate, & modo loquendi apparet præfata definitionem ingredi dāo, nimirum amorem amicitie, & delectationem. Confirmatur ex Doctore dicente: quod si delectatio accideret fructio ni, non deberet poni in eius definitione. Vult sibi Augustinus, quod fortassis nomen *fructio* dicat non solū amorē amicitie, sed etiam delectationem, & tunc delectatio nō accidit fructio ni, immō ingreditur eam instar albedinis ingredientis hoc concretum, seu denominatum album.

Iraq̄ licet albedo accidat parieti non tamen accidit prædicto denominatio: sic ergo in proposito, delectatio accidit amorī amicitie, nō tamen fructio ni compositæ ex vtroque.

En igitur quomodo apud Diuū Augustinum hoc nomen *fructio* est commune his tribus, nempe amorī amicitie scorsum, delectationi præcisè, & tādē aggregato ex vtroque, non sane conuenientia, & communitate vniuoca, sed æquiuoca, instar huius nominis *sanum*, quod æquiuocè prædicatur de animali, vrina, & medicamine.

Hanc conuenientiam æquiuocam esse, ingenue probat Scotus hisce verbis ibidem habitis: Quod autem sit magis proprium significatum difficile est proba-

re, tamen aliquo modo potest conijci ex usu vocabuli: istud enim vocabulum, *frui*, constructur cum ablatiuo significante obiectū ex vi transitionis, qualis constructio appropriatur verbis significantibus actum: non autem constructur cum obiecto ex vi causa, qualis constructio debetur passionibus significatis per verba pure passiva; & mox exemplificat, non enim ita dicitur *frui in Deo*, sicut dicitur *delector in Deo*, vel *Deus delectat me*, sed dicitur *frui Deo*, *tristitia*, sicut dicitur *amare Deum*, & istud videtur magis proprium significatum vocabuli huius, *frui*, vel *fructio*.

Vult igitur Scotus tantundem esse *frui Deo*, atque est *amare Deum* propter se: aded, ut significatum vniuocum, & totale huius nominis *fructio*, sit amor amicitie terminatus ad Deum; ex quo manifestè infertur, quod quemadmodum accidit amorī amicitie delectatio comes, ita dicitur accidere fructio ni, tanquā sodalis, & coætanea, & extra totā eius definitionem, non secus atque albedo accidit parieti.

Secundō dico: hinc manifestè sequi decipi Ludouicū à Montefinos, dum existimat in via Scoti fructio nem, & delectationem idem omninō esse; quando quidem ipse Doctor subtilis manifestè docet, nixus Diuo Augustino, fructio nē esse actum elicitem à voluntate; delectationem autem esse passionē aliunde subortam (ex receptione amoris) & per hoc verbum *delector*, purè passiuum significatam vniuocè.

Sed contrā (arguit iste Doctor Montefinos nomine, probatque delectationem, & tristitiam esse actus elicitos) Augustinus 14. de Ciuit. c. 6. agens de quatuor affectibus, cupiditate, lætitia, metu, & tristitia, continuō subdit: *Voluntas quippe in omnibus est, immō omnes nihil aliud, quam voluntas sunt*: & mox addit hic Doctor, Augustinum nomine voluntatis intelligere actum elicitem.

Respondeo primō: decipi hunc Doctorem dum arbitratur illo nomine *voluntas* intellectum iri actum secundum: patet, quia voluntas sumpta pro actu secūdo nequit formali prædicatione efferrī de tristitia. Probo; per te tristitia est nolicio quædā; sed hæc est falsa propositio; nolitio formalitèr est voluntas sumpta pro actu secūdo; quia est, ac si diceret: nolitio est volitio; ergo falsa, & inepta prædictus locutio erit hæc: *tristitia est voluntas*

1. Conclus.

2. Conclus. Scoti.

Obiectio.

D. Aug. 14. de Ciuit. c. 6.

Resp. 1.

fructio
voluptate
causaliter
retorquetur
causalitatem
namque illo
retorquendū
est, frui causa
sit delectationis,
& hæc effectus
erumpens ex
receptione fructio
nis in voluntate:
vel dicito, quod
frui est amor
amicitię receptus,
ex cuius recep
tione emergit passio
delectationis, ut in
frā patebit aliqua,
quod includit vtrum
que, id est amorem
amicitię, & delectatio
nē. Et tunc non
significat aliquod ens
per se unum, sed unam
aggregatum ex duobus
vniuersis, ut ens per
accidens; nec hoc est
inconueniens, quod unum
nomen significet
multa, quia Ilion
secundum Philosophum
7. Methap. potest
significare totum
bellum Troianum; cum
tamen fertus miles,
seu dux filius Phorbantis
extiterit sic nuncupatus
Ilioneus ilioneus. Con
firmat Doctor hanc eadem
veritatem illis
verbis: quod autē frui
accipiat pro vtro
que, pro actu, scilicet,
& delectatione simul,
patet ro. de Trinit.
frui mur enim cogni
tis, in quibus voluntas
ipsi propter se ipsa
delectata conquiescit.
Ex ipso sanē idio
mate, & modo loquendi
apparet præfata
definitionem ingredi
dāo, nimirum amorē
amicitię, & delectationem.
Confirmatur ex Doctore
dicente: quod si de
lectatio accideret fructio
ni, non deberet poni
in eius definitione.
Vult sibi Augustinus,
quod fortassis nomen
fructio dicat non solū
amorē amicitie, sed etiam
delectationem, & tunc
delectatio nō accidit
fructio ni, immō ingre
ditur eam instar albe
dinis ingredientis hoc
concretum, seu denomi
natum album.

ro. de Trinitat.

supra pro actu secundo; immò dicendum venit tristitia est non voluntas: stat ergo vocabulo illo voluntas actum primum, scilicet, ipsam voluntatem intellectum iri.

Sensus igitur asserti Augustini erit, omnes illos quatuor motus esse ipsam potentiam voluntatis non formaliter, sed causaliter, causalitate nimirum, siue efficientia, ut potè cupiditatem, vel desiderium: siue materielis, ut potè lætitiã, timorẽ, & tristitiã: mediantur enim à potentia passiva ipsius voluntatis ut, & efficacitate apprehensionis intellectus, & actus voluntatis erga obiectum, seu pondere ipsius obiecti sic apprehensi, & voliti, vel noliti; ut inferius innotebit.

Resp. 2.

Secundo respondeo: (facta hypothesi nomen voluntas actum præferat secundum) in quatuor præfatis motibus inueniri actum elicitem voluntatis, siue formaliter, siue causaliter, & omnes tandem quatuor esse ipsum talem actum, siue in formali, siue in causali prædicatione: enim verò tristitia est in nolitione, tanquam effectus in causa partiali saltè, & tandem est ipsa nolitio causaliter; idem dicito de metu, est siquidem effectus influxus à nolitione mali apprehensi ut futuri. Ita Scotus in 4. d. 29. q. unica, §. ad questionem. Cupiditas verò, seu desiderium formaliter est volitio elicita erga bonum nondum habitum, ut patet in 1. d. 1. q. 2. n. 6. & alibi. Hæc doctrina Scotica ampliuscule explicabitur in 5. §.

Scot. in 4. d. 29. q. vn. & in 1. d. 1. q. 2. n. 6.

Opinio Patris à Lorca.

3. §. Quomodo respondeat Petrus à Lorca argumentis Scoti.

D. Aug. 14. de Ciuit. c. 7.

Summatim docet hic Doctor disput. 48. membro. 2. quòd quando Diuus Augustinus 14. de Ciuit. cap. 7. dixit: *Amor huius habere, quod amatur, cupiditas est; id autè habes, & fruens, lætitia: noluit asserere passiones has non esse diuersas, neq; ab amore vno modo distingui, ut Gregorius, inquit, putauit, sed significauit amorem esse omnium radicem, & causam: vel amorem latè acceptum esse genus omnium.* Hoc sanè idioma non est contra Scotum; immò consonum eius sententiæ: nam omnes quatuor æquè sunt amor, vel formaliter, vel causaliter, & tandem ab amore erumpit delectatio, & à nolitione pullulant metus, & tristitia.

Sed quòd potissimum querimus hoc

in §. est: quo pacto hic Doctor soluat rationes Scoti, quibus probat tristitiã, & delectationem non esse actus elicitos à voluntate, sed passiones quasdam.

Est igitur prima ratio Scoti in 3. d. 15. §. aliter potest dici: omnis cui euenit illud quod non vult, tristatur; sed plura sunt, quæ nolunt Deus, & beati, & tamen non tristantur; ergo tristitia quid distinctum erit à nolitione.

1. ratio Scot. in 3. d. 15.

Respondet Lorca: euentum mali contra voluntatem efficacem, & simpliciter inferre tristitiã, non verò euentum malorum voluntati antecedenti inefficaci, & secundum quid obfistentium; & eum verum sit Deo nihil accidere contra eius voluntatem efficacem, inde fit, ut trislarinequaquam possit: eadè ratio est propter quam beatis tristitia in esse nõ potest: quia voluntas eorũ adæquate conformis est voluntati diuinae, & ideo nihil fit, quod voluntati eorum sit contrarium simpliciter.

Resp. Lorca.

Contra hoc vltimum argumentum sic: beati tenentur velle Deum efficaciter à nemine offendi, eiusque decalogi præcepta à cunctis seruari; sed hæc præcepta sæpe sapius sunt signum voluntatis, antecedentis tantum; ergo Minor patet; namque in viatore mechante, & adulterium exequente deficit exterior, & interior observatio huius præcepti, non mechaberis; ergo Deus ea voluntate dumtaxat antecedenti; & tamen Angelus eius cultos beatus vndequaque tenebatur efficaciter velle, & satagere sancta per inspiratione, aliosque cultos motus de tanti præcepti obseruatione, & de facto satagit, idque ingenuè præstitit; ergo conformauit se voluntati antecedenti Dei, ad quod tenebatur. Ruit igitur hæc posterior pars responsionis Petri à Lorca.

Reijcitur.

Etiam poterit Scotista impugnare priorem partem præfata responsionis. Deus efficaci voluntate voluit, & de facto lege obligatoria tulit, ac promulgauit seruanda prædicta præcepta; ergo quisquis ea transgreditur, & mortaliter peccat, ideo censetur transgredi, & peccare, quia suam voluntatem non conformauit præceptis efficaci voluntate diuina latis, & per consequens Deo accidit aliquid contra suam voluntatem efficacem; ergo ratio quare tristitia non afficitur non est ea, quam assignat Lorca.

Opinio.
Ioā. Salas.

4. §. *Quinam sit modus dicendi Ioā-
nis de Salas.*

D. Aug. 12.
de ciu. Dei.
c. 6. & lib.
5.

EXtant apud hunc Doctorem traſta-
tu 2. diſp. 7. ſect. 4. hæc verba: *Opi-
nio quarta, & tenēda eſt, omnem delecta-
tionem eſſe actum elicitum ab appetitu in-
tellectiuo, vel ſenſitiuo: idquē inferius ſic
probare nititur, dicens: Fauet, Auguſti-
nus 12. de ciuitate c. 6. dicens, cupiditas,
& lætitia nihil aliud eſt, quàm voluntas
in eorum conſecutione, quæ volumus. Et in
lib. 5. Non ex carne tantum afficitur ani-
ma, vt cupiat, metuat, lætetur, & triſte-
tur, verū etiā ex ſe ipſa his poteſt motibus
agitari; ergo ſentit (inferit Salas) D. Aug.
animum in ſe efficere hos motus, nem-
pè mediante voluntate: & cum eodem
modo loquatur de triſtitia, & lætitia, ſi-
cut de alijs, & aduerſarij concedant vo-
luntatem immediatè efficere alios mo-
tus; etiam debent id concedere delecta-
tione, & triſtitia.*

Deindè ratione probat hanc con-
cluſionem: primò, quia iſti (inquit Sa-
las) ſunt actus vitales, & immanentes;
ergo manent in ſuo principio proximo
actiuo, non in alio niſi in voluntate; er-
go hæc eſt principium actiuum proximū
ipſorum.

Secundò: quia cæteri motus appetitus
ſenſitui, vel intellectui ſunt immedia-
tè à voluntate; nulla autem ratio vrget
ad negandum de his illud ipſum; vt pa-
tebit reſpondendo ad argumenta ad-
uerſariorum; ergo.

Tertiò: nullus eſt actus in ſenſu, vel
in intellectu, qui non ſit immediatè ab
illo, nec in appetitu intellectu, vel
ſenſitiuo ſas erit conſtituere actum, qui
immediatè non efficiatur ab eo, par
enim eſt ratio.

Quartò: quia delectatio interdum eſt
bona, vel mala moraliter, & ſimiliter tri-
ſtitia; bonitas autem, & malitia moralis
ſolū in eſt actibus elicitis, vel imperatis
ab appetitu. Confirmatur ex Ariſtotele
7. Eth. c. 12. *7. Eth. cap. 12. Qua propter non bene ſic
ſe habet voluptatem dicere generationem
eſſe ſenſibilem, ſed dicendum eſt potius ope-
rationem eius habitus eſſe. Et 3. de Anima
tex. 29. delectari, & triſtari eſſe actionē
partis ſenſitiuæ. Et textu 53. & 54: do-
cet appetitum eſſe mouens motum reſpectu*

7. Eth. c. 12.

Et 3. de Ani-
ma 29. tex.
53. & 54.

*delectationis; ſi autem mouet ſe appeti-
tus quando delectatur; ergo efficit delecta-
tionem.*

Oppositam ſententiam tenet Doct̄or
locis inferius citandis, cui fauet Ariſto-
teles 10. Eth. c. 4. & 5. vbi per ſapē negat
voluptatem eſſe operationē. Quid ergo?
Reſpondet, *eſſe ſinem operationis, qui ex
operatione pullulat, ſicut pulchritudo, &
decor in ijs, qui ætate vigent.*

Noſter Ioannes Maior 7. Eth. c. 12.
& lib. 10. c. 5. obſeruat, quoties Ariſto-
les inquit declarationem eſſe operatio-
nem non loqui ex propria ſententia, ſed
aliena, Platonis videlicet, & aliorum
ſapientum antiquitatis: vel etiam loqui
non formaliter, ſed cauſaliter, nomē cau-
ſæ effectui aſcribendo. Ratio ſuadetur
quia fruitio eſt vltimus actus circa ob-
iectū habitum, & poſſeſſum, ad quod im-
mediatè ſequitur delectatio; igitur hæc
nequit rationem actus fortiri. Conſu-
lit nobis Doct̄or Angelicus 12. q. 3. 1. ar.
1. ad 1. cum dicitur delectatio eſt opera-
tio, nō eſt prædicatio per eſſentiam, ſed
per cauſam; & q. 32. ait: *delectationem ſe
qui ad operationem.* Ratione eutem Scoti
ſuadetur ſic: quia omnis actus volun-
tatis eſt velle, aut nolle; ſed nec delecta-
tio eſt velle, nequē triſtitia eſt nolle;
ergo non ſunt actus voluntatis.

Reſpondet Salas: delectationem eſſe
velle, & triſtiam eſſe nolle, non ſtriſtiſſi-
mè, nequē ſtriſtè, ſed valdè latè.

Indigna ſanè virò docto reſponſio: nā
vel eiufmodi agitationes, & motus ſunt
vniuocè volitio, & nolitio, aut nō: ſi pri-
mū: ergo plus quam valdè latè, nempe
ſimpliciter, & abſolutè: ſi ſecundū; ergo
abſolutè, & ſimpliciter dicētur *nō voli-
tio, & nō nolitio: vtique quod vniuocè non
eſt homo, abſolutè eſt non homo.*

Secundò ſuadetur opinio Scoti: om-
nis actus voluntatis eſt liber, & poteſt eli-
ci, & non elici à voluntate, iuxta illud
Auguſtini 1. Retract. 9. *Nihil tam eſt in
voluntatis poteſtate, quàm ipſa voluntas.*
Tunc ſic; non eſt in poteſtate voluntatis
impedire delectationem, & triſtitia præ-
ſente, & cognito bono, & malo, quod
amatur, vel odio habetur; ergo.

Reſpondet Salas: omnē actum volun-
tatis deliberatè eſſe liberum, vel in ſe,
vel in cauſa, & huiufmodi delectationē,
quia poſſum illam impedire ſuspendēdo
amorem, & cognitionem: his autem po-
ſitis non eſt (inquit) in noſtra poteſtate
illam

Opinio Scoti.
11. Ariſt. 10.
Eth. cap. 4.
& 5.

Ioan. Maior
7. Eth. c. 12.
& lib. 10. c.
5.

1. Ratio
Scot. opin.

D. Tho. 1.
2. q. 3. 1. ar.
1. ad 1. & q.
3.

Reſp. Salas.

Reſp. tur.

2. Ratio.

D. Aug. 1.
Retract. 9.

Reſp. Salas.

illam impedire; sicut nec supposita intentione finis possumus impedire electionem medij, quod necessarium iudicatur.

Reijtur.

Hic Doctor manifestè incidit in opinionem Scoti: similitudo autem allata de intentione, & electione, dupliciter ruit: primò, quia delectatio, passio cum sit vndequaquè, ideò nullam affinitatem mutare potest cum finis intentione, & mediorum electione, quæ sunt actus eliciti à voluntate.

Secundò ruit, quòd licet impeditio electionis medij non sit penes potestatem voluntatis, tamen affectio eius est penes ipsam infallibiliter: secus res se habet delectatione, & tristitia, harum namque, neque impeditio, neque affectio est sic in potestate nostra; quia per sæpè accidit tristitiam non subsequi ad considerationem, & nolitionem peccati imperatas ab intentione præintèdente destructionem peccati, tanquam finem vltimum: tristitiam verò, tanquam intermedium; seù potius eligente eam, tanquam medium perutile, tametsi nõ simpliciter necessarium (quia nolitio peccati propter Deum est satis) & eligente item imperatiuè prædictos illos duos actus, tanquam media necessaria.

Ex quo manifestè sequitur: tristitiam semper, & vbique esse medium, & nunquam electionem, vel intentionem, & per consequens neque actum, sed passionem; cum tamè electio semper sit actus elicitus immediatè à voluntate præcurrente actu intellectus. Vtrum autem intèctio finis, & mediorum electio sit vnus, vel duo voluntatis actus, aliò differtur differendum.

Ad argumenta.

AD primum negatur cõsecutio, quæ infert ex duplici illo Sancti Augustini testimonio. Sacer namque Doctor in nullo eorum insinuat potentiam voluntatis esse effectricem cupiditatis, lætitiæ, metus, & tristitiæ, sed causam materiale, & vitaliter operatiuã: hæc autem vitalis *operatiuitas*, non nititur *elicitio* sed vitali cuidam *hiatui* & *tendentia* principij viuentis actiui, vel passiuui erga obiecta.

Quòd circa fas erit in præsentiarũ distinguere inter *operatiuitatem* (vt ita loquar) actiuam, & passiuam: illa prior exercetur per actum elicitem à volunta-

te, vt receptum in ipsa; hæc per passionem erumpentem ex tali receptione. Hæc distinctiuncula consulit Scotum in 4. dist. 49. q. 7. num. 4. asserentem: *Beatitude consistit in operatione; voluntas autem potest dupliciter considerari; vno modo vt potentia operatiua; alio modo vt receptiua: primo modo perficitur simpliciter operatione coniungente simpliciter, & ultimate optimo simpliciter: alio modo considerari potest vt receptiua; sic est perfectibilis non operatione, sed passionibus supernaturalibus, quia talium est ultimate receptiua, & sic perficitur delectatione, & gaudio.* Meminisse oportet doctrinæ, quæ retuli sect. 2. disp. 49. tom. 1. meorum in quartum Commènciariorum, iuxta quam, quilibet ex præfatis quatuor affectibus meritò recenseri potest ens per accidens compositum ex qualitate absoluta, & relatione, seù tendentia in obiectum: voluntas igitur, quia per tristitiam, seù per relationem eius absolutæ qualitati nixã hiat fugæ à malo præsentis, terga ei vertendo, ideò dicitur tristari, & operari, seù agitari passiuè; & non quia tristitiam elicit (sicut re vera nec elicere potest) eò nimirum, quia *tristationi*, nec consulere nec detrudere potest ipsius tristitiæ (per impossibile) elicito. Idem dicendum est de cupidine, licet enim iuxta mentem Scoti, actus elicitus à voluntate sit, cæterum non ideò ipsa voluntas intrinsecè denominatur cupere, & desiderare bonum absens, quia elicit eam, sed quia informata per ipsam, vitaliter tendit in illud per relationem prædictam; perinde atque visus, non, quia visionem elicit dicitur videre, sed quia recepta ipsa vitaliter hiat obiecto visibili, in illudque tendit: qui vtique hiatu meritò appellatur *operatiuitas*, seù *operatio* actiua, quia immediatè est in potestate voluntatis coercere se ab elicitione, qua coercita, & retrogressa cessat hiatu tendentia, & *operatio*: secus iudicium intulerim de *operatione* passionum, quarum *fieri*, & *conseruari* nõ est immediatè penes voluntatem; quamobrem iure optimo eã recensuerim *passiuam operationem*.

Quòd autem mens Augustini minimè sit, potentiam voluntatis esse effectricè horum motuum, manifestè apparet ex ipso verborum tenore *in eorum consecutione, quæ volumus*. Sanè voluntas non consequitur hæc elicendo, non inquam à se ipsa quasi exiens in obiecta fertur, quia

quia elicit, sed potius quia recipiendo illos hiatus, versus obiecta per ipsos quasi ducitur.

Hoc idem confirmat idioma secundæ authoritatis, *metuat, lateatur, tristetur*: herclè per metum receptum timet; per receptam lætitiã lætatur; & per tristitiã sibi tenaciter hærentè tristatur, non fecus, atque paries per receptam albedinem dicitur albus, & auditus per infitam auditionem audiens denominatur.

Ad primam rationem negatur maior.

Ad secundam negatur minor.

Ad tertiam concedo totum; sed falsò supponit tristitiã, & delectationem esse actus, cum tamen non sint, nisi passiones.

Ad quartum negatur minor: enimverò bonitas, & malitia moralis, etiam insunt passionibus, nedum actibus elicitis, & imperatis; pœna enim est quaedã passio appetitus sensitivi, & tamen potest esse tot modis moraliter bona, quot voluntaria, de quibus to. 2. disp. 3. sect. 7. in principio.

Ad testimonium Aristotelis dico: voluptatem esse operationem causaliter, & consecutionem, quia mox erumpit post ipsam.

Ad secundum respõdetur eodem modo, nimirum, delectari, & tristari emergere post actionem, tanquã passiones.

Ad vltimum dico: appetitũ mouere se ad appetitionem, ad quam sequitur passio delectationis.

5. §. *Quinam sit modus dicendi Nostris Scoti.*

PArtem negantem tenet Scotus, nẽpẽ delectationem, & tristitiã non esse actus elicitos voluntatis, sed passiones sequentes ipsos: delectatio namque sequitur volitionem, vel apprehensionem, siue vtramque, & tristitia nolitionem, seũ apprehensionem inconuenientis, siue hanc, & illam simul, vt in sequentibus, seũ appendicibus sectionibus patebit.

Quò circa supponendum est primò: multum interesse, tristitiæ, & doloris, hic enim est passio appetitus sensitivi, illa rationalis, nimirum voluntatis. Cõsulit nobis Scotus in 3. dist. 15. quæst. vnica, num. 4. dicens: *ex hoc apparet distinctio inter dolorem propriè dictum, qui*

inest anima ex carne, & primò secundum partem sensitivam: & tristitiã propriè dictam, quæ inest anima secundum se, & primò secundam partem intellectiuam. In Schola Aduersariorum tam ille, quàm hæc recensentur actus esse à suis potentijs eliciti, in nostra vero passiones creduntur appetitui aliunde immixtas.

In præsentiarum de tristitia, & delectatione cum gaudio in identidem migrante (secundum Scotum) vrget cõtrouersia.

Pro cuius decisione meminisse oportet Sect. 4. disp. 2. tom. 2. meorũ in quartum commentariorum; vbi obseruauimus cum Scoto, perinde se habere obiecta disconuenientia volũtati aduenientia, respectu tristitiæ, atquẽ se habent conuenientia, quæ eidem accidunt, respectu delectationis.

Secundò obseruauimus: nolitionem esse duplicem, vnã elicibilem, aliam inelicabilem. Primam rursus diuisimus in absolutã, & cõditionatã. Absoluta est illa, quæ crebrò à nobis elicitur circa obiecta disconuenientia, quæ nobis nolentibus ad mota, voluntatem tristitia afficiunt, & marore torquent: conditionata autem est illa, quæ nuspiã absolutè produciẽtur, produceretur, si obex aditũ minimè præcluderet productioni, & velẽdi contrarium actum non extorqueret: quam vtiquẽ veritatem nauarũ, qui maria peragrant passim assolent experiri, in mercatoribus naufragij tẽpore merces in pelago proijcientibus; quam sanè proiectionem, & dispendium absolutè volunt, & conditionatè nolunt.

Nolitio improducibilis est inclinatio ad fugam obiecti disconuenientis, quæ non solum Angelo, & hominĩ libertate compositibus; verũ, & alijs rebus ipsa ex partibus conuenit, vt experimento cõstat; tũ in lapide descensum diligẽte, & ascensum renuente: tũ in igne conscensum amplectente, & descensum abnuente. Lege alia quæ desunt in citata Sectione.

Dico primò: delectationem, & tristitiã interdum insui ab obiecto terminante actum inelicabilem voluntatis, eiquẽ aduenienti iuxta, vel contra ipsum. Hanc conclusionem tenui in citata 4. sect. & habet duas partes, prima est; delectationem immitti voluntati ab obiecto volitione inelicabile volito, & iuxta nutum eius aduenienti. Secunda est; tri-

Opinio Scoti
et locis sup.
cit. & in 3.
d. 15. q. vn.
n. 4.

Iacob 1.

tristitiam ingeri eidem ab obiecto contra nolitionem improducibilem aduenienti: primam partē, probavi ibi dogmate Apostolico Canonicae Iacobi 1. *vnusquisquē verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus: deinde concupiscentia cūm conceperit parit peccatū, peccatum verò cūm consumatū fuerit generat mortem.* Sensus est obiecto delectabili coram posito, mox voluntas illicitur per subrepticam delectationem; primò ad consensum liberum; secundò ad opus prauum externum; tertio ad mortem, idest ad obstinationem. Sic Lyranus noster. En quomodo per prius causatur delectatio, quàm volitio libera ab obiecto disconuenienti, iuxta volitionem improducibilem aduenienti.

Secunda pars brobatur: quia eadem est ratio tristitię, atquē delectationis, sed delectatio causatur ante consensum liberum à cōuenienti approximato, seu accedente iuxta volitionem improducibilem; ergo, & tristitia poterit adduci à potentia passiuā voluntatis, vi obiecti disconuenientis, contra nolitionem inelicitabilem aduenientis. Confirmatur ex Augustino lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 15. *tristitia est dissensio animi ab his rebus, quæ nobis nolentibus acciderunt.* Nolentibus in quam siuē nolitione elicibili, siuē inelicitabili. Dicendum ergo est, tristitiam esse passionem influxā ab inconueniente nobis hærente contra nolitionē improducibilem. Confirmatur secundò: quia perindē se habent obiecta disconuenientia respectu tristitię, atquē se gerunt cōuenientia respectu delectationis.


D. Aug. 14. de Ciuita. cap. 15.

2. Conclus.

Dico secundò: delectationem influi per sæpe à conuenienti nobis aduenienti consone considerationi, & volitioni absolutē erga ipsū elicitis: quandoquē verò ab eodem iuxta considerationē, & volitionem conditionatē elicitam. Hęc etiam conclusionem ibidem tenui.

3. Conclus.

Tertiò dico: itidem philosophandum esse de tristitia, vt ibi latē cōstitit. Vtriusque huius secundæ, & tertię conclusionum veritatem experientia docet, & ratio ipsa dicat, adeò vt ampliori probatione minimē indigeat.



SECTIO II.

Appendix.

Præcedentis, quænam sit immediata causa delectationis, tristitię vè?

Pitigianus dist. 15. art. 6. complura circa præsens dubiū prolixē, ac molestē congerens, lectorem ipsum tædio, ac lassitudine, eò vsquē afficit, vt ingenio tenebris offuso, eum regredi cogat, necesse tamen est duo saltē ipsius asserta ex quasi chaos dirimere, vt indē, quid sibi velit capere mens nostra possit quorum primū est eiusmodi: *entitas absoluta obiecti cōuenientis est ratio formalis causandi delectationem:* secundum assertum habetur in calce articuli, estquē huiusmodi: *Beati non tristantur, & si peccatum eueniat; quia Deus suspendit causalitatem illam respectu tristitię; quia causalitas naturalis impeditur per contrarium excellēs, nē suum producat effectum,* Expresē porrò insinuat delectationem, & tristitam effectiue influi, haberequē causam efficientem immediatam; quam (meo videri) causalitatem effectiuam ascribit hic Doctōr entitati absolutę obiecti, quoties in se præsens est: eo absente speciei intiligibili, vel cognitioni actuali, vel volitioni, seu vtriq.

1. Opinio. Francisc. Pitigia. 3. d. 16. art. 6. & Phil. Fabri. disp. 39.

Philippus Faber disp. 39. idem sentire videtur, ait enim: *sequitur quòd consequenter in illo, nempe appetitu producat illam qualitatem, quæ illi perfectibili conuenit, quæ est delectatio.*

Ego quippè tomo 2. meorū in quartum commentariorum latē edocui proximam, & totalem tristitię causam in pœnitentia esse considerationem, & nolitionem imperatas à voluntate, & terminatas contra earum (vt ita dixerim) nutum, affectumque. Mecum sentire videtur per doctus Hugo Cauellus Scholio in primam quæstionē dist. 15. 3. sent. num. 11. dicens: *an verò obiectum sit immediata causa tristitię, vel cognitio eius, quidam hoc, quidam illud putant: ego adderem actum volitionis, vel nolitionis, quando adest, concurrere ad tristitiam, & gaudium, siuē hoc, vel illud dicatur.*

2. Opin. Au. Floris, & Hugo Cauel. Scholio in Sco. 1. d. 15. q. vni. n. 11.

Dico primò: quando voluntas delecta-

1. Conclus.

Et ut de adventu alicuius boni conuenientis, & consoni volitioni inelicitibilis id est inclinationi naturæ eius, tunc causa per se immediata, & directè influens in eiusmodi delectationem, est apprehensio, quæ intellectus apprehendit illud, ut sibi conueniens, & ad eam autem finem quæ non, est ipse aduentus, seu relatio propinquitatis. Primam huius conclusionis partem dicitur Scotus in 3. d. 15. q. 10. §. de primò dicitur hab. dicens: *præterea quod si secunda ratio sufficiat sine prima, &c.* Secundam partem eiusdem conclusionis tenet ibidem §. aliter, dicens: *sed ista relatio tenet causam sine quibus non, & infra: ratio igitur, causandi delectationem istam non est conuenientia, quæ fuit relatio in obiecto, nec etiam præsentia, per perceptionem, quæ est alia relatio quasi approximatio ad passum.* Hæc secunda pars nulla indiget probatione: priorem autem probò à sufficienti diuisione: nam quæ causa inducens hanc voluptatem à potentia passiva voluntatis, necessariò debet esse vnum è tribus, nimirum, vel actus ipse inelicitibilis, vel entitas absoluta obiecti conuenientis, vel apprehensio, quæ intellectus illud concipit in ratione talis: non primum, neque secundum, ergo tertium. Minorem probò: in primis volitio ipsa inelicitibilis nequibit esse educatrix huius delectationis, quia cum ipsa realiter sit idem, quod voluntas, sequeretur hanc esse causam immediatè eductricem eius, quod tamen Scotista minimè cõcederet: quòd neque entitas absoluta obiecti conuenientis, probatur, quia ablata hac, tam secundum esse imaginariū, quam esse reale (per impossibile) adhuc delectamen illud educeretur à potentia passiva voluntatis: superest ergo, dixerimus ipsū educi vi, & efficacitate, vel ipsius conuenientia, vel ipsius notitia, non primum, quia est contra Scotum; ergo secundum, verè igitur est nostra conclusio: quam eiusmodi illustro, cum, & cõfirmo exemplo. Accidit interdum agricolam, seu colonum esse valde similem Regi, quo in euentu egenuli, aut pauperculi ipsius filij, haud vulgari affici solent voluptate ex apprehensione præfatæ paternæ regalis similitudinis, *teneat vn Padre parecido al mesmo Rey*: nunc igitur sic: causa huiuscè filiorum voluptatis, vel est entitas absoluta patris, nempe humanitas, seu hæcitas, vel est ipsa similitudo, vel est

ipsum imperium, seu ratio Regis: non primum, quia humanitas, seu hæcitas est quidpiam quasi commune alijs hominibus; neque secundum; quia similitudo, imperium, vel regalitas sunt relationes, quæ in Schola nostri Doctoris nequeunt esse directæ, & immediata causa huius delectationis, ergo reliquum est, fateamur causam eius apprehensionem, quæ prædicti filij apprehenderunt illam similitudinem regiam in Patre.

Repondebit fortassis Pitigianus: esse disparitatem in exemplo allato, cum filij præfatæ agricolæ volitione elicitæ, nedum inelicitibili eam similitudinem amplectantur, tanquam obiectum terminatiuum, cum apprehensionis, tam præfatæ elicitæ volitionis, quam obrem uterque hic actus poterit esse totalis immediata delectationis filiorum causa.

Fateor remira se habere: sed adhuc tenet argumētum, & suppono (per possibile) quod Deus præcluserit aditū elicitioni talis volitionis suspendendo suū concursum, certe adhuc emergeret voluptas in filiorum voluntate ex apprehensione similitudinis prædictæ consona eorū inclinationi; ergo facta supradicta hypothesis sola apprehensio foret causa educens prædictam voluptatem à potentia passiva voluntatis.

Dico secundò: dum volitio elicitæ adest, tunc vnà cum apprehensione cõfluit ad educationem delectationis; idem dicendum est de volitione impetata respectu tristitiæ, quæ simul cum apprehensione commissa peccati influunt in educationem maroris, & doloris, vt late edocui tomo 2. meorū commentariorum.

Tertio dico: neque volitio, neque apprehensio influunt voluptatè efficienter, seu materialiter, vt patebit in sequenti sectione.

Circa primam conclusionem percontabitur quis: quare volitio inelicitibilis nimirum, naturale illud pondus potentia volitiua non confluet erga educationem delectationis, perinde, atque volitio elicitibilis? Respondeo: quia hæc est receptibilis, & de facto recipitur in voluntate, atque adeò, vt sic recepta educit, licet non efficienter, delectationem à potentia passiva voluntatis, vt perspicue patebit in sectione sequenti: illa autem prior volitio inelicitibilis non est receptibilis, atque adeò nequit educere delectationem.

Scot. In 3. d. 15. q. vnic.

Relatio 2. d. 15. q. 10.

Relatio 2. d. 15. q. 10.

Resp. Pitigian.

Relictura

Conclusi

3. Conclusi

Dubium

Resp.

SECTIO II.

Appendix.

Quomodo appetitus delectetur in sua operatione?

Sensitivus scilicet est: quomodo gustus delectatur in gustando, visus in videndo, auditus in audiendo, tactus in tangendo, olfactus in olfaciendo, intellectus in intelligendo, memoria in reminiscendo, voluntas in amando; seu quomodo sensus communis voluptate afficiatur his in operationibus, vel si maius quomodo appetitus, tam intellectivus, quam sensitivus delectari affluat suis in appetitionibus, & operationibus. quomodo inquam visio elicita a cognitiva visus educat delectationem a potentia passiva sua appetitiva: quo pacto auditio a cognitiva auditus educat delectationem a passiva potentia sua appetitiva: olfactus siquidem est aliquantisper has inter quasi duas potentias in quovis sensu distinguere, iuxta illa verba Licheri in 3. dist. 15. qua est. vnic. pagina 60. in fine 4. col. ubi passimur potentia, qua anima potest hoc apprehendere, qua dicitur cognitiva, siue apprehensiva, & qua anima inclinatur ad hoc, ut in perfectum extrinsecam, & illa est potentia appetitiva: certum enim est intellectum, & voluntatem in rationali anima ex natura rei distinguere in sensitivam communem, seu interiorem distingere. sed an, inquit Licherus, cognitiva, visiva, & appetitiva sint dua potentie, de hoc aliis. Quod circa ad enodandam hanc difficultatem, notato verba Scoti in r. d. 17. q. 3. nu. 1. r. delectatio est ex convenientia operationis ad potentiam, & obiectum, circa quod est operatio, quasi diceret, delectatio est passio reflexiva ex prefata convenientia, seu consonantia.

Secundo observandum est: convenientiam, vel consonantiam predictae operationis ad potentiam, & ad obiectum, interque vtro, citroque circumfertur, posse consistere, vel in elicitatione eius, vel in receptione: in elicitatione quidem, vel in receptione, vel obiectum a potentia,

vel potentia ab obiecto dissonet in elicitatione, & elaboranda tali operatione, in receptione autem, ut omnino, & vnde quaque concordent in munere receptionis eius iam preelicitae. ibi ibidemque ni

Terio observat Scotus ibidem non convenientiam obiecti ad potentiam, & contraria, seu operationis ad vtrumque consistentem in receptione eius esse duplicem, alteram neutram, & aliam positivam: prior illa est carentia cuiuscumque dispositionis appetitiva, cuiusmodi est carentia frigiditatis, & humiditatis in ligno ad introductionem caloris, & formae ignis: posterior est positio dispositionis convenientis in subiecto, qualis est siccitas in ligno. Tunc infert Scotus, quod si ista convenientia positiva, nempe siccitas esset, cum sensu, tunc lignum sicum delectabiliter caleficeret, non sic lignum neutrum, quia non sic sibi convenit forma recepta, nempe calor, vel forma ignis.

Dico primo nunquam appetitum, siue sensitivum, siue intellectivum irascibilem, vel concupiscibilem delectari in elicitatione operationis terminatae ad obiectum sibi conveniens. Hanc conclusionem expressè tenet Scotus, ubi supra, dum docet potentiam non iucundari in operatione sua, in quantum elicit eam: probatque, quia factio sola, ut factio nunquam est delectabilis: sed elicito operationis, in quantum elicito, est factio: ergo elicito, ut sic, non est delectabilis, & per consequens operatio, verbi gratia, volitio vindicatrix, vel concupitrix terminata praesens, & precise elicita, & quatenus dicens respectum ad suum principium actuum nequibit esse delectabilis. Maiorem propositionem Scoti declaro: nam si potentia gustativa Petri efficeret operationem gustationis, & non reciperet, nulla delectatione affici posset, nec tãde gustans denominari valeret. Vera potro est propositio Scoti, quod factio sola, ut factio nunquam est delectabilis.

Secundo dico tam irascibilem, quam concupiscibilem vtriusque appetitus, sensitivi, & rationalis delectari in receptione operationis terminatae ad obiectum sibi consonum, & praesens. Hanc etiam conclusionem tenet Scotus ibidem, dum insinuat: Potentiam voluptate affici, in quantum recipit actionem (grammaticaliter sic nuncupatam) hanc conclusio probatur sic: quia receptio, sola totalis operationis, ut receptio, est delectabilis:

b. in. 202. p. 71

1. Conclus. Scot. vbi sup.

2. Conclus. Scot. ibid.

R. sup. p. 111. R. sup.

R. sup. p. 111. R. sup.

Lichet. 3. d. 15. q. 3. nu. 1. r. delectatio est ex convenientia operationis ad potentiam, & obiectum, circa quod est operatio, quasi diceret, delectatio est passio reflexiva ex prefata convenientia, seu consonantia.

Concl.

Scot. 1. d. 17. q. 3. nu. 1.

Concl.

ergo operatio, verbi gratia, volitio, siue iniuriarum vindex, siue deliciarum ferax, vt præcisè recepta in voluntate, & prout ad ipsam tanquam ad principium passiuum dicit respectum, erit delectabilis. Consecutio bene inferitur. Antecedens declaratur: nam si (per impossibile) operatio gustationis elaborata, & elicit a gustu Petri, reciperetur in meo, proculdubio ego denominarer gustans; & per consequens ex tali gustatione necessariò assurgeret delectatio in me, nõ in Petro: qui munus elicitiois, & nihil præterea exercuit

Similiter: si irascibilis (per impossibile) Petri volitionem iniuriarum mihi a meo inimico illatarum efficaciter vlttricem elicet, quam tamen non sua, sed mea reciperet, proculdubio hæc non illa denominaretur vlcisci, & vindicare; & ex hac intrinseca denominatione, pòdere naturæ erumperet duplex delectatio, non in Petro, sed in me; altera in concupiscibili; & alia in irascibili, vt expressè vult Scotus.

3. Conclus.

Tertiò dico: actiuitatem principij elaborantis, & elicentis predictam operationem, ad cuius receptionem naturali pondere erupit delectatio, nec consulere, nec detrahere subsecutioni talis delectationis. Hanc conclusionem expressè tenet Scotus ibidem dicēs: *Et idè propter delectationem nunquã oportet ponere rationem principij actiui; & probatur elicitio præiæ operationis non consulit huic delectationi, vt probatum est in prima conclusione: ergo nequè elicitio, seu factiuitas consulat ei. Declaratur hæc tertia conclusio: si calor receptus in ligno siccissimo, & ritè hinc inde disposito, habenti (per impossibile) sensum, esset (per impossibile) a nullo principio actiuo viuoco, vel a quocumque productus, immò esset increatus prorsus, proculdubio receptus in predicto ligno sicco, & sensibili, mox ex ipsa receptione erumperet maxima delectatio in ipso.*

Scot. 151.

Similiter: si volitio efficaciter attingens vltionem iniuriarum esset increata, adhuc (hac facta impossibili hypothesi) recepta in irascibili, continuò oriretur inde voluptas ingens in vraqùe facultate concupiscibili, & irascibili.

Item: volitio attingens primò conuenientia, etiã si (per impossibile) esset increata, adhuc recepta in concupisci-

bili, illicò emergeret in ea delectatio: eximia igitur actiuitas principij producentis has volitiones, & illum calorem in ligno sensibili, nec cõsulit, nec detrahit eiusmodi delectationi.

Quartò dico: principium passiuum vnde quaquè consulere subsecutioni delectationis. Hanc conclusionem tenet Scotus ibidem dicēs: *delectatio, & infra, similiter facilitatio, expeditio, & promptitudo, ponuntur ratione passiuæ: & probatur a sufficienti diuisione; ortui vtiquè, & educationi delectationis; a materia, nempe a potentia passiuæ ipsius voluntatis, debet consulere aliquod principium actiuum, vel passiuum, sed in tertia conclusione probauimus nõ consulere principium actiuum: igitur superest cõsulat principium passiuum.*

4. Conclus. Scot. ibid.

Quintò dico: rationem principij passiuæ consulentis delectationis ortui, inniti receptiuitate passiuæ sensibilis naturaliter inclinati; seu alioqui per conuenientiam positiuam dispositi; & in receptibilitate operationis terminatæ ad obiectum conueniens. Hanc conclusionem quo ad vtramque partem tenet Scotus locis in citatis. Cuius prima pars clauditur in illa particula, *naturaliter inclinati*. Secunda verò illa alia particula, *seu alioqui, &c.* sensus primæ partis est: rationem principij passiuæ delectationis in descensu, consistere in receptiuitate lapidis, verbi gratia (per impossibile) sensibilis, & in rei veritate inclinati ruere deorsù: & in receptibilitate, qua ipse motus deorsum est receptibilis in lapide. Hoc porro in vtroque polo, nempe receptibilitate, & receptiuitate sic circumstantionatis consistit ratio principij passiuæ delectationis in descensu grauis; pefindè, atquè è contra, ratio principij passiuæ delectationis in ascensu, nititur in receptiuitate ignis (per impossibile) sensibilis, de facto autè inclinati moueri sursum, & in receptibilitate, qua ascensus est receptibilis in ipso igne. Sensus autem secundæ partis est, rationem principij passiuæ delectationis in calefieri, verbi gratia, consistere in receptiuitate ligni sensibilis (per impossibile) & sic et verè, & realiter: & in receptibilitate caloris; rationem verò principij passiuæ delectationis in citharizando consistere in receptiuitate potentie sensibilis habitata illo in ministerio, & in recepti-

5. Conclus.

Scot. 1015 cfta

bili

bilitate talis operationis; scilicet citharizandi in ipsa potentia.

Rationem item principij passiuæ delectationis in concupiscendo inniti in receptiuitate concupiscibilis, & in receptiuitate operationis, seu appetitionis terminatæ ad primò conuenientia.

Rationem tandem principij passiuæ delectationis in vltione consistere in receptiuitate irascibilis, & in receptiuitate operationis vlticis, & vindicis terminatæ ad secundò conuenientia, seu ab irascitium, in receptiuitate inquam appetitionis efficaciter attingētis vindictam, quæ est numero secundò conuenientium, vt parebit alibi.

6. Concluf. Sextò dico: eodem (inuerso tamen) modo Theologizandum de tristitia: erūpit siquidem ex receptione, (non ex elicitione) cōsiderationis, & nolitionis terminatæ ad peccatum commissum: vt latè pertractauimus in secūdo tomo commentariorum.

7. Concluf. Septimò dico; delectationem, & tristitiam non esse actus elicitos: probatur de ratione actus eliciti est terminū esse elicitionis, & factionis; sed delectatio, & tristitia potius sunt termini receptiōnis alicuius familiaris operationis, delectatio præfertim; nam tristitia est terminus nolitionis, vt pater.

8. Concluf. Octauò dico: eiusmodi operationes receptas, vt sic: cōcurrere ad delectationem, & tristitiam, ad eummodum, quo actus crebrescentes, & sæpius recepti concurrunt ad habitum, confluunt inquam instar dispositionum præuarū in subiecto, & instar causæ quasi materialis præcursoriæ.

Hinc patescit intelligentia cōclusiōnū superioris secundæ sectionis, in quarum prima: apprehensio illa qua intellectus apprehendit bonū volitioni inelicitibili cōueniens, quatenus præcisè recipitur in intellectu, dispositiuè, & quasi materialiter (non efficienter) inluit in delectationem erumpentē a passiuæ potentia vicinæ voluntatis.

In secunda autem cōclusiōne: apprehensio, & volitio illa elicita, quatenus receptæ, simul confluunt modo supra dicto in prædictam voluptatem. Sanè si istæ operationes (per impossibile) essent æternæ, & increatæ, & postea in tempore reciperentur in volūtate, mox ex ipsis vt receptis emergeret delectatio in ipsa; igitur nõ efficiunt voluptatem: pa-

ter; quia recipere non est efficere; vel agere; sed quatenus recipiuntur causant; ergo non influunt efficienter, seu in genere causæ efficientis, sed potius dispositiuè, & in genere quasi materialis causæ præcursoriæ, vt dictum est.

Circa quintam cōclusiōnem percontabitur quis: si lapis (per impossibile) liber, sensibilisque sursum constitueretur spontaneè, volensque elicita volitione; esset ne ibi alacris, vel tristis?

Respōdeo, quòd tristis: ed nimirum, quia volitio illa libera recepta in volūtate, nec tristitiæ præcludere, nec delectationi pandere posset aditum, cum apprehensio intellectualis loci sursum dissoni vnde quaque inclinationi lapidis recepta in eius intellectu, dispositiuè, & quasi in genere causæ materialis, præcursoriæ; seu præuè iam præduxerit tristitiam prægrandem, quæ formaliter exterminet delectationē erumpere possibilem à recepta volitione. Hæc respōsio consulit Scotum in 3. dist. 15. nu. 31. dicentem *delectatio magna præuè præsertim excludit tristitiam*; ergo tristitia ingens præsertim, & antecedenter hærens iam voluntati necessariò excludit delectationem: in gradu remisso vtraque est comparsibilis.

Contrà præfatum modum philosophandi obijcies. Scotus in 1. distin. 17. q. 3. inquit: *delectatio quippè est ab obiecto, quod attingitur per actum*. Alijs etiã locis idem insinuare cernitur. Respondeo Scotum in similibus locis sibi velle obiectum dici causam sine qua non extrinsecè, perindè atque relationem conuenientiæ eius ad potentiam fundatam in absoluto volitionis receptæ in voluntate, dicimus esse causam sine qua non intrinsecè, in sensu explorato in octaua cōclusiōne. Notato illa Scoti verba in 3. dist. 15. q. 1. §. aliter, quæ sunt huiusmodi: *Ratio causandi delectationem est sola forma absoluta*, idque, vt recepta in sensu explicato in præfata octaua cōclusiōne. Scotus in 1. d. 3. q. 9. in fine. *actus est generatiuus habitus, sicut lumen Solis in medio est ratio gignendi ibi calorem*.

Dubium.

Resp.

Scot. in 2. d. 15. n. 31.

Obiecto
Scot. 1. d. 17. q. 3.

Scot. 1. d. 3. q. 9.

DISPUTATIO XV.

De passionibus spei, timoris,
& audaciæ, &c,

SECTIO I.

Utrum spes, timorque sint actus
elicti?

1. Opinio.
Thomist.



Artem affirmatiuam tenet cæ-
tus Thomistarum locis su-
pra iam citatis: existimant
enim spem in idem (saltem
non mutuo) cum desiderio,
& timorem cum nolitione respiciente
molestum, infestumq; absens migrare.

2. Opinio.
Scot. in 3.
d. 26. q. vii.

Partem contrariam tenet Scotus in
3. d. 26. q. vnica, s. ad principale, dicens:
*Vnde spes imposta est ad significandum ta-
lem passionem impressam appetitui sensi-
tuo ex delectabili presente non in se, sed
in phantasia; quod si esset presens in se,
natum esset imprimere delectationem, si-
cut ex alia parte malum presens in ima-
ginatione imprimit timorem, presens in se
imprimit dolorem, id est malum apprehen-
sum in ratione futuri, & euenturi, seu im-
minentis, & nondum presentis timorẽ,
bonum è contra spem confert.*

Ab hac quæstione citò Scotista expedi-
re quirit, cum omnia eius iurgia in præ-
cedentibus sint adamsim pacata, & ex-
tricata: utrobique tum ibi, tum hic, eodẽ
prorsus tenore theologizandũ est. Quò
circa notato primò: desiderium nihil aliud
esse præter volitionem terminatam ad
absens conueniens, vel delectabile; re-
nuentiam verò nolitionem ad malum, &
disconueniens nondum presens. Secundo
nota: vtramque harum esse duplicem,
vnam inelicabilem, & aliam elicibilem;
prior illa est ipsa voluntas inclinata ad
complexum conuenientis, & ad fugam
disconuenientis; posterior verò sunt
actus volendi, & nolendi elicti.

3. Conclus.

Dico primò: ex apprehensione termi-
nata ad bonum futurum consonum desi-
derio inelicibili, vt recepta in phantasia,
mox erumpere spei passionem, non se-

cus atque delectationem ex apprehen-
sione terminata ad idem, vt presens, &
in intellectu recepta. Hæc conclusio nõ
indiget maiori probatione.

Secundò dico: ex elicitis apprehensio-
ne, & desiderio terminatis ad præfatum
bonum, suisque in potentiis iam recep-
tis oriri spem, vt præcisè recipiuntur.
Veritas etiam huius conclusionis iactis
explorata manet.

Tertiò dico: ex apprehensione mali
euenturi dissoni desiderio inelicibili, seu
consoni fugæ improducibili, vt recepta
in facultate cognitiua, assurgere timorẽ
in appetitiua:

Quartò dico: ex productis apprehen-
sione, & nolitione mali imminētis, seu
cõminantis suo aduentu, vt præcisè reci-
piuntur, suboriri timorem. Hæc etiam iã
satis liquet in superioribus.

Quintò dico: spem, timorem, de qui-
bus est sermo in præsentiarum, non esse
actus elictos. Hæc conclusio directè res-
pondet quæstionis titulo, eiusque veritas
satis patet in præcedenti disputatione,
præsertim in §. 5. primæ sectionis,

SECTIO II.

Appendix.

Quid igitur erit prædicta spei passio
iuxta mentem Scoti?

Pitigianus in distin. 26. Scoti respon-
det quæsitò, dicens: *Tertio accipiatur
spes pro spectatione boni futuri sensibilis;
quo pacto, inquit, spes est vna quadam pas-
sio appetitus sensitui, & differt à gaudio;
quia gaudium est respectu boni presentis,
sed spes respectu futuri: de quibus memi-
nit Boetius 1. de Consolatione: gaudia
pelle, pelle timorem, spemque fugato. Et
in prima conclusione primi articuli do-
cet spem etiã diuinitus infusam esse ex-
pectationem vitæ aternæ. Et infra in
responsione ad primum argumentum,
ait: Quamuis expectare sit quies corporis;
est tamen quadam sollicitudo mentis, qui
enim expectat, aduentum desiderat expecta-
ti; vult igitur Pitigianus; spem tam pas-
sionem, quàm virtutem Theologicam
vtramque esse desiderium elicito à vo-
luntate erga bonum futurum.*

Hunc

Tatar. d. 20
q. vnic.

Hunc modum dicendi hausit Pitigianus à Tataro dist. 26. quæst. vnica, dicente: *Spes capitur tripliciter, vno modo pro passione ipsius appetitus, iuxta illud Boetij de consolatione metro vltimo, gaudium, spemque fugato; ibi, spes capitur pro passione, qua est de obiecto absente, & gaudium de obiecto presente.*

2. Opin.
Auct.

Cæterum, vt verum fateamur, Tatarus non insinuat spem sumptam pro passione esse actum elicitedum à voluntate, imò oppositum, nempe quidpiam posterius emergens ex ipso iam præelicitu, & recepto, vt sæpè dictum est.

Lichet.

Idem innuit Lichetus §. ad argumenta principalia, dicens: *Nomina sunt imposta ad placitum, & sic spes potest imponi, & est imposta à Philosopho ad significandum talem passionem impressam appetitui ex delectatione presente non in se, sed in phantasia; quod si esset presens in se, natum esset imprimere delectationem, & hoc modo spes non est virtus moralis, nec Theologica (negat Scotus dari spem virtutem moralem) tamen idem nomen potest significare habitum cuius est inclinare ad talem actum, qui est desiderare bonum infinitum esse mihi bonum à Deo liberaliter conferente ex meritis. Hæc ex ipso Scoto ad vnguem Lichetus decerpit verba.*

1. Conclus.

Primò dicendum est: spem de qua nunc sciscitamur non esse habitum spei in se vel acquisitum, neque desiderium prodiens ex inclinatione eius, sed potius passionem erumpentem ex tali actu, seu desiderio iam recepto: est inquam erectio cuiusdã affectus instar gaudij, se se habentis, de bono aliquãdo propter merita possidendo à Deo liberaliter conferente, iuxta illud Aristotelis 3. problematum *spe futuri boni oblectamur*, aded, vt ex passione erectionis voluntatis erumpat alia oblectamenti passio, quam veritatem quisque experitur in se. Bassolis noster prædictam passionem nuncupat erectionem affectus, vel voluntatis in 3. dist. 26. q. vnica, ided vsus sum eius idiomate, cuius verba infra disp. 16. Sect. 2. referam Deo dante.

2. Conclus.

Secundò dicendum est: à quouis desiderio ad quodcumque bonum, si est honestum, siue delectabile absens, & secundum existimationem aliquando possessione habendam terminato, & in appetitu iam recepto erumpere prædictam spei passionem, non secus, atque à fuga,

seu nolitione mali futuri oriri dicimus timoris passionem.

3. Conclus.

Tertiò dicendum: decipi Pitigianum, dum existimat spem pro passione sumptam esse actum expectationis, seu desiderium elicitedum erga futurum bonum, imò est quidpiam posterius emergens ex ipso desiderio iam elicitedo, & recepto, est inquam animositas quædam lætabunda, seu anhelitus emergens ex ipsa tali receptione, hians ad bonum futurum.

Obijcies.

Sed dicit quis: Pitigianum nõ expresse prædictam spem esse actum elicitedum, quia potius rem tenebris offusam, & sub caligine prorsus desuiffe.

Resp.

Respondeo ex contextu à nobis supra relato, eiusque verborum tenore ex amulsim pensato legitime deduci prædictam tertiam conclusionem, neque enim nostri muneris est ex augurio eius mentem diuinare.

4. Conclus.

Quartò dico: decipi Petrum à Lorca disp. 48. dum existimat in doctrina Scoti spem nihil aliud esse præter actum intellectus, nimirum præter certam quandã apprehensionem, qua homo concipit bonum aliquod sibi ad futurum; fateor hanc, & alias opiniones Scotum subtiliter referre, ac confutare d. 26. §. in ista questione; nulli tamẽ earum acquiescisse.

Et certè nos in presentiarum non sciscitamur de spe sumpta pro habitu in se, vel acquisito, neque de actu inde suborto; sed de passione ex receptione huius actus erumpente.

SECTIO III.

Appendix.

Verum à desiderio erga quodcumque bonum, spes, & à nolitione cuius vis mali futuri, timor erumpat?

PArtem negantem tenet quatuor illi Neotherici, Thomistæ, Vazquez disp. 40. cap. 2. Salas tract. 9. disp. 3. sect. 5. Motesinos disp. 6. q. 1. Lorca disp. 48. afferentes timorem nusquam comitari, nisi nolitionem pergentem versus malum arduum, & viratu difficile, spem tandem solum hære de desiderio terminato ad bonum arduum; in quo tamen vi-

1. Opin. 1
Vazq. disp.
40. cap. 2.
Salas tract.
9 disp. 3.
sect. 5. Motesinos
disp. 6.
q. 1. Lorca
disp. 48.

ratur eiusmodi arduitas obiecti, dissi-
dent isti Doctores; priores enim tres
existimant eam consistere in eo, quod bo-
num conferendum, & malum vitandum
sit ope aliena Verba Gabrielis Vazquez
sunt: *Per rem difficilem intellige rem, quæ
pendeat ex alterius voluntate.* Verba Lu-
douici à Montefinos; *consistit autem ar-
duitas, & difficultas in eo, quod pendeat ex
voluntate alterius.*

Opinio
Lorca.

Oppositum docet Lorca; arduitatem
scilicet, & difficultatem inesse sæpe sæ-
pius obiectis, quæ nostra industria, & vi-
ribus obtineri valent; sanè athleta ro-
bustus inimicum sperat proprio vincere
robore, non alieno, & vir acri ingenio
studio doctus fieri. Omnes tamen conue-
niunt in hoc, spem, & timorem solum
confluere cum desiderio, ac nolitione
terminatis ad ardua, & difficilima, non
verò dum ad alia futura, seu absentia ter-
minantur.

Scot. 3. d. 26.
q. vni.

Scotus in 3. dist. 26. q. vnica, §. *con-
tra illam opinionem*, tenet, nomine ardui-
tatis posse intelligi ipsam etiã boni ab-
sentiam.

1. Conclus.

Primò dicendum est: desiderium cu-
iusvis boni futuri comitari passionem
spei: probatur; quia terminatur ad bo-
num absens. Tunc sic; ipsa absentia est
arduitas, & difficultas quodammodo;
cum aduentus boni nondum præsentis,
& habitus, adeò contingens sit, ut per plu-
rima obstacula, cuiusmodi sunt mors, in-
firmitas, & alia id genus, quæ fortuna se-
cum adfert præpediri possit.

Obiect. 1.

Contra hanc conclusionem vrgent ar-
gumeta, quæ Petrus à Lorca objicit ad-
uersus modum dicendi Gabrielis Vaz-
quez hac ratione: non omnia (inquit) quæ
ab alijs conferenda sunt speramus: nam,
quæ absque omni difficultate facilè, &
promptè exhibentur, desiderantur quidem
minimè, tamen speramus; neq; enim fi-
lius à patre dicitur sperare cibum, neq;
Prælatas à subdito facilem suæ volunta-
tis executionem.

Resp.

Respondet: decipi prorsus hunc
Doctorem: quin potius fateri cogitur,
quò ex parte intellectus, vel phantasie
viget certitudo; eò in appetitu impri-
mi passionem spei securiorem comitè
desiderio inelicitibili, vel elicibili, ut su-
pra diximus.

Obiect. 1.

Quòd si vrgeas contra Scotum: ab-
sentiam valde æquiuocè, & largè, immò
impropriè vocari arduitatem, & diffi-

cultatem, præsertim si heroes consula-
mus humanitas.

Fateor, sed dico non exigì extrictio- Resp.
rem, seu vniocam, sed satis esse absen-
tiam boni euenire, & non euenire possi-
bilis moraliter, siue in rei veritate, siue
secundum existimationem, etiam si hæc
facta sit, & insana.

Vtriquè, quòd filius speret cibum à
patre, & Prælatas executionem suæ ius-
tionis à subdito docili, est per se quasi
notum.

Certa ergo est nostra conclusio.

2. Conclus.

Secundò dico: iudicium ferendum de
timore, est si quidem comes nolitionis
cuiuscunque mali absentis, seu futuri,
ex cuius apprehensione recepta in in-
tellectu, & terminata ad malum futurū
disonum, desiderio inelicitibili, vel elici-
bili mox erumpit.

SECTIO IV.

Appendix.

*Vtrum à quouis desiderio boni absen-
tis, spes, & à quouis mali absentis no-
litione timor erumpatur?*

AD decisionem huius dubij notan-
dum est cum Doctore in 3. dist. 26. Scotus vbi
quæstion. vnica, numero 20. desideriu
esse duplex, vnum conditionatū, & aliud
absolutum: hoc vltimum elicitur circa
possibile, primum verò potest elici etiã
circa impossibile: notato verba Scoti:
*Ad absolutè desiderare præsupponitur cõ-
ceptio intellectus ostèdès sibi desideratum,
sicut possibile desideranti; quidquid enim
ostenditur voluntati tanquã impossibile,
vel voluntas omninò nõ vult, vel si vult,
illud tenuiter vult: & hoc modo verū est,
quod dictum est in secundo, quod Angelus
voluit aequalitatem Dei nõ absolute, quod
appeteret hoc tanquã possibile, sed velle
conditionato, in quo sufficienter est ratio
meriti, & etiam peccati, & etiam ratio
gaudij, & tristitia de opposito.*

Scotus vbi
supra.

Secundò est notandum cum Gulliel-
mo Ocham in 3. quæst. 8. desiderium ab-
solutè elicited esse duplex, efficax nimi-
rū, & inefficax: primū est, inquit, *respectu
possibilium: puta quando aliquis efficaciter*

Ocham. 1.
3. q. 2.

desiderat aliquid sibi ostensum tanquam possibile: inefficax autem absolutum desiderium est, ait, respectu impossibilium, puta quando aliquis desiderat aliquid, & credit illud sibi esse impossibile, & illud potest esse in desperantibus. Huius desiderij inefficacis absoluti, meminit Scotus illa in clausula tenuiter vult, quam utique loquendi phrasim explicuit Doctor in 4. d. 49. quest. 10. num. 12. dicens: dico quod duplex est volitio, una est inefficax, quæ est respectu finis per media ordinata ad illum finem consequendum, alia est simplex, id est inefficax, seu præscindens ab efficacia, quæ est respectu alicuius finis non exequendo media ad illum finem consequendum, sed simpliciter appetitu finis illius, volitione, scilicet non efficaci, & vellet efficaciter conditionatè tendere in ipsum si posset, & sibi obiectum esset secundum se præsens.

Scot. in 4.
d. 49. q. 10.
a 12.

1. Conclus.

Dico primò: desiderium respiciens impossibilia, in ratione actus inefficacis, absolutè esse elicatum, & non conditionatè tantum: probatur; quia defacto elicitur ut sic: ergo absolutè elicitur. Secundò: quia volitio conditionata est, vellem, & nusquam est volo; sed præfatū desiderium est volo finem, licet nõ per media; ergo.

2. Conclus.

Dico secundò: prædictum desiderium versus impossibile hiàs, in ratione actus inefficacis, conditionatè tantum esse elicatum: declaratur; quia solum est, vellem, & non est volo. Confirmatur: quia non est volo finem per media: ergo non est volo in ratione desiderij efficaci, & per consequens solum erit vellem. Conclusionè istam multum ex professo probauimus tomo 2. nostrorum Commentariorum, disp. 5. sect. 2. §. 1. 2. & 3. ubi modum dicendi P. Suarez circa actus conditionatos voluntatis; reiecimus.

3. Conclus.

Dico tertio: desiderium respiciens possibile, in ratione actus efficaci, absolutè esse elicatum: patet; quia de facto ascendit ad statum volo finem per media; ergo in ratione actus efficaci est absolutè elicatum.

4. Conclus.

Quartò dico: spei passionem solum erumpere à desiderio efficaci absolutè elicito, & recepto in voluntate. Hanc conclusionem tenet noster Ocham consonam mentem Scoti, & probatur: quia damnati quidissimè, & intensissimè desiderant beatitudinem, & nihilominus à tali desiderio recepto in eorum volun-

tate non erumpet spei passio, sed nimirum, quia non sunt volentes eam per media ordinata ad ipsam: quare? respondeo; quia hæc sibi sunt impossibilia illo in statu. Contrà verò; quia in orthodoxo viatore sunt possibilia, inde efficitur ut sit volens vitam æternam per merita nixa gratiæ Dei, & operibus; & per consequens meritò centebitur desiderans eam volitione efficaci, quæ quidem volitio, seu desiderium appellatur spes per modum actus oriens ab habitu spei infuso Theologo, & ex hac spe recepta, necessariò erumpit alia spes per modum passionis, nempe gaudium quoddam determinatum ad beatitudinem obtinendam.

Quintò dicendum est: volitionem quam quis est volens vitare peccata, & gehennam per fugam occasionum, & per auxilia efficacia, iure optimo credi efficacem, & per consequens ex ipsa recepta, necessariò erumpere passionem spei vitandi illa duo mala.

Sextò dico: ex volitione efficaci præcauendi peccata, & gehennam recepta in voluntate, necessariò emergere passionem timoris incidendi in illud duplex malum. Hæc etiam conclusio est consona doctrinæ Scoticæ, & probatur à simili; quia, perinde se habet passio timoris ad malum absens, atque se habet passio spei ad bonum remotum, & nondum præsens; sed hæc mox oritur ex volitione efficaci recepta in voluntate, & terminata ad conueniens futurum; ergo.

Contrà quartam conclusionem arguet quis: volitio, & nolitio efficaces conditionatè tantum terminatæ ad conueniens, disconueniensque præsentia influunt gaudium, & tristitiam: ergo etiam poterunt influere spem, & timorem, dum terminatur ad eadem obiecta absentia. Respondetur negando consecutionem; namque talia obiecta, dum per præsentiam obijciuntur affectioni comodi, validiora sunt, & potentiora ad sibi consonas passiones, quam dum absunt ad timorem gaudiumque inferendum.



SECTIO V.

Vtrum spes pro passione sumpta possit migrare in presumptionem?

NOtato primò: spem sumptam pro actu prodeunte ex habitu infuso, duplici ex capite posse in presumptione ruere; primum est vana existimatio, quæ aliquis in superbiam elatus arbitretur ex sola Dei liberalitate, & citrà merita se posse consequi vitam æternam; secundum est error intellectus, quo patet ex natura meritorum præcisè, & nulla confluente Dei liberalitate se affectum ire eam.

1. Conclus.
Sco. 3. d. 26.
q. yale.

Dico primò: spei actum necessariò migrare in presumptionis vitium, interueniente quacunque ex præfata duplici falsa existimatione. Hæc conclusio manifestè deducitur ex littera Scoti in 3. d. 26. q. vnica, §. *ad questionem*, dicentis: *experimur in nobis huc actum, scilicet, desiderare bonum infinitum esse nobis boni, & hoc à Deo seipsum liberaliter conferente, non quidem primò, sed propter aliquid aliud acceptum sibi ordinatum ad illud, ut propter merita.* En quomodo, & merita requiruntur, & Dei liberalitas; igitur existimatio falsa respuens quodlibet ex his duobus erit satis ad transferendum spem in vitium presumptionis.

2. Conclus.

Secundò dico: ex eiusmodi presumptionis actu recepto in voluntate erumpere aliam presumptionem per modum passionis. Hæc conclusio est consona menti Scoti, nam à quouis desiderio efficaci terminato ad bonum absens recepto in voluntate erumpit passio spei: ergo ex receptione desiderij præsumptuosi attingendi vitam æternam sine meritis, vel sine Dei liberalitate, necessariò emerget passio spei præsumptuosa.

Dubium.

Respon.

Percontaberis; quare desiderium terminatū ad alia bona, finita, & naturalia, non censetur spes per modū actus? Respondeo consonè menti Doctoris; quia non prodit ex aliquo habitu spei infusæ versus ipsa: quamobrem spiramen illud alacrehians post talia obiecta, erumpens ex tali desiderio recepto, appellabitur spes, non tamen ipsum desiderium.

SECTIO VI.

Num. dentur aliæ passionēs?

Dico primò: ex passione spei oriri passionem audaciam. Hæc conclusio experimentis quotidianis vera esse ostenditur; namque ambitiosi quanto maiori spe ad primò appetibilia eriguntur, tantò maiori audacia, & animositate eorū inuigilant afflictioni; & dum ab inimico, seu alio ab obice hæc sibi præpediri cernunt, quò maiori spe victoriam sperant, eò maiori audacia lites, armaque aggredi conantur.

1. Conclus.

Secundò dico: spem, audaciamquè dum ad primò appetibilia expirant, tunc subijci in concupiscibili; & per consequens per virtutem temperantiæ esse concupiscendas; quādo autem secundò appetibilia, & fugibilia arrogant, eò in euentu subijci in irascibili, & per aliquā speciem fortitudinis esse mortificandas, nimirum per patientiam, vel per mansuetudinem, &c.

2. Conclus.

Tertiò dico: ex timoris passione suboriri passionem timiditatis, adeò, ut quò maior præcurrerit timor, eò subsequatur intensior timiditas: probatur à simili; ad maiorem spem, maior excitatur audacia; ergo ad maiorem timorē, maior confurget timiditas: harum passionū meminit Aristoteles 3. Eth. dicens: *Timidus, quæ nõ decet, metuit; audax, quæ non oportet audet; fortis in utroque agit, quod decet.* Fateor interdum timorē oriri à timiditate, & spem ab audacia siue naturali, siue acquisita ex pluribus timoribus, & passionibus spei.

3. Conclus.

3. Ethic.

SECTIO VII.

Quomodo differant desiderium, spes, & intentio.

Actus Thomistarum tenet hæc tria inter se se discriminati, tanquam actus, & actus, eò nimirum, quia tenent spem, & omnes passionēs esse actus elicitos, hæc præsertim recensent nihil aliud

1. Opinio Thomistæ.

aliud esse præter desiderium comite cre-
ditu futuritionis boni desiderati.

2. Opinio.
Scoti ubi su-
pra.

Oppositam sententiam tenet Scotus,
vt supra latè cõstitit, spem videlicet, es-
se spiramen quoddam alacre resiliens à
desiderio recepto in voluntate, & ter-
minato ad bonum absens, quod futurum
creditur.

Rada 3. p.
contro. 10.
reprehenditur.

Satis miror doctissimum à Rada non
meminisse huius receptionis, ex qua ne-
cessariò erumpunt passiones tristitiæ,
&c. cùm tamen omnia perdoctè dis-
cutiat in tertia parte controuersiarum,
in tertium librum, controuersia deci-
ma, de passionibus Christi; lege ibi,
quæ hic desunt, neque enim fas est am-
plius in præsentiarum hæc dubia porri-
gere.

DISPUTATIO XVI.

De natura actus intentionis.

SECTIO I.

*Vtrum intentio sit actus solius volun-
tatis?*

1. Opinio.
D. Boaa. in
2. d. 38. art.
2. q. 2.



ERAPHICVS Bonauentu-
ra in 2. dist. 38. art. 2. q. 2.
tenet intentionem consistere
in duplici actu, intelle-
ctus nempè, & voluntatis

erga finem elicitò, adeò, vt in alterutro
seorsum saluari minimè possit intentio-
nis ratio. Suadetur hæc opinio, primò
ex illo Matthæi 6. *Si oculus tuus simplex
fuerit, totum corpus tuum lucidum erit;*
vbi Diuus Augustinus lib. 2. de Sermone
libi intelligit intentionem: tunc sic: oculus
animæ non est voluntas, sed intellectus;
ergo intentio ad intellectum pertinet,
partialiter saltem.

Marth. 6.

D. Aug. de
Serm. Dñi
in monte li-
bro 2. c. 21.

D. Ber.

Secundò probatur ex Diuo Bernar-
do: asserente; *vt oculus, idest intentio sim-
plex sit, & charitas in voluntate, & veri-
tas in electione requiratur;* Igitur ratio
intentionis actus exigat vtriusquè po-

tentia, nempè, & actum intellectus, &
actum voluntatis.

Tertiò: intentio non præfert motum
in finem simpliciter, qui pertinet ad vo-
luntatem, sed cum collatione quadam fi-
nis; & mediorum; tunc sic: collatio pro-
pria est actus intellectus; ergo intentio
directè, & essentialiter includit actum vtrius-
que potentia.

Oppositam sententiam tenet Scotus,
tùm hic, tùm alijs in locis sæpe sæpius ci-
tatis. Pro cuius decisione obseruat Sco-
tus in hac quaestione §. *Respondeo;* Inten-
dere nihil aliud esse præterquam ex vno
in aliud tendere, tanquam in vltimum.

Secundò obseruat: tendentiam, & mo-
tionem, qua aliqua potentia hiat suo vlti-
mo, esse duplicem; communem nimirum,
& specialem: illa prior inest tendenti,
siuè à se, siuè ab alio: posterior verò ab
ipsius natura iugis orta, comes eidem sem-
per est, & sociæ; hoc in vltimo sensu, so-
la potentia libera dicitur (secundum Sco-
tum) tendere in vltimū; quia in eius po-
testate actiua est actus quo tendit. Con-
sulant nobis verba Doctoris: *Secundo
modo magis proprie sumitur pro illo, quod
tendit in aliud, & nõ ducitur in illud, sed
ducit se in illud. & hoc modo non potest es-
se alicuius potentia naturalis, sed tantum
libera;* quam veritatem probat Scotus
ex Damasceno cap. 2. *Appetitus non li-
ber ducitur, & non ducit: & mox subdit,
& ita est de omnipotentia naturali.*

2. Opinio.
Scoti pluri-
bus in locis
præcipue in
in 2. d. 38.
q. vni.

D. Dam. c.
2.

Tertiò est obseruandum: intendere se-
cundum Humanistas, identidem esse, at-
què vehementer tendere, estque compo-
situm ex *in*, & *tendo*, quod sanè primiti-
uum, actiuum solet esse, & neutrum pro-
miscuè: actiuum vtiqùè coincidens cum
hoc verbo *extendo*. Extat apud Virgiliū
Æneidos 3. tendunt vela nautæ; & lib. 7.
ante urbem pueri tendunt arcus. Apud Sa-
lustium *manus supplices ad caelum tende-
re.* Apud Ouidium 9. *Metamorphoseos
tendebat grauitas vterum mihi.* & 1. de ar-
te venandi: *Scit bene venator ceruis vbi
retta tendat;* quando autem neutrum re-
peritur, tunc sumitur dupliciter: primò
pro *ire*, & *incedere*, vt *Cæsar augustam tē-
do;* quandoque verò prout tantumdem
est, atque *aspirare, ascendere, conari.* 2.
*Æneidos ille simul manibus tendit diuelli
re nodos:* hinc porro *intendo*, & actiuum,
& neutrum dicitur esse verbum, in pri-
mo sensu coincidit cū *augeo*, sed non cū
extendo, hoc enim ad quantitatem expe-

Virg. Æneid.
3. & 7.
Salust.
Qui 1. 9.
Metam.
& 1. de ar-
te venandi

2. Æneid.

Est, illud verò ad qualitatem, quæ per adiectionem gradus ad gradum intendi, & accrescere solet. in secundo autè sensu coincidit cum hisce verbis *pergo, incedo, gradior*, sinè materiali gressu in aliquem locum, sinè intentionali in aliquè finem, & scopum, & hoc ultimo modo sumitur apud Scotum in presenti Sectione; vt perspicuè insinuat in his verbis, *quod cedit in aliud, & non ducitur imperio alterius potètiæ, seu affectu ipsius obiecti in illud, sed ducit se in illud*: idest liberè pergit in suum finem media volitione elicità à sola voluntate, vt supra edocimus Sectione 3. disp. 3. Consulit nobis verba Licheti: *Secundo accipitur tendere spiritualiter, & magis propriè, scilicet, prout habet à se, quod tendat in aliud, idest, prout habet in potestate sua actum, quo tendit in obiectum, & hoc modo competit soli voluntati, cum ipsa sola habeat actum in potestate sua*. Et superius loquens de potentijs naturalibus, dixit: *Dicuntur ergo habere ab alio, pro quò non habent actum, quo tendunt in potestate sua, &c.* Videantur alij modi usurpandi intentionem iuxta phrasim D. Augustini, & Philosophi de quibus tomo 1. nostrorum Commentariorum disput. 23. Sect. vnica in principio.

Quartò notanda sunt illa Scoti verba citati, *§. sed cum liberè velle sit totius liberi arbitrij, quod includit intellectum, & voluntatem, secundum illam opinionem 3. dist. 25. huius totius potentie erit intendere: et si propriissime sumatur*. Quibus profectò in verbis Scotus hypotheticè loquitur nò absolutè; vult enim sibi, quod facta hypotesi, opinio illa 3. dist. 25. tenens voluntatem non esse totalem causam sui actus, sed partialem sit vera. Tùc neminem latebit intendere esse actum totius liberi arbitrij includentis intellectum, & voluntatem. Cæterum, quia nos supra disp. Sect. 3. edocimus cum Scoto totalem causam actus voluntatis effectricem esse ipsam voluntatem, apprehensionem verò obiecti solum confluere in ratione causæ sine qua non; indè facti vrgemur intètionem esse actum solius voluntatis. Consulit huic nostro 4. fundamento Lichetus in citato §. dicès: *& addit supplè Scotus, quòd libere velle est actus totius liberi arbitrij, quod includit intellectum, & voluntatem, secundum illam opinionem, qua ponit, quòd voluntas non est causa totalis sui actus, sed tantum*

partialis, ita quòd concurrat obiectum vt alia causa partialis. En quomodo non loquitur Scotus absolutè, & decernendo, sed hypotheticè.

Dico primò. si *tendere, & intendere* cōsiderentur, quatenus verba actiua sunt; tunc certum est actiones per ipsa significatas à sola voluntate prodire, tanquam à causa totali iuxta mentem Scoti, à cognitione verò præiua, tanquam à causa sine qua non. Hæc conclusio consulit Sect. 3. disp. 3. & probatur: nam quando nauæ tendunt vela; Milites tentoria; Pueri arcus; & manus, oculo seu ad cælum supplices religiosi; tunc sola voluntas imperat manibus, pedibusq; & oculis, vt has obeant actiones; igitur *tendere, & intendere* adiuè actus dicitur esse solius voluntatis; intellectus verò non nisi vt causæ sine qua, non.

Secundo dico; si prædicta verba cōsiderentur quatenus neutra, & vt coincidunt his cum verbis *gradior incedo, &c.* crederem esse citrà dubiū, non posse per ipsa propriè, & vniocè significari actiones intellectus, seu cuiuspiam alterius humanæ potètiæ naturalis operationes. Hæc conclusionem tenet Scotus in citato §. dicens: *& hoc modo non potest esse alicuius potètiæ naturalis; quia secundum Damascenū, &c.* Cuius vtique cōclusionis veritas indè prominet, quòd eiusmodi naturales potentie nuspiam feruntur, nisi vi imperij voluntatis liberæ, vel impetu appetitus sensitui, vel rãdem affectu ipsius obiecti naturalem potentiam intellectum, verbi gratia, in se rapientis.

Nequè officit, quòd tales potentie sint causæ partiales suorum actuum, satis est, quòd ad eorum elicitionem necessariò vrgentur, ita vt obtinere nequam possint. Quò circa notanda sunt verba Licheti: *aduerte quòd ista potentie cognitivæ, & appetitivæ sensitivæ dicuntur ab alio habere, quòd tendant in aliud, pro quò non habent actum, quo tendunt in potestate sua; quòd sic intelligat supplè Scotus, satis patet in littera: si enim intelligeret, quòd nullo modo causarent actum, quò tendunt in obiectum, sed quòd simpliciter causaretur ab alio, statim contradiceret sibi, quia expressè vult, quòd appetitus sensitivus (de quo minus videtur) sit causa saltem partialis sui actus; dicuntur ergo habere ab alio, pro quò non habent actum, quo tendunt*

Tollit
Evasio tacta.

D. Damas. in potestate sua; & hoc patet per Damas.
cap. 33. *cenum cap. 32. Appetitus non liber ducitur, & non ducit, id est non liberè elicit actum, licet sit causa actus, ut glossat Doctor in primo. Hæc Lichetus,*

3. Concluf. Tertio dico: intentionem esse actum
Scot. locis solius voluntatis. Hanc tenet Scotus
in citat. locis in citatis, & probatur ex Ambro-
D. Ambros. sio, & Augustino lib. de spiritu, & litte-
& D. Aug. ra cap. 4. *affectus operi tuo nomen impo-
& lit. c. 4. nit: tunc sic: intentio operi nomen im-
ponit; ergo intentio est affectus, qui actus
solius voluntatis est. Secundò. electio
mediorum, & finis intentio ad eandem
pertinent facultatem: sed illorū electio
est solius voluntatis: ergo & intentio
finis operatio voluntatis præcisè erit.*
Scot. in 3. Minor est Scoti in 3 dist. 18. q. 1. §. est
d. 28. q. 1. *igitur videndum: ubi ait: voluntas eligit,
& c. & est cōmunis sententia. Lege Ga-
brielem Vazquez disp. 40. cap. 1.*

Respondetur ad argumenta. ad ma-
iorem primi dico: (consonè mēti Scoti,
& Tatareti) nomine oculi imperatius, &
electiui intelligi apud Augustinum ip-
sam intentionem nixam actui præcisè
voluntatis: ad minorè respondeo: oculo
iudiciale animæ esse intellectum,
imperiale verò voluntatem, seù actū
eius.

Obiectio.
Resp.

Sed contra: ineptum est voluntatis,
seù actui eius nomen oculi arrogare; er-
go ruit responsio: Respondeo distinquen-
do antecedens: vel uniuocè, vel æquiuocè:
in primo sensu concedo illud: in se-
cundo nego; enim verò doctrinæ peri-
pateticæ experimur consonum præsa-
tum loquendi modum tot retro sæculis
vbique personasse, dum cœli duo astru-
la, & quidam maris pisciculus canes:
nūcupari cernuntur propter exiguam
similitudinem, quam mutuant cum ca-
ne latrabili; præterea illud ipsum fami-
liare cernimus esse ingenuæ Theologiæ
præsertim mysticæ, quæ ab negationem
propriæ voluntatis lumen appellat via
ducentis ad vitam æternam; contra ve-
ro, propriam voluntatem, & carnis il-
lecebras, seù voluptates, tenebras re-
censet eiusdem itineris, & lumē semitæ
dirigentis ad gehannā, idquè iure opti-
mo: namquè sicuti lumen uniuocū du-
cit oculos ad visibilia, perindè volupta-
tes ducunt filios huius sæculi ad tartara;
contra verò labores, & tribulationes,
& carnis mortificatio, abnegatioque sui
ipsius dirigunt nos ad amorem Dei, &

beatitudinem, igitur propter eiusmodi
exiguam consanguinitatem meritò sibi
arrogant nomē luminis: nonnè abnega-
tio propriæ voluntatis sternit, & pādit
viam vitæ, & abscondit, & quasi tenebris
offundit viam æternæ perditionis; ergo
eadem mortificatio erit lumen illius iti-
neris, & nox huius. E diuersò verò vni-
ca, & eadem voluptas nuncupabitur lu-
men viæ, perditionis, & tenebræ, seù
nox viæ cœlestis, iuxta illud Matthei 6.
*Si lumen, quod in te est tenebræ sunt, &
inuerso ordine, si tenebræ sunt lumen.*

Matth. 6.

Sic igitur in præsentiarum fas erit no-
men oculi arrogare actibus voluntatis,
præsertim intentioni, metaphoricè, &
æquiuocè. Lege S. Thomam 1. 2. q. 120.
art. & Fratrem Ioānē de la Cruz lib. 1.
cap. 3.

D. Tho. 1.
2. q. 120. ar.
& Fratrem
Ioannem de
la Cruz li-
bro 1. c. 3.

Ad secundum, argumentū responde-
tur: ex testimonio Diui Bernardi solum
inferri intentionem in sua totalitate, &
extensione tam materiali, quàm forma-
li, tam indirecta, quàm directa recen-
sitam necessariò futuram esse vtriusque
potentiæ.

Ad tertium respondeo concedendo
maiorē, & distinguendo minorem de
collatione iudiciali, & electiui, hæc nā-
què est voluntatis, illa intellectus inten-
tio: ergo in recto solum præfert actum
voluntatis, seù collationem imperiale,
vel electiuam: in obliquo præfert vtrā-
que. Hæc sint satis pro hac sectione.

SECTIO II.

*Quomodo differant inter se se deside-
rium, intentio, & spes sumpta
pro actu desiderandi.*

Vltima illa sectio præcedentis dis-
putationis conquisiuit de distin-
ctione spei sumptæ pro passione; præ-
sens autē sciscitatur de discrimine eius-
dem recensitæ in ratione actus elicitī;
quod nā videlicet subeat desiderium à
duobus aliis eiusdem voluntatis affe-
ctibus, nimirum à simplici desiderio, &
ab intentione; eundè circa obseruat Do-
ctor in 3. dist. 26. q. vnicā, §. ad primum
principale; quod licet ex Aristotole 2.
Ethic. c. 5. eiusmodi nomē spes sit impo-
situm ad significandum talem passionem
im-

Scot. 3. d. 26
q. vnic.

impressam appetitui sensitivo ex delectabili presenti, non in se, sed in phantasia, quod si esset in se præsens natum esset imprimere delectationem: sicut ex alia parte, malum in imaginatione imprimit timorē, præsens in se imprimit dolorem. Ceterum necundè repugnat, quòd hoc idē nomē spes impositum à Philosopho ad significandum passionem erumpentem à receptione desiderij terminati ad bonū delectabile absens in se, & præsens in phantasia, imponatur etiam ad significandum habitum tam Theologicum, cuius est inclinare in talem actum, qui est desiderare bonum infinitum esse mihi bonum à Deo liberaliter conferente ex meritis.

Secundò observandum est auctore Festo: spem apud antiquos hanc subijisse declarationem: *hac spes, huius spes*: quamobrem ingenuò idiomate erit cōsentaneum eiusmodi nomen derivativū spericum indè deducere, ut sic aditus pateat charitati.

Tertio observare: licet Scotum in dist. 26. q. unica dubium, ancipitemquē cerni circa habitus acquisitos, fidei, spei, & charitatis; num, videlicet: statum cōstendant virtutum Theologicarū necne? neque nostri muneris est quidpiam de hac re in præsentiā p̄o certo decernere; satis est, ut discrimen inter simplex, seu commune desiderium, & egregium illud, quod Theologi spem, seu spericum iure vocant; examulsi ostēderimus: & primo quidem in eo conveniunt hæc duo desideria, quod utrūque habet pro obiecto bonum aliquod possibile; & absens. Consulunt nobis verba Scoti in citato loco num. 20. *desiderare absolute nō potest esse, nisi etus, quòd ostenditur possibile: & inferius: non enim efficaciter, & absolute desiderat; nisi possibile attingi, & supra num. 10. desiderare, quòd est velle non absolute, sed absentis.* En quomodo aperte insinuat obiectū verumque desiderij, tam vulgaris, quam sperici necessariò futurum esse possibile, & absens. Differunt autem primò obiectivè; quia obiectum desiderij simplicis potest esse bonum finitum, verum, & apparens, & præsens; obiectum autem desiderij sperici non nisi bonum infinitū, ut expresse insinuat Doctor §. ad questionem igitur, dicens: *obiectum huius actus est bonum infinitum; & iterum: Deus enim viatori est absens in ratione obiecti perfecte habenda.* Secundò

differunt; in eò, quòd Theologicum, seu spericum semper prodit à spe infusa, & est generativum habitus spei acquirite, & fortassis supponit eum iam præsens requisitum.

Circa intentionem duas credere fas esse secundum mentem Scoti adstruere definitiones, primam huiusmodi: *intentio est principium actuum ultimum determinans agens intellectuāle ad agendum.* Consulit huic definitioni Scotus in 4. d. 6. q. 5. circa finem; dicens: *principium ultimum determinans agens intellectuāle ad agendum est intentio; ut exempli causa, intentio affectationis salutis alicui infirmo est principium actuum ultimum determinans medicum, ut accurate iubeat potus amari sumptionem, & determinans etiam infirmum ad parendū medici iussioni: alia definitio potest per causas magis intrinsecas ex eodem Doctore deduci, hinc enucleata verbis: *intentio est quædam agentis intellectuālis, per medium ad finem tendentia: ut intentio medici, & infirmi est quædam utriusque per potionem amatam ad sanitatē tendentia, qua meherculè tendentia uterque determinatur ultimātē ad agendum physicè, nimirum ad exteriorem potio-nis adhibitionem.* Consulit huic definitioni Scotus in 2. dist. 38. q. unica dicens: *intendere non respicit quid, sed cur, prout scilicet dicit tendentiam in aliquid; ut exempli gratia, dū ægro adhibetur antidota propter salutem; intentio non respicit quid, id est antidota, sed potius propter salutem, gratia namque huius agunt medicus, & infirmus.**

His suppositis dicendum est primò spem, desiderium, & intentionem in eò convenire, ut in obiectū possibile absens tamen, & nondum habitum pergant: est communis sententia, cuius veritas in præiactis fundamentis eluceat.

Secundò dicendum est: intentionem differre à desiderio absoluto simplici, & à desiderio absoluto sperico; in eò, quòd hæc duo sua obiecta respiciunt præiudicēdo à ratione finis, & etiam ab ordine, seu habitudine mediorum electionem respiciente; intentio autem obiectum suum directū respicit, ut finis; rationem præfert, connotationē verò quatenus mediij naturam induit; differt etiam in eò, quòd intentio est ultima quædam determinativitas agentis intellectuālis ad agendum illa duo verè absoluta, & efficacia secus.

Scot. 4. d. 6. q. 5.

Scot. 2. d. 38. q. 1.

1. Conclusio

2. Conclusio

3. Concluf.

Tertiò dicendum est: prædicta duo desideria discriminari inter se, primo quidem, quod spericum habet pro obiecto bonum infinitum, nempe Deum, simplex vero potest versari circa finitum, & finitatum; secundò differunt, quòd spericum prodit à spe infusa, & est generativum spei acquisitæ.

Obiect.

Sed contrà; Hæreticus desiderat beatitudinem, & credit eam sibi dandam: ergo dicetur habere desiderium speriticum.

Resp. Thomistar.

Thomistæ totum concederent: tenet siquidem quodlibet desiderium efficax terminatum ad rem difficilem, idest dependentem ab aliena voluntate, & præsupponens credulitatem de futuritione, esse spericum, seu spem per modum actus: ita Vazquez disput. 40. cap. 2. Motesinos disput. 10. quæst. 1. & alij. Scotus autem nullum huiuscemodi desiderium concedit esse spem, seu spericum, sed illud duntaxat, quod terminatur ad obiectum infinitum, & fulgurat à spe infusa, supponente fidem infusam, qua credatur futuritio illius obiecti infiniti.

Vazq. disp. 40. c. 2. Motesinos disput. 10. q. 1.

Resp. Scot.

Quia igitur desiderium hæretici, licet terminetur ad obiectum infinitum; ceterum, quia non prodit à spe infusa supponente fidem infusam, ideò tale desiderium non dicetur spericum.

Obiectio.

Sed contrà: in hæretico potest dari spes acquisita; ergo desiderium ab ea prodiens erit spericum. Respondeo negando antecedens: nam spes acquisita, quæ secundum probabilem sententiam posset appellari Theologica non generatur, nisi exactibus exeuntibus à spe infusa supponente fidem infusam, qua credatur futuritio boni infiniti, quod speratur; seu desideratur desiderio sperico; quamobrem in saracenis, & in filiis etiam hæreticorum, qui mox à primo libero arbitrii usu erroribus patrum permiscuntur, & virtutibus in susceptione baptismi infusis priuantur, nunquam possibile est dari desideria à spe infusa prodeuntia, & spei acquisitæ generativa; hæc obiter dixerimus, namque non est huius loci hanc dirimere difficultatem.

Contra Bassolis in 3. d. sol. in 3. d. 6. q. vii.

Hinc etiam intulerim: decipi nostrum Joannem de Bassolis in 3. dist. 26. quæst. unica, dum ait: *sed istam opinionem Scoti videlicet, non teneo. Dico enim, quòd, desiderare non est actus spei nec pertinet ad ipsam. Quod probò sic: primo: sicut desiderium in appetitu sensitivo ad spem non pertinet, sed est ibi alia passio; ita de-*

siderare in appetitu intellectivo ad spem non pertinet, sed est ibi alia passio. &c. Respondeo negando paritatem rationis: licet enim in appetitu sensitivo non detur, nisi spes, passio erumpens ex desiderio futuri boni recepto; tamen in appetitu intellectivo nos viri orthodoxi, utrobique eam vrgemur constituere, nimirum, & per modum habitus, actusque, & per modum passionis erumpentis ex receptione talis actus, idest desiderij sperici, ut satis constat ex supradictis.

Solvitur eius ratio contra Scot.

Decipitur etiam hic Doctor, dum ait: *Dico igitur quantum ad istum articulum, quòd desiderare non est actus spei, sed magis sperare, vel expectare, quòd quidem nihil aliud est, quàm erigere affectum, & voluntatem ad Deum summum bonum, arduum attingibile à sperante.*

Opi. Bassolis.

Respondemus igitur; immò desiderare esse actum spei in orthodoxo; tñ quia prodit à spe infusa, tum quia est generativum spei acquisitæ, adeò, ut sperare, vel expectare per modum actus sit illud desiderare prodiens à spe infusa.

Refellitur.

Erectio autem affectus, seu voluntatis est passio erumpens ex receptione desiderij sperici, instar delectationis assurgentis ex receptione fruitionis. Quod si Bassolis instet nomine affectus erecti actum elicitem à voluntate terminatum ad Deum nondum perfecte habitum intelligi; sanè incidit in sententiam Scoti, nam talis actus sic circumstantionatus nihil aliud cernitur esse præter desiderium spericum; si autem terminetur ad Deum, ut præsentem, erit fruitio imperfecta, ex cuius receptione necessariò erumpit passio delectationis, perinde atque ex receptione desiderij sperici erumpit passio spei in orthodoxis.

Ultimò dicendum est: in adultis orthodoxis duplicem reperiri spem; alteram per modum habitus infusi, & actus, seu desiderij sperici inde prodeuntis; & aliam per modum passionis erumpentis ex receptione desiderij sperici. Utraque hæc spes terminatur ad obiectum infinitum absens conferendum à Deo liberaliter propter merita; in quo sanè ingens arduitas, & difficultas viget ultra ipsam absentiam, quæ etiam præcisè in ratione absentis sumpta est arduitas, & difficultas in doctrina Scoti, ut supra sectione 3. disp. 7. edocuimus. Hæc sufficiant pro hac sectione.

4. Concluf.

SE-

SECTIO III.

Vtrum intentio propriè sumpta requiratur ad actus humanos?

Reuocandum est ad memoriam secundum fundamentum Sectionis vnicae disp. 23. tomi prioris meorum in quartum commentariorum, vbi obseruauimus actus ab homine executioni mandatos esse in duplici differentia; quosdam humanos, alios autem fortuitos, & causales: priores sunt illi, qui *causantur per intellectum, & voluntatem*, inquit Scotus, *ab homine*: cuiusmodi sunt opera omnia, quae deliberatè fiunt, vt audire sacrum, adire templum religionis, & voti causa, baptizare, Eucharistiam administrare, vel recipere, &c. actus verò casuales sunt illi, qui absquè deliberatione executioni mandantur, vt ridere, barbaram fricare: utroquè, tam casuales, quam humanos rectè sumimus ibi.

Sei si id meminissem oportet primi fundamenti eiusdem Sectionis, vbi praecautum est intentionem sumi bifariam, largè videlicet, & propriè: priorem illam falsi sumus esse volitionem, qua agens liber, & vltioneus est volens actus interiores, vel exteriores quos exequitur: posteriorem autem perpendimus esse liberam volitionem, qua idem agens vult finem in quem dirigit actus liberos, seu humanos quos exercet. Exemplum primi; volitio qua baptizans vult actum baptizandi, volitio qua fidelis vult sacrum audire, orationi vacare, eleemosynam elargiri, dicitur intentio largè sumpta. idem iudiciū tulerim de volitione, qua futor vult futuram, ancilla domum, & pauimenta vertere, colonus molendinum adire; harum siquidem qualibet volitionum, iure optimo sortitur rationem intentionis largè sumptae: exemplū secundum: volitio qua idem baptizans vult baptizatum, & membrum Ecclesiae constituit, & aeternae beatitudinis haereditate fieri, dicitur intentio propriè sumpta. Idem dicitur de volitione, qua sacrum audiens, orationis studens, & genis eleemosynas erogans intendit in Dei amore, aeternaeque vitae iure accrescere, virtutes exercere, & praeccepta, seu consilia Evangelica reli-

giosè asseruare. Idem iudiciū est de volitione, qua futor praetendit futis, & refectis calceis pedes vicinorum fouere, à spinis, & laesione arcere, Reipublicae consulere, sibi que victum, & vestitum lucrari. De volitione item, qua pater familias molendinum adiens intendit frumenta terere, & in farinam redigere, de volitione, qua puellula verrens pauimenta, vult totius domus ornatum, suaque. Dominae obsequiū praestare. Sane huiusmodi volitionum in praefatos scopulos terminatae censeri debent intentiones in toto rigore, & proprietate.

Tertiò obseruauimus ibidem finem ad quem requiritur intentio propriè sumpta esse duplicem; alterum principale, & remotum, alium verò proximum, & minus principale; ille prior est, quòd baptizatus fiat cōsors diuinæ naturæ, & herens aeternae vitae: Sacramentū Eucharistiae, seu absolutionis recipiens restituatur in eius caelestis patriae; molendinum adiens, futor calceos suos, se, suamque familiam honestè alere, & nutrire valeat; ancilla vtensilia abluens; stipendium cōdignè mereri possit, &c. posterior verò, quòd baptizatus fiat Christianus, & membrum Ecclesiae; sacramenta in Paschatè suscipiens, praeccepto Ecclesiastico satisfaciens; futor calceamenta reficiens, pedem foueat, ancilla gabata mundas, ornatum, decusue intendat: vtrumque horum finium potest homo intendere in vniuersali, vel in particulari intentione propriè, & vniuocè sumpta.

Quartò obseruauimus ibidem: quamlibet huius duplicis intentionis, largè nimirum, & propriè recensitae, esse triplicem, actualem videlicet, habitualem, & virtualem: prior illa est actus volendi elicus erga id, quòd executioni est mandatum: vt verbi gratia, intentio actualis largè sumpta, est volitio elicita, qua agens liber est volens actualiter exequi aliquem actum humanum per applicationem potentiarum, seu instrumentorum à quibus prodit, cuiusmodi est volitio, qua baptizans est volens exequi actum baptizandi per amotionem manuum, vnde, linguae, & verborum, & volitio, qua diues est volens eleemosynae erogationem, per manus dexteræ in marsupium missionem, drachmae inde extrationem: & pia versus egenum extensionem: volitio itè, qua famulus patris familias vult exequi
latio.

lationem frumenti in molendinum iuvamine aini strati, seu alio medio ad lucum finem largè sumptum congruo: volitio etiã, qua tutor vult futurũ per applicationẽ acus, & si i, aiterialuẽ suã artis instrumenti; intentio autem propriè sumpta actualis est volitio elicita, qua idem agens vult finem proximum, aut remotum eiusmodi humanorum actũ, vt verbi gratia, quòd baptizatus fiat Christianus, vel hæres præmij æterni: sacrã communionem suscipiens fiat cultor præcepti Ecclesiastici, vel vberioris gratiã nutritiã compos: quòd molendinũ adies frumentum ferat, vel panibus ex farina confectis famelicos satiet: quòd tutor pedes à tribulis defendat, vel victum, ac vestitum acquirat; singulã harum volitionum rationem intentionis propriè sumptæ nanciscuntur, cum in finem propriè dictum terminentur.

Secunda autem, nempe habitualis intentio, est habitus inclinans voluntatem ad talem actum humanum, seu ad finem, & scopum eius, vt exempli gratia: intentio habitualis largè sumpta, est habitus inclinans ad actualem baptismationem, confessionem, & communionem, ad actũ verrendi, suendi, vel faciendi, &c. intentio autem habitualis propriè sumpta, est habitus inclinans ad regeneranda noua mēbra Ecclesiã, vel ius habentia in beatitudinem; habitus item inclinans ad constituendum cultores, seu obseruantes legum diuinarum, seu Ecclesiã, vel etiam cōpotes opulentioris gratiã sanctificantis, habitus inclinans ad arcendũ pedes ab icibus in arte futoria, &c.

Tertia autem; nimirum virtualis intentio, est volitio, quæ nuper elicita fuit à voluntate, & statim occidit, manet tamen per modum habitus, & moraliter, immò, & virtualiter (instar causæ in effectu) in opere, quod virtute talis intentionis exercetur; vt verbi gratia, volitio celebrandi ante inchoationẽ Missæ à Sacerdote elicita, & postea per distractionem in occasum abiēs, morali dumtaxat māsione superstes, dicetur virtualis intentio impropiè sũpta: volitio autem, quam habuit Sacerdos per talem Missam cultũ supremæ adorationis Deo exhibere, seu in gratia accrescere, postquam semel euauit, & moraliter solum consistit, dicetur virtualis intentio propriè sumpta, de quibus satis diffusè tractauimus, tomo 1. meorum Commen-

tariorum, disputation. 23. sect. vnica.

Quintò obseruauimus ibidem: actus humanos, seu non casuales præscribi præceptis Decalogi, vel Ecclesiæ quos intendere tenetur, & exequi homo, siue intentione sola impropiè sumpta, siue vtraque tam propriè, quàm largè sumpta:

Vltimò meminisse decet sectionis 5. disp. 5. huius tractatus, vbi animaduertimus bonitatem actus humani esse duplicem; alteram transcendentalem, primam, & intrinsecam; aliam secundam, extrinsecam, & accidentalem. Querimus ergo in præsentiarum, vtrum ad actus humanos requiratur intentio propriè sumpta; vel an sufficiat illa, quæ largè gaudet eo nomine.

Dicendum est primò: ad actus humanos præexigi intentionem largè sumptam. Hanc conclusionem expressè tenet Scotus in 4. d. 6. q. 5. §. ad istã questionẽ. Et nos eam retulimus in citata Sectione & disputatione tomi prioris Commentariorum in quartum: probatur autem hæc conclusio: quia requiritur volitio liberè elicita, & terminata ad ipsos actus, vt potè ad baptismationem ad sabbathi sanctificationem, ad futuram, ad frumenti in molendinũ delationem; sed talis volitio aucupatur rationem intèrioris largè sumptæ; ergo. Maior patet: quia alioqui non erunt actus humani.

Secundò dicendum est: ad hoc vt actus humani sint boni, intrinseca, transcendentali, & prima bonitate, non requiritur intentio propriè sumpta, satis, superque est largè sumpta: probatur; quia cũ talis bonitas sit intima cuique, & inseparabilis prorsus, sequitur quemcumque; illorum, quò humanum, eò bonum in ratione actus liberi.

Tertio dicendum est: ad hoc vt prædictus actus sit bonus, accidentali bonitate, & extrinseca, necessariò præexigi intentionem propriè sumptam; probatur ex Boetio *res non in eo, quod sunt, bona sunt* bonitate, scilicet, extrinseca, & accidentali: tunc sic: actus humanus, quatenus solum præintenditur intentione largè sumpta, non sortitur nisi bonitatẽ intrinsecam, & transcendentalem actus, scilicet humani, vel liberi in tali specie, verbi gratia, baptismationis, sacri auditio nis, aditus in molendinum, futura calcetum, &c. Ergo ad hoc vt bonus sit accidentali, & extrinseca bonitate honesti

1. Conclus.

Scot. in 4. d. 6. q. 5.

2. Conclus.

3. Conclus.

Boetius.

commodi, uel utilis requiritur intentio propriè sumpta, cuiusmodi est uolitio terendi frumentum in aduente molendinum, uolitio fouendi pedes in suture, uolitio constituendi in esse membri Ecclesie, uolitio seruandi præceptum Ecclesie in audiente sacrum diebus colendis, uolitio purgationis in sumete rabarbarum.

4. Concluf.

Quartò dico: ad actum humanum, uel bi gratia, baptizatiõis, Missæ celebrationis, aditus ad molendinum, &c. Non esse necessariam actualem intentionem largè sumptam, immò satis esse uirtualem. Hæc conclusio satis elucet in fundamentis, & in disputat. & sectione citatis tom. prioris.

5. Concluf.

Quintò dico; ad bonitatem accidentalem actus humani non requiri actualem intentionem propriè sumptam, sed satis esse uirtualem. Hæc etiam conclusio satis liquet locis in citatis.

6. Concluf.

Sextò dico: solam intentionem habitualemente largè sumptam nõ sufficere ad actum humanum, sed requiri uirtualem. Veritas etiam huius conclusionis satis patet in fundamentis, & in commentarijs, in quartum eam probauimus.

7. Concluf.

Septimò dico; ad accidentalem, & extrinsecam bonitatem actus humani non sat esse habitualemente intentionem propriè sumptam, immò exigi uirtualem, ut patet.

8. Concluf.

Ultimò dico: actus humanos largo modo perpendi fines acquisitos per media largè sumpta, strictè uerò potius esse media directa ad alios fines propriè sumptos. Veritas huius conclusionis declaratur in quarto notabili.

Obiectio.

Circa tertiã conclusionem dicit quis: intentionem propriè sumptam in baptizante nõ solum requiri ad hoc, ut baptizatio actiua sit bona, uel honesta; sed etiam ad hoc, ut baptizatio passiuã sit rata, & ualida; & gratia sanctificante formata in baptizato non ponenti obiectem.

Resp.

Respondetur: totum esse uerum, Legito secundam conclusionem

Sectionis unice disput.

23. tom. prioris in

quartum.

(?)

†††††

†††††

DISPUTATIO XVII.

De discrimine fruitionis, & intentionis, vsus, & electionis.

SECTIO I.

Quomodo differant fruitio, & intentio?



IC O primò: ipsas conuenire in eo, quòd utraque est amor amicitie terminatus in bonum ultimum, seu in finem uerum apparentem, uel præfixum. Hanc conclusionem expressè tenet Scotus in 1. dist. 1. q. 3. §. de secundo principali, dicens cum Diuo Augustino 1. de Doctrina Christiana, cap. 1. *Frui est amore inhaerere alicui rei, propter seipsam; & inferius, dicor frui Deo transiue, sicut dicor amare Deum; & in 4. dist. 6. quæst. 5. §. ad istam questionem, dicens; intentio finis ultimi; & inferiusculè; intentio finis proximi.* Tunc sic: amor quo præintenditur finis nuspian est concupiscentie, sed amicitie, ut patet ex Sectione 3. disput. 3. tom. 2. meorum in quartum Commentariorum; quod uerò hic finis sit triplex ille præfatus, patet ex Doctore in 1. dist. 1. q. 1. §. de tertio articulo, dicente: *Obiectum fruitionis in communi est finis ultimus, uel uerus finis, qui est finis ultimus ex natura rei, uel apprens, qui scilicet ostenditur a ratione errate, tanquã finis ultimus, uel finis præstitutus, quem scilicet uoluntas ex libertate sua uult, tanquã finem ultimũ.* Et q. 2. §. ad argumenta principalia, dicens. *Ratio boni fruibilis non est ratio boni in communi, sed boni perfecti, quod est bonum non habens defectum, uel saltem secundum apparentiam est tale, uel secundam præfixionem, qua talis non est relatio.* En igitur quomodo fruitio, & intentio in eo conueniunt, quòd utraq; est amor amicitie terminatus in finem uerum, apparentem

1. Concluf.

Scot. 1. d. 11
q. 3. & in 4.
d. 6. q. 5. D.
Aug. 1. de
Doct. Christi-
ana, c. 17

Scot. 1. d. 11
q. 1. & 2.

P. vel

vel præfixū, de quo amore, & eius efficacia egimus to. 2. disp. 5. sect. 5 & disp. 4. sect. 2. § 2. & quāuis aliqualis in hoc ipso appareat differentia, eūd fruitio semper terminatur in finē vitæ ū apparēter verē, vel præfixē, intentio verō interdū expliciat in fine proximo, vt patet de baptizantis intentione; tamen virtualiter, & implicitē semper vterius progreditur in finem vltimum vsque; & ceterius omninō nunquam quiescit.

Secundō dicendum est: intentionem, & fruitionē in eo differre, quōd illa terminatur ad formale, seu relatiuum finis absentis, hæc absentis verē ad materiale fundamentale, & absolutum eius, vt præsentis, & existentis. Hanc conclusionem tenet Scotus in 1. dist. 1. q. 3. §. *Ad argumenta*, primam partem in illis verbis, *Deus est finis respectu omnium finibilium, qualia sunt bona ordinabilia ad aliud*. Expresis igitur insinuat nihil sortiri rationem finis nisi per ordinem ad media; igitur formalis ratio finis est relatio, & ordo: & per consequens intentio finis cōsecutrix (vt sic enim est intentio formaliter) necessariō respicit relatiuum, & respectiuum quid, siuē mutū, siuē nō mutū, siuē terminatiuē, siuē fundatiuē sit relatiuum, de quo non est in præsentiarum satagendū. Confirmatur ex illis verbis Scoti in 4. d. 6. q. 5. §. *ad istam questionē*, quæ sunt huiusmodi: *Dico ergo, quod intentio finis vltimi nullo modo requiritur in baptizante*. Supponit igitur Doctor intentionē, quæ vniuocē est intērio, semper respicere finem vniuocē sumptū. Tunc sic: finis vniuocē recensitus est relatiuus in sensu explorato; ergo intentio, quatenus propriē, & vniuocē intentio, terminabitur semper ad formale finis. Cōfirmatur secundō ex secunda conclusione sect. 2. disp. 16. vbi edocimus intentionem differre à desiderio absoluto simplici, & à desiderio sperico absoluto, in eo, quōd hæc duo respiciunt sua obiecta præscindendo à ratione finis, at qui ratio finis est *finitiuitas*, quæ necessariō est relatio fundata saltem in medijs, & terminata ad finem, instar relationis creationis fundatę in creaturis, & terminatę in Deum, de quo nunc non satagimus, vt dixi, quoniam satis nobis est alteruter modus.

Secundam partem conclusionis tenet Doctor in eodem §. q. 5. dicēs: *ratio finis non est propriē ratio fruibilis, sed ratio il-*

lius boni absoluti, cui conuenit ratio finis: entitas porrō absoluta, seu bonitas absoluta, vt prior relatione *finitiuitatis*, vera, apparens, seu præstituta est ratio terminandi fruitionem, seu amorem amicitia, & vterius irreferibilem.

SECTIO II.

Quomodo differant vsus, & electio.

DICO primō: hos duos actus in eo conuenire, quōd vterque est amor concupiscentia ad medium terminatus. Probat: perindē se habent isti duo actus in hoc suo genere, atque se habent fruitio, & intentio in sup- tē illo prædicto: sed fruitio, & intentio sunt amores amicitia terminati in finem: ergo vsus, & electio erunt concupiscentia amores terminati in medium. Consultit nobis Scotus in 1. dist. 1. quæst. 3. §. *Quantum ad primum*, dicens: *sicut in mente est duplex affirmatio, propter se, & propter aliud: ita in appetitu est duplex prosecutio, vel adhæsiō, propter aliud, & propter se*: Quasi diceret, adhæsiō propter se est amor amicitia innixus fini, adhæsiō propter aliud est amor concupiscentia inhiās mediō: si cuti affirmatio propter se innititur principijs: & affirmatio propter aliud innititur conclusioni. Cū ergo tam electio, quā vsus, vterque sit adhæsiō propter aliud, sequitur, quod vterque erit amor concupiscentia respiciens medium, sicut fruitio, & intentio, vterque actus est amor amicitia respiciens finem. Consultit Scotus in 2. dist. 6. quæst. 1. §. *quia tamen*, dicens: *Volūtas habet duplicem actū amandi, scilicet amorem amicitia, & actū concupiscentia aliquid amato*; quod verō hic actus concupiscentia, seu hæc adhæsiō propter aliud, diuidatur in vñm, & electionem, patet à Doctore in 2. sententiarum; vsus namque meminit distinction. 42. quæstion. 4. §. *Ad primum argumentum*, dicens: *Vsus instrumenti ad finem suum potest esse malus, in quantum imperatur à voluntate, in qua est malitia, &c. Si autem talis vsus sit secundum dictamen rationis, &c.* Electionis autem meminit Doctor distinction. 6. quæstion. 1. §. *Ad argumenta pro opinio-*

2. Concluf.
Scot. in 1.
d. 1. q. 3.

Scot. 4. d. 6.
q. 5.

1. Concluf.

Scot. 1. d. 1.
q. 3.

Scot. 2. d. 6.
q. 1.

2. d. 42. q. 4.

2. d. 6. q. 1.

no.

nione, dicens: *Electio uno modo accipitur pro actu voluntatis; consequente plenam apprehensionem; alio modo pro actu voluntatis consequente conclusionem syllogismi practici.* Certum ergo est vsum, & electionem in eò convenire; quòd vterque est actus, seu amor concupiscentiæ terminatus in medium.

Secundò dico: hos duos actus differre ab invicem in eo, quòd vterque terminatur ad absolutum mediij præsentis, & existentis, electio autem ad relativum eius possibilis præsentis, vel absentis existentis, si vè nò: probatur; nã sicuti fructio terminatur ad honestudinẽ, vel ad delectabilitatẽ existentẽ (non meminerim de præfixionẽ ad quã rãd, vel nunquam fertur voluntas) priorẽ finititate; ita rationi cõgruit, quòd vterque terminetur ad utilitatẽ absolutam priorẽ relatione mediij, scilicet finibilitate: similiter et ita rationi valde consentaneum, quòd quemadmodum intentio terminatur ad relationem in finis, ita electio feratur in relationem mediij: ergo.

Obiectio.

Sed cõtrariolum in quæstionibus Logiciis manuscriptis, & postea in 2. to. meo- rum in quartum Cõment. di. p. 1. s. 6. edotui cum Scotò terminum, vt quo paternitatis esse absolutum filij; ergo etiã terminus, vt quo electionis erit absolutum mediij, & terminus, vt quo intentionis erit absolutum finis.

Respond.

Respondeo negando consecutionem: ex illo enim antecedenti solùm sequitur relationẽ mediij terminari, vt quo ad absolutum finis, & relationẽ huius (etsi mutua est) terminari ad absolutum mediij: non autem sequitur, quòd electio, & intentio liberẽ elicta à voluntate tanquam à causa totali, & quæ relationes sunt secundũ dici, nequeant referri, & terminari in realitua, quatenus talia sunt, vt probatum est secundum mentem Scoti.

SECTIO III.

Appendix.

Verum vnus, & idem affectus voluntatis possit ferri rationem intentionis terminatã ad finem, & rationem electionis simul terminatã ad mediã?

Partem negantem tenet Gregorius de Arimino in 1. dist. 1. q. 1. art. 2.

Marsilius in 1. q. 4. art. 1. dubio 2. quos sequitur Gabriel Vazquez disput. 53. cap. 1. & 2. dicens: finis intentionem, & mediõrum amplexum semper, & vbiq; esse duos actus diversos, non solùm quãdo finis absolutè secundum se, & sine ordine ad mediã diligitur, sed etiam quando appetitur, vt acquirendus per mediã & altera volitione sint volita ipsa mediã finem inducentia: probatque primò ex Augustino 1 t. de Trinitate cap. 6. dicente; *Voluntas videndi cicatricem, finem suum expetit, hoc est visionem cicatricis, & ad eam ultra non pertinet: voluntas probandi vulnus fuisse, alia voluntas est, quamvis ex illa religetur, cuius itẽ finis est probatio vulneris; est voluntas videndi fenestram finem habet fenestra visionem: altera enim est, qua ex ista connectitur voluntas per fenestram videndi transeuntes, cuius item finis est visio transeuntium.* Tũc sic: visio cicatricis est mediũ ordinatũ ad probationem vulneris, & visio item fenestræ ordinatur in ratione mediij ad explorationem transeuntium per aquõra, & plana: & nihilominus Augustinus vult distinctus esse volitiones eiusmodi fibium, & mediõrum: ergo.

1. Opinio. Greg. Aff. min. in 1. d. 1. q. 1. art. 2. Marsil. in 1. q. 4. art. 1. dub. 2. Vazquez. disp. 33. cap. 1. & 2.

D. Aug. 11. de Trinit. cap. 6.

Secundò: volitio finis est realis causa volitionis mediõrum, non autem est causa, nisi cum finis, & mediã invicem connectuntur; ergo distinguuntur realiter vtriusque voluntates. Consecutio est legitima; quia causa realis realiter differt ab effectu. Antecedens est communis, tũm Theologorũ, tũm Philosophorũ sententiã.

Tertiò probatur: nam si qui actus respiciũ finem cum habitudine ad mediã, & mediã propter finem sunt intentio, & electio; atque intentio, & electio sunt actus non solùm formaliter, & ratione, sed re ipsa diversi: ergo.

Lorca disputatio. 16. conclusio 2. Hecet dissideat à Vazquez, aduersatur tamen menti Scoti, tametsi eius non meminerit, dicens: *intentio, & electio, vel consensus actus sunt realiter, & essentialiter diversi.*

Lore. d. 16. conclus. 2.

Oppositam sententiam tenet Scotus in 2. dist. 33. quæstion. vnica, dicens; *Quòd si, & volui, & eius propter quod est volitum sit idem actus.* En quomodo supponit volitionem mediij, & finis posse esse vnitam, & eãdem: pro cuius decisione meminisse oportet primã, & secundã sectionum huius disputationis, in qua-

2. Opinio. Scot. in 2. 33. q. vn. 2.

rum prima edocimus fruitionem versari circa materiale fundamentale, seu absolutum finis, ut existentis, & presentis; intentionem vero circa formale, & relativum eiusdem, ut absentis, & futuri, siue ex natura rei; siue secundum delectum agentis: in secunda autem Sectione falsi sumus vsus versari circa absolutum medijs, ut existentis, & presentis; electionem vero circa relativum eiusdem, siue existentis, siue non, siue presentis, siue absentis.

Secundò meminisse oportet conclusionis secundæ, sectionis secundæ disp. 49. to. prioris meorum in quartum Commentariorum, ubi edocui vna, & eadem sensatione sentiri commune sensibile, & propriū, ut actō, vnica ratione palpentur figura, & siccitas eius, vnica visione videantur color, & eadem cui inhaeret figura.

Scot. in 2. d.
6. q. 1.

Tertiò est obseruandum cum Doctore in 2. dist. 6. q. 1. §. ad argumenta pro opinione: medijs electionem bifariam sumi: vno modo pro actu voluntatis consequente plenam apprehensionem intellectus, antecedente tamen conclusionem syllogismi practici: alio modo pro actu voluntatis consequente prædictam conclusionem præfati syllogismi practici.

1. Conclus.

Dico primò intentionem elicitam erga finem ante syllogismum practicum, & electionem elicitam circa medium inuentum, & conclusum per talem syllogismum regulariter saltē, vix posse esse vnum, & eundem actum. Hanc conclusionem tenet Scotus tū in citato § tū dist. 38. q. vnica, dicens. *si autem alius*; in quo manifestè supponit, volitionem medijs, & volitionem finis posse esse diuersos actus, immò in aliquo euentu necessariò in sensu prædicto futuros esse distinctos: & probatur; nam illud quod verè existit, & illud quod nondum existit quomodo possunt esse vnum; & idem? hæc conclusio non indiget maiori probatione, & est communis sententia.

Obiecti.

Sed contra: intentio terminatur ad relativum finis; sed finis relativè sumptus necessariò respicit medium; ergo etiam intentio dicitur respicere illud.

Resp.

Respondeo: quod in prædicto euentu tam intentio, quam finis dicuntur respicere medium vnum, vel plura in confuso; & indeterminatè, non tamen expressè; seu distinctè, & determinatè; quamobrem necessariò regulariter ap-

paret elicienda alia noua volitio circa medium determinatè conclusum per talem syllogismum. Dixi (respicere medium in confuso) quia vt iam docuimus tomo 2. nostrorum Commentariorum, disp. 5. sect. 3. in responsione secunda ad primum argumentum. intentio efficax finis solum est formalis, & expressa volitio finis, & virtualis mediorum.

2. Conclus.

Secundò dico: electionem elicitam erga mediū ante syllogismum practicum, & intentionem elicitam erga finem conclusum per syllogismum, non posse regulariter in praxi esse vnū, & eundem actum, sed diuersos. Hæc etiam conclusio colligitur esse Scoti ex eisdem locis: & declaratur; nā possibile est quod rusticus, verb. g. iter faciens propè viam intueatur antidotum, de quo suspicetur fore vtile ad aliquem scopum, ignorans tamen prorsus, quinam ipse sit, immò dubius, & anceps de antidoti vtilitate, & præstantia, & quod postea media inquisitione, & matura, consultatione certior euadat, & ingenuā migret in cognitionem, atq; ad eò in sepe nouissimè cognitiōni amplexū noua appetitione erumpat; illiusque per tale medium cōsecutioni auide inuigilet: quod autem hæc per syllogismum subsequens volitio distincta futura sit, inde apparet, quod impossibile non solum morale, verum, & physicum foret, quod pristina illa in occasum non abierit in tam sedula determinati finis conquisitione.

3. Conclus.

Tertiò dico: probabile esse pristinam illā intentionem primæ conclusionis, seu electionem secundæ conclusionis posse continuari, ac superstitem esse ad vsque prædicti syllogismi exploratori astruentionem qua facta hypothesi, fas erit, vt asseramus non necessariò elicitem iri nouam volitionem absolutè, sed secundum quid, educendo nouam aliā relatiuam terminatam ad finem, vel ad mediū conclusum vt præfati discursus. Hæc etiam conclusio legitimè inferri valēt ex præfatis Scoti locis, & suaderi potest hac ratione: perindè se habet in genere moris hæc noua discursiua cognitio, atq; se habet in genere physico, vel metaphysico generatio secundi filij in habente alium priorem; igitur sicuti hic superadditur secūda, & noua paternitas supra eundem numero hominem, ita fas erit dicere in presentiarum solum superaddi nouam relatiuam supra absolutum pristinæ

con.

continuatæ (per hypothefin.) & superstitis volitionis.

Contra Lorca, Vazq. Montefin. & Sal. cit. 4. Concluf.

Hæc conclusio est contra Petrum à Lorca, Vazquez, Montefinos, & Salas, vt videre est apud ipsos.

Quartò dico : certum esse intentionē finis, & electionem mediij præuias syllogismo inquisitorio, & subsequētes simplicem, ac simultaneam vtriusquē apprehensionem ingenuè posse esse vnicā volitionem absolutē, & simpliciter.

Scot. 2. d. 38. q. vn. & d. 6. q. 1.

Hæc cōclusio manifestè apparet esse Scoti in citata d. 38. q. vnica, dicentis: *Quod si, & voliti, & eius propter quod est volitum sit idem actus.* Eadem legitimè colligi potest ex supra citato §. q. 1. dist. 6. & ex disp. 49. Sect. 2. concl. 2. to. prioris meorum Commentariorum, vbi edocui à potentia passiva eiusdē visioræ qualitatis duos educi respectus, alterum terminatum ad sensibile proprium, nempe ad colorem, & alium terminatum ad sensibile commune, verbi gratia, ad figurā; & à potētia passiva eiusdē tactilis qualitatis duas erumpere relatiunculas iuxta mentē Scoti, alteram terminatā ad tangibile proprium, v. grat. ad siccitatem, & aliam terminatam ad sensibile commune, verbi gratia, ad quātitatem; ergo etiam poterunt educi duo respectus à potentia passiva eiusdē qualitatis appetitoræ, alter terminatus ad finē cognitū ante præfatū syllogismū, & alter terminatus ad mediū si nullo cum fine apprehensum: tunc sic: eiusmodi relationū diuersitas non satis est ad diuersificandum volitionem: ergo. Minor patet; nam ad distinguenda concreta in accidentibus præsertim, non sufficit diuersitas abstractorum, vt verbi gratia, multiplicitas paternitatum non multiplicat patrem. Legito secundam, & tertiam conclusiones citatæ sectionis 2. disp. 49. meorum Commentariorum.

Hæc quarta conclusio directè, & expressè responderet titulo sectionis, & est contra Gabrielē, Vazquez, immò, & contra Petrū à Lorca, qui in quouis euentu insinuare videtur intentionē, & electionem diuersos esse actus realiter, & essentialiter, saltem distinctione non mutua, vt patet in quarta eius conclusione, vbi si loquatur de intentione præuia syllogismo, & de electione mediij per ipsum inuenti, vtrique distinctio erit mutua; si autem loquatur de intentione, & electione præcursoriè ad syllogismū simul ter-

minatis ad finem, & mediū, simul cognita per simplicem apprehensionem, neque non mutua, necessariò distinctio quæritur, vt probatum est.

Ad argumenta: ex dictis patet solutio. Ad testimonium D. Augustini respondet Lorca: ipsum intellectum iri de distinctione reali non mutua. Montefinos respondet: intelligendū fore de sola rationis distinctione. Nos autem Scoticè respondemus: Sacrum Doctorē locutū fuisse iuxta mentem nostrā vltimæ conclusionis, vel secundum mentem 4. conclusionis, illas nimirum volitiones distingui non absolutè, & simpliciter, sed secundū quid, nimirū quo ad relatiunculas præfatas, quas vnica simplex volitio fundare potest, & induere, vt dictum est.

Ad secundum respondeo negādo maiorem; immò est causa dumtaxat metaphorica, & per consequens rationis non realis. Consultit nobis Scotus in 2. d. 25. quæstio vnica, §. ad primum principale, dicens; *Causa efficiens ordinatur ad finalem, quæ mouet metaphoricè, & Lichetus ibi: appetibile mouet tantum vt finis, & sic mouet metaphoricè: nam sanitas cognita ab intellectu mouet voluntatem tantum metaphoricè ad sui amorem, qui amor est intentio, & mox hæc sanitas, in quantū amata, & desiderata mouet metaphoricè eādem voluntatem ad eliciendam electionē, siue absolutè, siue secundū quid, distinctam à præuia intentione, vt declaratū est in conclusionibus, & sic voluntas, subdit Lichetus, amans illā, licet sanitatē, & desiderans, tanquam finem, mouet potentias organicas ad prosecutionem illius per media debita.* Totalis porrò physica, & realis causa volitionis intentionalis, & electionalis, modò sit vnica, modo duplex, absolutè, & simpliciter est ipsa liberrima voluntas, electa liberrimo eā duplicans, siue simpliciter, siue secundū quid, vnde in euentu identitatis, eadem vnica volitio, quatenus intentio erit imperans, & mouens metaphoricè, & quatenus electio erit imperata, & mota metaphoricè. Lege sectionem tertiam, disputation. 6. tom. secundi meorum Commentariorum, pagina 133.

Scot. in 2. d. 15. q. vn.

Lichet. ibi.

Ad tertium argumentum concessa maiori, nego minorem: immò solum est necesse, vt distinguantur quò ad esse relatiuum, non verò quò ad esse absolutū, vt dictum est. Lichetus fol. 225. col. 1.

Finis nihil causat de effectu in re, & per talem motionem nihil causatur, solū enim mouet metaphorice, & non realiter.

SECTIO IV.

Appendix.

Verum Montefinos, & Salas conueniant nobiscum in quarta nostra conclusione precedentis sectionis?

Parrem affirmantem tātum in re crederem Scotistas, qui mentem sui Doctoris non satis caluere.

Placet mihi sententiam Ludouici à Montefinos primo in loco, verbis ipsius in medium proferre: hic utriusque perdoctus vir Complutensis Academiae disp. 12. q. 4. conclus. 2. sic habet: *Intentio finis terminata ad ipsum finem, non in seipso, sed prout est in medijs, vno, aut pluribus terminatis, nō distinguitur realiter ab electione, aut cōsensu circa media.* Hęc ille.

Salas tractu 6. disput. 1. sect. 4. pagina 913. sic habet: *Potest contingere, vt eodem actu formaliter intendatur finis, & medium in particulari; & infra addit: existimo re, & ratione eundē esse actum realiter, & formaliter, & solum esse differentiam in verbis, vt quando dico, ego amo Deum, Deus amatur à me: quia omninō idem est velle peruenire ad finem tali medio, & velle per tale medium assequi finem, idquē probat inferiusculē, dicens: Quia in intellectu isti actus non differunt: Petrus assequitur finem tali medio, & Petrus per tale medium peruenit ad talem finem; ergo neque in voluntate hi actus sunt diuersi, volo assequi finē tali medio, volo tali medio, vel per tale mediū assequi talē finē, vel ad talē finem peruenire; sicut nec in intellectu differūt: Petrus est risibilis, quia rationalis: Petrus quia rationalis est risibilis; quare vterq; actus est intentio, & electio formaliter, & proprie, & ratio intentionis, & electionis in vtroq; casu eadē res sunt; & solū differunt nostrō modo intelligendi; nā actus, vt terminatus ad finem est intentio, vt verò ad medium electio. Et addit hunc discurrendi modum esse Antonij Perez viri sanē doctissimi, & ingeniosissimi lect. 1. examinis parte 3. c. 5. & 6. quod*

volumen non est apud me, immò subtrahuntur nobis pauculi libri, &c.

Ad dirimenda placita huius vtriusque Doctoris, asserta præsertim Ioannis de Salas, supponendum est, inuersos esse ordinem intentionis, & ordinem executionis, adeò, vt quod in vno est obiectum intelligentiæ, seu primæ mentis operationis, in alio sit obiectum scientiæ, & tertiæ mentis operationis.

Hoc supposito dico primò: assertum Ludouici à Montefinos, nec veritatem cōsulere, nec quæsito in titulo Sectionis respondere. Primam partem huius conclusionis probò: enim uerò nuspia agens præintendit finem qui, vt insitam virtualiter medio, sed vt insitam, seu institutam fini cui: sanè infirmus se formaliter sanum præintendit, & ideò medicamina à Medico sibi perscripta amplectitur: similiter Medicus ipse sanitatem insitam tandem eidem infirmo post medicaminum receptionem præintendit, ideoquē ipsa recipienda præscribit; igitur huus Doctoris effectum, veritatem praxis assuetæ agentis propter finem non cōsulit.

Secundam partem conclusionis declaro: nam titulus ille non sciscitatur, nūm volitio terminata ad finem, vt contentum virtualiter in medio determinato, differat ab electione; quoniam talis volitio vndequaquē est electio formaliter, & expressè, in fluxa metaphorice ab intentione, realiter verò à voluntate agentis in schola nostra.

Quæsitum porrò illius tituli est nūm vnicus actus volitionalis possit esse intentio expressè, simul, & electio expressè, vt in nostris decrectum est conclusionibus.

Differt præterea hic Doctor à nostra quarta conclusione, in eo, quod ipse nō meminit duplicis illius respectus educti à pōrentia passiuæ eiusdē actus, seu qualitatis volitionalis; nullatenus igitur cōuenit cum nostra quarta conclusione.

Secundò dico: decipi Ioannem de Salas dūm autumat in intellectu non differre actus inuolutos in his propositionibus: *Petrus est risibilis, quia est rationalis: Petrus, quia rationalis, est risibilis, nequē in his alijs: Petrus assequitur finem tali medio: Petrus per tale medium peruenit ad talem finem.* Fateor vtrobiq; eadē bis repeti propositionem trāspōsitis terminis; cæterum in qualibet earum du-

1. Conclus.
Contra Mō
tel.

2. Conclus.
Contra Sa-
las.

Montef. d.
12. q. 4. cō-
clus.

Salas tract.
6. disput. 1.
sect. 4. pag.
913.

Ant. Petēz
lect. exam.
p. 3. c. 5. &
6.

duplex involuitur cognitio; quarum una est intelligentia, & alia scientia: si enim progressio fiat in executionis ordine, tunc cognitio terminata ad hanc propositionem practicam: *Petrus tali medio, seu per tale medium*, recensetur intelligentia; perinde atque cognitio terminata ad hanc aliam pure speculativam: *Petrus, quia rationalis*: cognitio autem terminata ad hanc aliam conclusionariam. *Petrus assequitur finem*: recensetur scientia; perinde, atque cognitio terminata ad hanc conclusionem pure speculativam: *Petrus est risibilis*: facit hunc sensum: *Petrus, quia arripit medium consentaneum, id est assequitur finem*; igitur cognitio terminata ad hanc, *quia arripit medium*, erit intelligentia: cognitio vero terminata ad hanc: *ergo assequitur finem*, erit scientia, seu tertia mentis operatio.

Si autem progressus fiat in intentionis ordine, tunc cognitio terminata ad hanc: *assequitur finem*, dicetur intelligentia, & prima mentis operatio, sicuti cognitio terminata ad hanc: *homo est rationalis*: cognitio vero terminata ad hanc; *ergo per tale medium*, dicetur scientia, & tertia mentis operatio, sicuti cognitio terminata ad hanc; *ergo homo est risibilis*. Speculare obsecro recte hanc nostra asserta, ut sic veritatem attingas, & mentem Scoti.

Tertio dico: falsum esse illud eiusdem Doctoris assertum: *Potest contingere, ut eodem formaliter actu intendatur finis, & medium in particulari*: quod si iterum secundo repetit sic: *Existimo eundem formaliter actum, seu velle, esse, & terminari ad finem, & ad terminatum medium per quod attingitur*. Probo falsitatem huius asserti arguendo ad hominem: per te finis, & medium eodem modo se gerunt, ut obiecta voluntati, atque se habet ut obiecta intellectui; sed quatenus huic obijciuntur non cognoscuntur eodem formaliter, actu: ergo nec quatenus obijciuntur voluntati dicuntur appeti eadem volitione. Consequentia bene inferuntur. Antecedens supra est iam a nobis probatum.

Ecce igitur quomodo isti duo Doctores non conveniunt nobiscum in nostra quarta conclusione precedentis sectionis; neque aliquis eorum meminit relationum quas unica cognitio, & unica item volitio potest fundare erga diversa obiecta, in sensu supra a nobis exposito:

SECTIO V.

Appendix.

Verum idem numero actus possit esse se, fruitio, intentio, usus, & electio?

Sensus tituli est: num unica volitio absoluta possit fundare, & induere quatuor relationes, quarum una terminetur ad absolutum finis, ut existentis, & presentis: secunda ad relativum eiusdem finis, ut absentis; tertia ad absolutum medium, ut presentis; & quarta ad relativum eiusdem medij, & absentis. Pro cuius decisione meminisse oportet sectionis primae, in qua edocimus idem absolutum amoris amicitiae posse fundare duas relationes, alteram terminatam ad relationem finis nondum presentis, & aliam ad absolutum eiusdem, ut iam presentis, & habiti; ubi etiam edocimus eiusmodi amorem amicitiae, quatenus indutum priori relatione, esse intentionem, quatenus indutum posteriori, recenseri fruitio-nem.

Secundo: meminisse oportet secundae sectionis, in qua decrevimus absolutum eiusdem amoris concupiscentiae posse fundare unam relationem terminatam ad relativum medij, siue presentis, siue absentis, & aliam relationem terminatam ad absolutum eiusdem medij, ut iam presentis.

Tertio: meminisse oportet tertiae sectionis, in qua ostendimus quarta praesertim conclusionem, absolutum eiusdem volitionis posse fundare unam relationem terminatam ad relativum finis, & aliam terminatam ad relativum medij, ad idem absolute illius univocae volitionis, quatenus indutum priori relatione, denominatur intentio, & quatenus conspicuum posteriori relatione, recensetur electio: & rursus, quatenus subest priori relationi, perpendatur amor amicitiae, & quatenus subest posteriori, censetur amor concupiscentiae. In praesenti porro quinta sectione sciscitatur, utrum unus, & idem voluntatis actus possit esse intentio, & fruitio, usus, & electio: id est num
unica

vnica appetitrix, seu volitrix qualitas possit erumpere, & fundare prædictas quatuor relationes.

Pars negat.
Thomista.

Pars affir.
Scot. locis
sup. cit. &
in 2. d. 38.
q. vii.

Partem negatam tutabantur non solum Vazquez, & Lorca, verum & Montefinos, & Salas, & omnes tandem Thomista, quorum mentem nusquam ascendit præfactorum respectuum cognitio. Scotus autem partem affirmantem amplectitur locis supra citatis, præsertim in 2. d. 38. q. vnica dicens: *quod si, & voliti, & eius propter quod est volitum sit idem actus volendi, idem erit vsus, & intentio*: sanè ille terminus *vsus*, relationem insinuat terminatam ad absolutum medij, & fundatâ in amore concupiscentiæ, ille autem terminus *intentio*, relationem innuit fundatâ in amore amicitia, & terminatâ ad relatiuû finis. Rursus ille terminus *voliti*, duas præfert relationes, alterâ terminatam ad absolutû medij, iam habiti, & præsentis, & aliam terminatâ ad relatiuum eiusdem medij, siuè habiti, siuè nõdum habiti, & ambas fundatas in absoluto amoris concupiscentiæ. Itè ille terminus *propter quod*, duas præfert relationes fundatas in absoluto amoris amicitia, quarum vna terminatur ad relatiuum finis nondum habiti, & alia terminatur ad absolutum eiusdem, etiam præsentis: manifestû ergo est iuxta mentem Scoti vnica volitionem posse esse amicitiam, & cupidinariam, intentionem, & fruitionem, electionem, & vsam.

1. Conclus.
Scot. vt supra.

Dicendû est primò: vnica volitionem posse fundare prædictas quatuor relationes. Hæc conclusio est Scoti, vt declaratum est: & eam ipse tenui (tametsi non ita expressè) in secundo tomo meorum in quartum Commentariorum disp. 6. sect. 3. cõclusionem 2. cuius veritatem sic ostendo: vnica intellectio potest fundare quatuor imitationes, seu quatuor expressa idola, quorum vnum terminetur ad absolutum finis, aliud ad relatiuum eius, aliud ad absolutum medij, & aliud ad relatiuum eiusdè medij: ergo etiam vnica volitio poterit fundare quatuor sui hiatus, & exitus, lationes, seu tendentias erga eadem quatuor obiecta. Antecedens patet ex tom. 1. meorum in quartû commentariorum disp. 49. Sect. 2. cõclusionem 2. vbi statuimus visum vnica visione diuersis idolis induta, & vestita videre se sibile proprium, & sensibile cõmune, albedinem, verbi gratia, & quantitatem; igitur similiter intellectus poterit eadè

intellectione diuersis similitudinibus, seu idolis superinduta respicere eiusmodi obiecta, vtrò, citroquè adinuicem ordinata. Consecutionem autem probauimus iam in 2. tomo 1. disp. Sect. & cõclusionem citatis, vbi ostendimus voluntatem eadè volitione posse velle finem, & medium, & è contra: quàmuis ibi solum dixerimus volitionem expressam circa medium, implicite saltem terminari ad finem, & è contra, id vtiq; accidit quando præuia cognitio non carpit vtrû què actu expresso; namque si expressè carpsit, etiam volitio explicite carpet vtrumque, atque adeò, quatenus expressè elicitur circa finem, erit imperans expressè educationem alterius relatiuicula à potentia phantastica sui ipsius erga medium, & sic expressè erit imperans, & expressè erit imperata, expressè erit intentio, & expressè erit electio; item expressè erit fruitio, quatenus terminatur ad absolutum finis, & expressè erit vsus, vt terminata ad absolutû medij: vt patet in supra citatis verbis: *quod si, & voliti, & eius propter quod est volitum sit idem actus volendi, idem erit vsus, & intentio*.

Secundò dicendum est; eadè volitionem vt subtractam duobus respectibus erga finem terminatis, esse amorè amicitia, & quatenus subiectâ alijs duobus respectibus erga medium, esse amorem concupiscentiæ.

2. Conclus.

Notato cursim duas præfatas conclusiones intellectum iri iuxta mentem, & sensum tertiæ, & quartæ conclusionum, sectionis tertiæ huius disputationis, legito eas attentè, & conferto cuû his apprimè.

Tertiò dicendum est: eundem actum voluntatis posse esse fruitionem, intentionem, & vsam, & electionem. Hæc cõclusio expressè, & directè responderit titulo sectionis, & eadè consulit duas conclusiones citatæ tertiæ sectionis, cuius veritas satis patet ex dictis.

3. Conclus.

Quartò dicendum est: præfatas quatuor relationes posse sibi vèdicare quatuor distincta fundamenta, idest, quatuor distinctas volitiones. Hanc conclusionem tenet Scotus in citata quæstion. vnica, distincta. 38. dicens: *Si autem alius, intentio dicet formaliter actum istum, quo tendit voluntas in finem, & materialiter actum vtendi, quo refert aliud in istum finem*. Hæc sanè conclusio est valde cõ-

4. Conclus.

Scot. in 2. d.
38. q. vii.

sona conclusionibus prima, & secundę
citare tertię Sectionis.

SECTIO VLTIMA.

Appendix.

Quid sibi volunt illi duo termini, formaliter, & materialiter.

Respōdeo: ly *formaliter* equipollere huic alteri adverbio *ultimatę*, & ly *materialiter* equipollere huic adverbio *presuppositę*. Favet nobis Lichetus, ramentis satis caliginosę, dū ait; *si verđ dilectio proximi, & dilectio Dei (cū scilicet diligo proximū propter Deū) sint actus distincti: tūc intentio dicit formaliter actum, quo voluntas tendit in finē, nō tamē, ut in finē absolutę & in se consideratū sed ut quo tendit in finem presupponendo alium actū, quo tendit in aliquid: id est in mediū propter finem.* Certę sicuti ordinate volens volitione intentionali prius vult finem, mox media viciniorā, & ultimo remotiorā, sic ē contrariđ, volitione executrici prius vult media remotiorā, & ultimo loco ipsum finem.

DISPUTATIO XVIII.

De distinctione obiectiva irascibilis, & concupiscibilis appetitui sensitivo insitarum.

SECTIO I.

Vtrum obiectum distinctivum concupiscibilis sensitivę sit bonum delectabile; & obiectum distinctivum irascibilis sensitivę bonum arduum?

1. Opinio.
Henr. apud
Sco in 3. d.
26. q. vii.



Parrem affirmantē tenet Henricus apud Scotū in 3. dist. 26. q. vii. *5. alio modo*: probat eū: illud est obiectū concupiscibilis, in quo re-

peritur ratio *quę*, & ratio *sub quā* ab ipsa concupiscibili respicitur, sed in bono delectabili reperitur, hęc duplex ratio; ergo illud erit obiectum concupiscibilis. Minor patet: quia ratio *quę* obiecti concupiscibilis est *delectabilitas*, & ratio *sub quā*, vel *propter quā* est *commoditas* ipsius concupiscentis, quarum vtraquę reperitur in bono delectabili. Minorem huius prosyllogismi probat Henricus ex definitione boni delectabilis, quę est *huiusmodi: bonum delectabile est bonū concupitum a concupiscenti propter commoditatem eius.* En quomodo ratio *quę* est *delectabilitas*, ratio verđ *sub quā* est *commoditas*. Similiter illud censetur obiectum esse irascibilis, in quo reperitur predicta vtraquę ratio *quę*, & *sub quā* sed in bono arduo reperitur talis duplex ratio: ergo bonum arduum erit obiectū irascibilis. Minor patet: quia ratio cui hinc irascibilis est appetibilitas, & ratio sub quā ei inogilat est victoria seu superioritas. Tūc sic: ambę inveniuntur in bono arduo; ergo. Minor prosyllogismi patet ex definitione, quā illud definit Henricus: *bonum arduum, inquit, dicitur bonum appetibile, quo irascibilis appetit superare omnia sibi contraria.*

Secundō: illud est obiectum concupiscibilis erga quod elicitur actus eius, & similiter illud creditur obiectū esse irascibilis versus quod erumpit actus illius; sed actus concupiscibilis erumpit versus bonum delectabile, actus verđ irascibilis versus bonum arduum; ergo. Minor declaratur; quia actus irascibilis est *irasci*; actus verđ concupiscibilis *delectari*; sed ille tendit in arduum, hic in delectabile; ergo.

Tertiō; irascibilis est protectrix ipsius concupiscibilis, eam conservans in pace, quiete, ac delectatione suarum functionum erga obiectū delectabile, quod sanē munus non aliter præstat, quā impugnando contraria, quę nituntur impedire delectationem, quā concupiscibilis habet in suis actibus; sed conservatio eiusmodi concupiscibilis in suo iure, & quiete est bonum arduum; ergo hoc erit obiectum irascibilis, & bonum delectabile obiectum concupiscibilis. Notato verba Henrici apud Scotum: *concupiscibilis defenditur per irascibilem, ne in sua delectatione perturbetur.*

Quartō: concupiscibilis est principalis potentia; irascibilis autem quędam vis illius

illius propugnatrix: ergo diuersa habet obiecta, illa quidem bonum delectabile, hæc bonum arduum, verbi gratia, illam conseruare in suo iure, in pace, & quiete. Antecedens declarat sic apud Scotum: *in sensitiua omnes passionibus irascibilis oriuntur ex passionibus concupiscibilis, & terminantur ad eas.*

Tartaretus aliusculè refert primam huius Henrici sententiæ partem, dicens: *bonum commodum, siue concupitum, in quantum commodum ipsi concupiscenti, est obiectum concupiscibilis: vbi videtur non meminisse huius termini delectabile, cuius tamen Scotus, & Licherus expressè meminere, aut enim in sententiâ Henrici obiectum concupiscibilis, est bonum delectabile adeò, ut delectabilitas sit ratio qua, & comoditas ratio sub qua.* Hanc porro affirmantem sententiam Henricus tenuit, & præfatis probauit argumentis. Eidem sententiæ suspicarer adhasisse Doctorem Angelicum 1. 2. q. 23. art. 1. §. respondeo, dicens: *obiectum potentia concupiscibilis est bonum, vel malum sensibile simpliciter acceptum, quod est delectabile, vel dolorosum, & inferiusculè, ipsum bonum, vel malum secundum quod habet rationem ardui, vel difficultatis est obiectum irascibilis.*

Scotus tamen negatiuam sententiam amplecti cernitur §. contra illam sententiam. Et licet hac in questione absolutè non neget primam partem sententiæ Henrici, nempe bonum delectabile esse obiectum concupiscibilis; refutare tamen nititur definitionem ab ipso assignatam propè finem §. dicens: *quod additur in prima ratione, quod concupiscibilis appetit aliquid concupitum à concupiscente, ut commodum sibi, non videtur probabile: quia in Deo non negatur concupiscibilis, sicut nec delectatio perfectissima, & tamen non concupiscit aliquid, ut commodum sibi.*

In 1. autem sententiarum dist. 17. q. 3. §. ad argumenta pro opinione, absolutè negat eam, dicens: *delectatio quippe est ab obiecto, quod attingitur per actum, non tamè ab ipsa potentia agere circa obiectum: id est delectatio non est operatio elicitæ à potentia concupiscente circa suum obiectum, sed potius est influxus quasi causatus ab obiecto iam præconcupito; & obrento, seu possesso à potentia concupitiua, seu concupiscibili; igitur prius quam sit delectabile actus, vel aptitudo, iam præintelligitur esse obiectum potentia concupiscibilis plenè, & totaliter:*

patet consecutio: quia non est natum immittere delectationem ipsi potètiæ, nisi prius terminauerit operationes elicitas à concupiscibili versus ipsum; ego delectabilitas, nequè erit ratio qua, nequè, ratio sub qua obiecti potètiæ concupiscibilis sensitiuæ; immò vtraquè eius modi ratio præintelligitur delectabilitati, seu delectatiuitati talis obiecti: falsa porro est prima pars sententiæ Henrici. Confirmatur: quia (ut dictum est) tale obiectum non est natum delectare potètiæ concupitiuam, seu concupiscibile, nisi postquam iam plenè terminauit operationes elicitas ab ipsa, quando quidem istæ operationes, ut iam præterminatæ, & receptæ in tali potentia delectant ipsam.

Speculare (obsecro) Lector omnia sigillatim, & profundè.

Posteriorem partem sententiæ Henrici confutat Scotus in hac ipsa dist. 26. & q. & citato §. contra illam sententiam, arguendo ad hominem validissimis rationibus, quas in sequenti Sectione referemus.

Respondetur quatuor illis argumentis in obsequium vtriusque partis sententiæ Henricianæ astructis: ad primum concessa maiori, negatur minori; & ad probationem item negatur maior: quin potius ratio qua, & ratio sub qua obiecti potètiæ concupiscibilis, tam rationalis, quam sensitiuæ, supponuntur delectabilitati, ut probatum, & declaratum est. Ad declarationem, & robur minoris pro syllogismi, negamus illam esse definitionem boni delectabilis, sed potius hanc, quam ex littera deducimus Scoti: *bonum delectabile est bonum imprimens concupiscenti delectationem ex receptione operationis elicite ab ipsa potentia concupiscente, & terminatæ ad obiectum, ut præuium delectabilitati.* Notato verba Doctoris in 1. d. 17. q. 3. §. qui vult tenere quartam viam, quæ sunt huiusmodi: *Delectatio est ex conuenientia operationis ad potentiam, & obiectum circa quod est operatio, quæ conuenientia est obiecti ad potentiam, in quantum recipit actionem, & non in quantum elicit eam; quia factio sola, ut factio, non est delectabilis, sed ut recepta: quasi diceret: concupiscibilis non delectatur in elicitione operationis terminatæ ad suum obiectum, sed in receptione eius, ut iam terminatæ ad tale obiectum amabile, & appetibile, & ut val-*

D. Tho. 1.
2. q. 23. art.
1.

2. Opinio.
Sco. loc. cit.

Conclus.
Sco. 1. d. 17.
q. 3.

Sec. d. 1.
q. 3.

dè conveniens ipsi potentia concupiscibilis: ut verbi gratia, concupiscibilis victoria nō delectatur in elicitione visionis erga pulchrum, sed in receptione eius, ut terminata ad illud obiectum sibi consonum; delectatio porro non est actio, sed passio quaedam, ut in superioribus probatum est. Lege tomum primū meorum in quartum commentariorum.

Ad secundam partem eiusdem prioris argumenti, de obiecto scilicet irascibilis, respondetur eodem modo, concessa maiori, & negata minori, & ad probationem negatur maior; immo ipsa concupiscibilis inhiat appetiabilitati, quæ (secundum Scotum) est quaedam amabilitas; quamobrem reducenda erit ad obiectum eius potius, quam ad obiectum irascibilis. Negamus etiam vitoriā, seu superioritatem esse rationem sub qua obiectum irascibilis, sed aliquid aliud præuium tali superioritati, ut inferius explorabimus. Similiter negamus definitionem boni ardui esse eam, quam assignat Henricus, quia bonum appetibile potius pertinet ad obiectum concupiscibilis, quam ad obiectum irascibilis, ut dictum est, & in sequentibus expressius dicitur.

Ad secundum respondetur concessa maiori, & negata minori, & ad probationem negatur maior: quia actus concupiscibilis potius erumpunt versus aliquod præuiū delectabilitati, & actus irascibilis versus *punibile*, ut docet Scotus in hac dist. 26. & infra distin. 34.

Ad ultimam probationem, qua fertur actus irascibilis esse *irasci*, concedit Doctor, quod verò tendat versus arduum, negat; quia potius tendit versus *punibile*, ut insinuatum est. Negamus tandem delectari esse actum concupiscibilis, immo est passio eius refluens ex receptione operationis prius erga obiectum elicita, ut supra diximus.

Ad tertium respondetur negando maiorem: quia potius ipsa concupiscibilis se se conservat in delectatione, & sua quiete; non quidem expugnando *positivè*, inquit Scotus; *sed privativè scilicet fugiendo*. Fateor aliòquin non negari à Scoto irascibilem esse vindicem concupiscibilis, alio tamen in sensu longè diverso, ut in sequentibus patebit. Hinc falsum arbitramus illud Henrici assertum, *concupiscibilis defenditur per irascibilem, ne in sua delectatione perturbetur*, quod

probat Scotus hoc argumeto, idco secundum Henricum concupiscibilis non pugnat positivè in tutam suam delectationis, & pacis; quia illa pugna in *pedi delectationem*, & pacem perturbat; eigo. Similiter si irascibilis, pugando positivè conaretur pacem, & quietem concupiscibilis conservare, frustraretur sine intento; quia bellum positivum potius eam destruit, & perturbationem secum defert in vicinos: satius porro ipsi concupiscibili est ut capta præda, tertia vertat contrarijs, fugamque carpat incunctanter, ut sic in pace, & cū delectatione huiusmodi præda frui valeat: quæ meherculè veritatem in lupis, & alijs feris passium experimur, quod clam prædā arripientes, fugam invigilant quam citius, quin contra canes bellum inire expectent per se, vel per socias feras.

Ad quartum concedimus antecedens, & consequens, nempe quod irascibilis, & concupiscibilis diversa habeant obiecta; negamus tamè hæc esse *delectabile*, & *arduum*: sed potius obiectum irascibilis est *punibile* (inquit Scotus) vel etiā quiddam secundario est *appetibile*, & *fugibile*, obiectum autem concupiscibilis sunt *primò appetibilia*, & *primò fugibilia*, ut egregiè docet Scotus in 3. dist. 34. quæst. unica, & nos diximus plura de irascibili, tomo 2. nostrorum Commentariorum disp. 5. sectiuncula 5. per totam, quæ maximam habent affinitatem, & consequentiam cum illis.

SECTIO II.

Appendix.

Verū præfata distinctio obiectiva concupiscibilis, & irascibilis sensitiuarum sit mutua in Schola Sancti Thomæ.

PARTem negantem tenet Salas tractatu 9. disp. 1. sect. 2. num. 12. dicens. *iam diximus obiecta omnia irascibilis, esse etiam concupiscibilis; quia respicit bonum absolute abstrahendo ab arduitate, vel difficultate; & supra sect. 1. num. 5. dixit: irascibilis. solum versatur circa bonū arduum, ut propugatrix est concupiscibilis;*

Pars negat. defenditur à Salas tractatu 9. di. p. 1. sect. 1. n. 5. & sect. 2. n. 10. & 12.

& lect. 2. num. 10. Dico autem cum Diuo Thoma, & communi, omnem affectu irascibilis versari circa difficile, & etiam circa physice, vel moraliter impossibile: & inferiusculè, nemo timet malum, quod facile potest quentero. In eadem sententiam posset (fortassis) extorqueri Lorca disp. 48. pag. 336. dum ait: *concupiscibilis fertur in bonum absolute irascibilis in bonum arduum.* Consultasse videntur huic sententiæ Sanctus Thomas 1. 2. quæst. 25. art. 1. §. respondeo, dicens: *passiones concupiscibilis ad plura se habent, quam passiones irascibilis, eò nimirum; quia huius passiones solum versantur circa ardua, & difficilia, illius verò etiam circa facilia.* Ecce igitur quomodo iuxta prædicta asserta, seu testimonia, differentia obiectiuâ irascibilis, & concupiscibilis est non mutua. Si percontemur Ioannem à Salas, num ipsa sit realis? responderet affirmatiuè in cita sectione 1. num. 3. dicens: *diuidenda est igitur materialis potentia, neque vlla diuisio aptior excogitari potest, quam in irascibilem, & concupiscibilem: ha igitur sunt potentia realiter distincta:*

Affirmatiuam sententiam tenet Montefinos, Lorca, & Vazquez: ille prior disput. 37. quæst. 1. nu. 3. dicens: *appetitus sensitivus habet duas potetias, scilicet irascibilem, & concupiscibilem.* Sanè homo, & animal nequeunt vniuocè vocari duo, quia sola differentia non mutua distinguuntur; igitur neque præfatus Doctor absolute posset irascibilem, & concupiscibilem duas appellare potentias, nisi supponenda ipsas mutuo differre: & infra num. 4. subdit: *itaque in concupiscibili est aliquis habitus bonus circa obiectum temperantia, & in irascibili habitus bonus circa obiectum fortitudinis; igitur manifestè sponit mutuam obiectiuam ipsarum distinctionem.*

Lorca etiam, licet testimonio illo supra relato, priori, & negatiua sententiæ saluere videatur, re vera tamen hanc affirmatiuam expressè amplexus est disp. 16. membro 2. pagina 603. dicens: *admittitur in concupiscibili habitus conducens ad actus temperantia, & in irascibili habitus conducens ad actus fortitudinis: & inferius: sicut ergo est habitus aliquis in concupiscibili, qui est temperantia ita concedendus est irascibili habitus, qui sit fortitudo.* Eidem sententiæ adherere videntur Vazquez disp. 87. cap. 2. dum ait: *tertia pars sententiæ nostræ est in appetitu etiam*

comparari aliquem habitum operatiuum, saltem temperantia, qui non est propriè virtus, sed attingit materiale virtutis sub ratione talis delectabilis: & inferiusculè: nihilominus acquiri aliquem habitum operatiuum temperantia, &c. & infra num. 10. concedit, quòd est in appetitu non acquiratur habitus operatiuus circa materiale fortitudinis, nihilominus generari ex consuetudine aliquam dispositionem.

Nunc igitur argumentor ad hominè: ex his tribus tuis assertis cõfertur, quòd quemadmodum habitus temperantia inheres appetitui sensitivo positiuè distinguit, & cõstituit concupiscibilem in ipso, perinde, hæc dispositio positiuè constituet, & distinguet irascibilem; igitur iam supponis (tamen si caliginosè) dari distinctionem mutuam inter has duas potentias, modo irascibilis sit simpliciter potentia, sicuti concupiscibilis, modo non sit (vestro idiomate) nisi vis quædam quasi super addita, & infra ipsi concupiscibili; hoc enim nihil refert ad hanc sectionem.

Secundò: per te concupiscibilis est induta habitu temperantia, vis autem, seu facultas irascibilis est exuta tam habitu temperantia, quam habitu fortitudinis; igitur sentis ipsas mutuo distinguui: patet nam superficies alba parietis non solum distinguitur à superficie nigra corui; verum etiã à superficie aeris destituta omni colore. Consultunt huic opinioni verba Diui Thomæ 1. 2. quæst. 23. art. 1. §. respondeo, relata iam à nobis in prima sectione.

Dico: præfata distinctionem in schola Scotica esse mutuam, non autem realem, sed formalem, instar distinctionis admiratiuitatis, & risibilitatis adinuentè, & instar distinctionis intellectus memoria, & voluntatis, vt patebit in sequenti sectione. Vnde decipiuntur isti Doctores, dum existimant animæ rationalis potentias necessariò distinctum iri realiter, vt sic anima nostra imago possit esse Trinitatis; quò circa notato verba Scoti in 2. dist. 16. quæst. 1. §. ex hoc dico: ubi ait: *imago Trinitatis non consistit in aliquibus tribus potentis realiter distinctis; sed consistit in aliquibus tribus realiter distinctis, puta in actibus: propriusculè infra §. ad primum argumentum, locutus est dicens: Imago Trinitatis non est complete in anima absolute considerata sub potentis suis, nisi, vt in radice; sed vult*

Auctor contra Vazq.

D. Tho. 1. 2. q. 23. art. 1.

Conclus. ad mentem Scoti.

Scot. 2. d. 16. q. 1.

Lorca disp. 48. p. 336. D. Tho. 1. 2. q. 23. art. 1.

Pars affirm. astructur à Montefin. Lorca, & Vazquez.

est sub actibus suis cum unitate sua essetie representat Trinitatem.

Et sic consistit imago in tribus realiter distinctis, non autem in potentijs, quae realiter non distinguuntur: imago enim, ut est perpetua, solum est virtualiter in anima, & formaliter, ut est sub actibus: Enimvero intellectus possibilis, ut habet speciei intelligibili producta ab intellectu agente, euehitur ad statum memoriae secundae (ut ita loquar) atque aded formaliter representat Patrem; ut autem est in ceteriori statu nudae potentiae, habet se tanquam radix, seu caudex, & sic solum representat Patrem radicaliter, seu virtualiter, non autem formaliter, seu actualiter, quousque ascendat ad statum memoriae praegnantis.

Rursus: idem intellectus, quatenus subest intelligence, & ascendit iam ad statum intelligentiae, tunc formaliter representat filium; quando autem erat in statu memoriae secundae solum representabat illum radicaliter, & virtualiter; dum conscendit statum intelligentiae actualiter, & formaliter.

Item voluntas, quatenus subest volitioni producta ab ipsa elicitivae, & a memoriae secundae, & ab intelligentia directivae, seu regulativae, representat formaliter, & actualiter Spiritum Sanctum, antea autem non nisi virtualiter, & radicaliter; ergo. Consultant nobis illa verba Scoti in 1. d. 3. q. 9. §. de secundo in isto articulo, dicentis: imago consistit in actibus primis, & secundis simul.

Sot. 1. d. 3. q. 9.

SECTIO III.

Utrum obiecta distinctiva irascibilis, & concupiscibilis sensitivarum sint delectabile, & arduum?

Pars affirm. D. Thom. ubi supra, Vazq. Sal. Lorca, & Montef.

PARTEM affirmantem tenet Doctor Angelicus ubi supra, loquendo de amplexibilibus obiectis: dolorosum, & arduum (in hoc genere) loquendo de fugibilibus, Ipsum sequuntur Vazquez, Salas, Lorca, & Montefinos. Obiectum porro specificans concupiscibilem sensoriam, in hac Schola: est bonum, vel malum sensibile simpliciter acceptum, quod est delectabile, vel dolorosum, praescindens ab arduitate, vel difficultate; con-

tra vero obiectum irascibilis est arduum sensibile, idest bonum, vel malum, seu delectabile, seu dolorosum, ut arduitate, & difficultate conspicuum, aded ut arduitas, vel difficultas sit formalis ratio obiectiva specificans irascibilem sensitivam.

Obiectio:

Sed contra: in hac Schola etiam difficulta, & ardua sunt obiectum concupiscibilis sensitivae; ergo delectabile, & dolorosum, potius dicentur esse obiectum concupiscibilis, ut concernunt arduitatem, quam ut praescindant ab ipsa.

Respondere poterunt concessio antecedenti, & negando consecutionem: ly enim, ut praescindens ab arduitate, suoperte genio praefert formalem obiecti rationem, non materialem, hanc igitur (dicunt ipsi) concernunt non illam. Negativam sententiam tenet Scotus d. 26. & 34. in 3. & alibi. Tatarus ibi.

Pars nega. Scot. in 3. d. 26. & 34. Tatar. ibi.

Pro cuius decisione notandum est: arduum apud haereticos Latinos sumi non pro difficili tantum, sed etiam pro eo quod Graeci διουχερες discheres: seu καλεπον calepon appellant, quod cum difficile, tum molestum quodque est, & incommodum, atque intrastabile: hoc praescripto fundamento.

Dico: arduum potius dictum iri obiectum concupiscibilis, quam irascibilis. Hanc conclusionem tenet Scotus contra Thomistas; cuius veritas probatur arguendo ad hominem sic: in Schola Sancti Thomae dolorosum est obiectum concupiscibilis; sed arduum coincidit, & aequivalet doloroso; ergo potius erit obiectum concupiscibilis, quam irascibilis. Minor patet ex praescripto fundamento, haereticos (prout decet humanitas consentiente).

1. Conclus. Scot. contra Thom.

Ultimo dico: obiecta distinctiva irascibilis, & concupiscibilis sensitivarum non esse delectabile, arduum, &c. Veritas huius conclusionis satis patet ex superiori.

2. Conclus.

SECTIO IV.

Appendix.

Quenam igitur sunt obiecta distinctiva praedictarum facultatum.

Respondeo, & dico: ipsa esse inoffensiva, & offensoria; impunibilia, &

Conc. Scot. 3. d. 26. & alibi.

Q. p.

punibilia, seu *inoffendibilia*, & *offendibilia*. Hanc conclusionem tenet Scotus in 3. d. 26. & alijs in locis iam citatis: cuius veritas probatur à sufficienti diuisione: istæ duæ facultates, nempe *irascibilis*, & *concupiscibilis* distinguuntur (saltè à posteriori) per obiecta; sed non assignatur alia ipsarum distinctiua, nisi, vel *delectabile*, & *arduum*, vel hæc alia, quæ insinuat Scotus; ergo necessariò erunt eorum alterutra; sed in superioribus probatù est ipsa non posse esse *delectabile*, & *arduum*; ergo relinquitur, quòd sint hæc alia. Cò firmatur: in superiori tertia Sectione est ostensum, obiectum constituens, spificans, & distinguens *concupiscibilem* ab *irascibili* esse primò *appetibilia*, & primò *fugibilia*; contrà verò obiectum spificans, constituens, & distinguens *irascibilem* à *concupiscibili* esse secundò *appetibilia*, & secundò *fugibilia*: Tunc sic: latissimè constat ex assertis, & rationibus Scoti, omnia secundò *appetibilia* aduè positivè esse *offensoria*, & *punitoria*, & omnia secundò *fugibilia* passivè esse dignè *punibilia*, si non executivè, saltem intentionaliter, appetibiliter, seu desiderabiliter.

Etiã patescit largissimè nihil primò *appetibilem*, & primò *fugibilem* esse ali quatenus *punitorium*, vel *punibile*; ergo vera est hæc nostra conclusio, obiecta videlicet distinctiua *irascibilis*, & *concupiscibilis* sensitiuarum esse *inoffensoria*, & *offensoria*; *impunibilia*, & *punibilia*, seu *inoffendibilia*, & *offendibilia*. Probarur argumento irrefragabili decerpto ex littera Scoti: perindè se habet *punibile*, seu *vindicabile*, *punitorium*, seu *offensorium*, vel *offendens irascituum* (inquit Scotus) respectu *irascibilis*, atque se habet *intelligibile*, respectu *intellectus*: sed nihil præter *intelligibile* est obiectum *intellectus*; ergo nihil præter *punibile*, seu *vindicabile*, *punitorium*, seu *offensorium*, vel *offendens irascituum* poterit esse obiectum *irascibilis*. Maiorem probat Scotus, dicens: *Actus adequatus irascibilis est irasci, sicut actus adequatus intellectus est intelligere*. Tunc sic: *intelligere* ad nihil potest terminari, nisi ad *intelligibile*; ergo *irasci*, (inquit Scotus) *nò potest respicere pro obiecto*, nisi *punibile*, seu *vindicabile*, seu *punitorium* *offensoriam*, vel *offendens irascituum*. Vera igitur est nostra conclusio, quæsito in titulo Sectionis respondens.

SECTIO V.

Appendix.

Verum irascibilis vniuocè possit appellari concupiscibilis?

PRænotandum est, quòd licet multum intersit horum concretorum, & abstractorum, *risibilis*, *febilis*, *risibilitas*, *febilitas*, nihil tamen interesse horum aliorum, *irascibilis*, *concupiscibilis*, *irascibilitas*, *concupiscibilitas*, eò nimirum, quia hæc posteriora, tam còcreta, quàm abstracta utraq; sunt nomina substantiua; priora verò secùs, quia abstracta dütaxat sunt substantiua, concreta autem adiectiua, adeò, vt substantiuari possint in genere neutro sic: *risibile*, *febile*.

Respondeo igitur quæsito affirmatiuè: 1. Concluf. & probatur conclusio: nam si *concupiscibilis* concupiscit primò *appetibilia*, & renuit primò *fugibilia*, etiam *irascibilis* concupiscit secundò *appetibilia*, & renuit secundò *fugibilia*: Tunc sic: illa prior *còcupitio*, & prior *renuitio* oriuntur à *còcupiscibili*, tãquàm à principio quo, & ab homine, seu animali, tanquàm à principio quod; ergo etiã hæc posterior *còcupitio* & *renuitio* oriètur ab eisdem principijs quo, & quod, & percòsequès *irascibilis* appetens, vt quo, secundò *appetibilia*, vniuocè appellabitur *concupiscibilis*.

Sed contrà: si ambæ æquè vniuocè sunt *concupiscibiles*, & æquè vniuocè possunt Obiecto. appellari *concupiscibiles*, quare de facto appellantur sic? Potest responderi con- Resp. sionè textui Scoti; quòd *Antonomasia* subtrahit illud nomen vni, nempe *concupiscenti*, secundò *appetibilia*, & renuenti secundò *fugibilia*, & arrogat alteri, nimirum *concupiscenti*, primò *appetibilia*, & renuenti primò *fugibilia*: contrà verò nomen *irascibilis* eadem *Antonomasia* arrogat *concupiscenti* secundò *appetibilia*, & renuenti secundò *fugibilia*: eò videlicet, quia licet verè, & vniuocè renuat hæc, & appetat illa, tamen per prius *irascitur*, quàm eliciat *appetitionem* *punitoriam* equi rapacis, seu *renuicionem* *repulsoriam*, & *vindicem* eius, quæ meherculè præcisio est satis ad hoc, vt *iratio*, seu *irasci* illâ facultatè *antonomasticè* de nomine *irascibile*, & præcludat aditum de.

denominationi oriūda ab *appetitione* secundò *appetibilem*, & à *renuitione* secundò *fugibilem*: exēplis rem illustremus: certè omnes aduersarij Chisti Dñi, & habentes contra eum spiritum rebellionis, vniuocè sunt *Antichristi*, & tamen ex his omnibus vniuocè *Antechristis*, vnus solus antonomasticè, dicitur 1. Ioan. 2. & nunc *Antichristi multi facti sunt*; & superiusculè: *nouissima hora est*: & sicut *audistis, quia Antichristus venit*.

Similiter peccatum æquè vniuocè est *malum*, atque ipse Diabolus ab initio peccans, & tamen nomine *Mali* antonomasticè intelligitur Diabolus in Oratio ne Dominica, *sed libera nos à malo*, idest à *Diabolo*, ita Maldonatus nixus Tertuliano, & alijs in cap. 6. Matthæi.

Sed contrà: nulla potentia potest resistere, & prorūpere actiue extrà metas sui adæquati actus; sed actus adæquatus *irascibilis* est *irasci*; ergo nō potest resistere in *concupitionem* secundò *appetibilem*, & in *renuitionem* secundò *fugibilem*. Consequentia bene infertur, quia isti duo actus non cohibentur intra metas ipsius *irasci*, immò extrà luxuriantur. Maior neminem sanæ mentis latere potest; nām qui fieri potest, vt auditus elicituè dirūpat extrà metas ipsius *audire*, visus extrà metas ipsius *videre*, & intellectus extrà terminos ipsius *intelligere*. Minor autem probatur ex verbis Scoti in præcedenti 4. Sectione relatis: *actus adæquatus irascibilis est irasci, sicut actus adæquatus intellectus est intelligere*; igitur *irascibilis* non potest concupiscere, & renuere, & perconsequens neque vniuocè esse, vel appellari *concupiscibilis*. Pitigianum vidi, & licet nobiscum consentiat in conclusione, tamen non astruit hoc argumentum ex littera Doctoris necessariò illatum, & decerptum.

Ego igitur respondeo distinguēdo minorem: vel *irasci* formaliter, & præcisè sumptum, vel *irasci*, tam virtualiter, quā formaliter recensitū. hoc secundò in sensu, concedo eam; nām *irasci* elicitem mouet *irascibilem* ad appetenda secundò *appetibilia*, & ad renuenda secundò *fugibilia*; atque adedò iratio virtualiter, (non elicituè) motiue, & inductiue est concupitio, & renuitio, quia sunt affectus eius non elicituè, sed motiue, & inductiue vt dixi.

Vnde consecutio illa non bene inferatur, quandoquidem illi duo actus, nempe

concupitio, & renuitio verè cohibentur intrà metas ipsius *irasci* in significato formali, simul, & virtuali sumpti.

Ad probationem illius maioris: concedo, quod auditus elicituè nequit dirūpere extrà metas ipsius *audire*, bene tamen motiue, & inductiue.

Ad verba Scoti dico: quòd *intelligere* sumptum pro significato formali talis nominis præcisè, non est actus adæquatus intellectus, bene tamen pro significato formali, & virtuali simul (præcursoriè partim, & subsequēter partim) sumpti; *intelligere* si quidē supponit memoriam sæcundam præuè constitutam, & subsequēter constituit intelligentiā: & rursus induit, & mouet voluntatem ad eliciendas suas volitiones, & nolitiones ostendendo ei obiecta erga quæ debeant elici.

Similiter *irasci* sumptum pro suo significato formali præcisè, & nudè, non est actus adæquatus irascibilis bene pro significato formali, & virtuali simul æstimatum: supponit enim præcursoriè visionem, verbi gratia, inimici nitentis (siuè in rei veritate, siuè suæ imaginationis apprehensione) subtrahere sibi, & rapere sua primò *conuenientia*, exempli causa, cibum, lectulum, &c. & subsequēter, & posterioriter inducit irascibilem ad concupitionem secundò *appetibilem*, verbi gratia, *calcium, morsuum, percussionū, &c.* & ad renuitionem secundò *fugibilem*, exempli gratia, Latronum, equorū, & canum rapacium, molentium subtrahere cibum priori equo, seu canius habenti in eum; hi certe dignè punibiles sunt, immò, & puniendi, si non elicituè (deficientibus, viribus) saltem intentionaliter, appetibiliter, & desiderabiliter.

Vltimò dico: oppositam etiam sententiam esse valdè probabilem in schola Doctoris, nimirum *irascibilem* nō posse elicituè appetere secundò *appetibilia*, nequè renuere secundò *fugibilia*, & perconsequens, nequè vniuocè posse esse, vel appellari *concupiscibilem*.

Probabilitatem huius sententiæ inferius examinabimus Deo dante.

(P.)

Q2

SE.

1. Ioan.

Obiecto.

Pitig.

Resp.

2. Conclat.
Probabile.

SECTIO VI.

Appendix.

*Verum antonomastica concupiscibilis
vniuocè possit appellari iras-
cibilis?*

Videretur quod sic: quia si *irascibilis* concupiscit, & idè vniuocè potest dici *concupiscibilis*; perinde antonomastica *concupiscibilis*, quia verè irascitur, iure optimo poterit vniuocè esse, & dici *irascibilis*. Cōsequentia benè inferetur. Antecedēs probō; quia obtenta vindicta de inimico, mox delectatur nō solum *irascibilis*, verū etiā antonomastica *cōcupiscibilis*: Tunc sic: delectatio *irascibilis* est effectus iræ victricis, & punitricis ipsius *irascibilis* receptæ in eadē *irascibili*, ergo etiā delectatio antonomastica *concupiscibilis* erit effectus passionalis erumpens ex irā productā à cōcupiscibili, & recepta in ea. Cōfirmatur: quia cuius est effectus, eius est causa talis effectus, & cuius est risus, eius est risibilitas, & cuius est admiratio, eius est admiratiuitas, & tandē cuius est delectatio erumpens ex risu recepto, eiusdem sunt risus, & risibilitas; igitur cuius est delectatio emergēs ex acurritationis receptæ in antonomastica cōcupiscibili, eiusdem erit irā, seu irasci; sed præfata emergens delectatio est antonomastica *concupiscibilis*; ergo etiā irā, seu irasci erit eiusdē: & per consequens antonomastica *concupiscibilis* irascitur, atque adè vniuocè poterit nuncupari *irascibilis*. Cōfirmatur ex Aristotele 2. Rethoricorum asserente: *ira viri, quasi mel*: nunc igitur sic arguuntur: cuius est *mel*, eius est *ira*, sed *mel* (capta vindicta) non solum est facultatis *irascibilis*, sed etiā antonomastica *concupiscibilis*; ergo. Minor est Scoti, quia *mel* est idem, quod delectatio, delectatio autem in euentu captræ vindictæ est non solum *irascibilis*, sed etiā *concupiscibilis*. perinde atque è contra, deficientibus virtutibus ad vlciscendum, tristitia afficitur etiā ipsa *concupiscibilis*, nedum *irascibilis*: notato verba Docto-

ris, quia obiectum non punitum est adhuc præsens, idè semper irasci est cū tristitia, non tantum *concupiscibilis*, sed etiam cum tristitia *irascibilis*; & infra; quando autem acta vindicat, tunc actus eius est perfectus assimilatus fruitioni ex parte *concupiscibilis*. Nonne hæc facultas recipiens hanc fruitionem magna afficitur delectatione? ergo *mel*; sed cuius est *mel*, eius est *ira*; ergo.

Ut falsitatem prædictarum obiectio-
num, & repugnantiam, qua *concupiscibilis* repugnat irasci ostenderimus, notato ex littera Doctoris dolorē *concupiscibilis* sēper esse de præsentia primi dis-
cōuenientis, verb. grat. de carentia cibi: consulit nobis Scotus, dicens; *de alio dololet concupiscibilis scilicet, de carentia obiecti concupiti* nimirum cibi, similiter delectatio eius est de pacifica possessione primo *conuenientis*, quæ recepta in *concupiscibili*, v.g. equi, influit delectationē formali influxu; dolor autem *irascibilis* est de præsentia (nūm de ipsa præcisè inferius di. purabitur) secūdo disconuenientis, exempli causa equi rapacis, & delectatio eius est de effugatione vindicatoria, & punitoria eiusdem: nō enim *concupiscit tantum*, inquit Scotus, *amauere illud impediens*, nempe equum rapacē, sed etiam *ultra punire, & quando actu vindicat, tunc irasci eius est cum magna delectatione propria secundum Aristotelem 2. Rethoricorum ira viri quasi mel.*

Dicendū igitur est: antonomasticam *Conclaf*
concupiscibile nullatenus vniuocè posse
esse, vel appellari *irascibilem*. Probat
quia non irascitur, nec potest irasci, ve
neminem laet; ergo nec poterit esse,
vel nuncupari vniuocè *irascibilis*.

Respondetur ad argumentum negan-
do similitudinem illius antecedentis: li-
cet enim *irascibilis* verè concupiscat, ta-
men *concupiscibilis* nusquam irascitur, ve
patet apud omnes Doctores, præsertim
in littera Scoti in nostra conclusione, &
in fundamento præiactis.

Ad probationem illius antecedentis:
concedo in euentu obtentæ vltionis de-
lectatione affici, non solum *irascibilem*,
verum etiā *concupiscibilem*; nego ta-
men, quod delectatio huius erumpat ex
irā producta ab ea, quia (vt dictum est)
concupiscibilis nunquam elicit irā, seu
irationem.

Ad confirmationem: concedo om-
nes illas propositiones antecedentis; ne

go tamen consecutionem, quia supponit vnum absurdum, nempè, *concupiscibilem* posse *irasci*, quòd omninò fallum est, eò nimirum, quia *mel* concupiscibilis erumpit ex volitione non vtique vindice, seu punitoria, sed amplexoria primi conuenientis, verbi gratia, cibi assimilata *fruitioni*. Iumentum siquidem habens cibum fruitur illo, & ex hac fruitio, ne recepta in concupiscibili emergit *mel* talis concupiscibilis.

Cæterùm *mel* irascibilis excitatur ex volitione punitoria secundò *disconueniētis*, exempli gratia, iumentis rapacis, positiuè illud repellente, & vincēte: quæ quidem volitio vindicans, & vlciscens de inimico, mox vt recipitur in irascibili emergit *mel* eius: si autem talis volitio est eternis, ex receptione eius emergit *fel*; notato verba Scoti; *quia tamen actus eius est velle vlcisci*, si de facto non punit, orietur *fel* tristitiæ.

Vel si manus, dicitur; præfatū *mel* irascibilis erumpit ex receptione *nolitio- nis*, non quidem, inquit Scotus, *proprie refugientis* (sicut *concupiscibilis nolens refugit*) sed magis *respicientis*, siue repellentis, & vincētis inimicum, verbi gra. equum rapacem; & rationem reddit Doctor dicens: *quia irascibilis nolens nolitione positiua, & vindice repellit: non enim concupiscit tantum amouere illud impediens sed etiam ultra punire*; quando autem deficiunt sibi vires ad vincendum, & purgandum hostem, tunc ex receptione talis debilis, & impotentis *nolitio- nis* erumpit in irascibili tristitia: notato verba Scoti: *Quia tamen eius actus est velle vlcisci, vel nolle nolitione*, scilicet, repulsoria, & non repellit effectiue, seu executoriè, immò *obiectum nolitum non punitur, est adhuc præsens; ideo semper irasci est cum tristitia*. Vtrum autem hæc præcisè præsentia sufficiat, & sit

satis ad hanc tristitiam, in sequenti disput. sect. præsertim quinta inuestigabitur.



DISPUTATIO XIX.

In qua sigillatius, & minutatius examinantur præcedentis disputationis dubia.

SECTIO I.

Quodnam est obiectum delectationis concupiscibilis?



RESPONDEO: esse præsentiam, seu pacificam possessionem primi conuenientis. Hanc conclusionem tenet Scotus in 3. distinctio:

Scot. 3. d. 34 q. 1. val.

34. question. vnica, numero 10: dicens: *Concupiscibilis respicit illud, quod nullo alio posito circa ipsum, nisi sola apprehensione facta; natus est sequi actus delectandi, siue prosequendi*. Veritas huius conclusionis probatur à sufficienti diuisione: nam obiectum delectationis *concupiscibilis* necessariò debet esse, vel *delectabile*, vel primò *conueniens*. Maior propositio patet: quia à Doctoribus non assignatur; nisi illorum alterutrum. Minorè autem probo; nam secundò *appetibile*, ita simpliciter, & vniocè est *appetibile*, sicut primò *appetibile*; sed illud non est, nisi obiectum *irascibilis* (fortassis inductiue non elicitiuè, vt patebit infra sectione 10.) vt ingenuè ostendit Scotus; ergo delectabile præscindens ab vtroquè non potest dici obiectum *concupiscibilis* determinatè, sed obiectum, vel *concupiscibilis*, vel *irascibilis* indeterminatè, sicuti sensibile exteriorum sensuum præscindens à visibili, audibili, tangibili, &c. & commune ipsis perperam diceretur obiectum visus determinatè, sed obiectum, vel visus, vel auditus, &c. indeterminatè.

(?)

Q 3

SE+

SECTIO II.

Quodnam est obiectum doloris concupiscibilis?

Conclus.
Scot. ibid.

Respondeo: esse presentiam primi disconuenientis, verbi gratia, carentiae cibi respectu equi famelici. Hanc conclusionem tenet Scotus ibidem, dicens: *Concupiscibile respicit illud, quod ex se natum est esse disconueniens, ita quod nullo alio posito circa ipsum, nisi sola apprehensione facta, natus est sequi actus tristandi, vel fugiendi quantum est ex parte eius, & inferius, de alio dolet concupiscibilis, scilicet, de carentia obiecti concupiti, verbi gratia, cibi deliciarum, honoris, &c. & probatur; nam in opinione eorum, arduum in genere dolorosi est obiectum fugibile irascibilis, & non concupiscibilis; ergo secundum ipsos nequit esse obiectum doloris concupiscibilis, sed potius obiectum doloris irascibilis: patet: quia in eorum opinione, obiectum dolorituum, seu doloriferum, quatenus est circa arduitatem, existimatur esse obiectum concupiscibilis, quatenus vero contractum per ipsam, est obiectum irascibilis: sicuti, verbi gratia, substantia sentiens praecise est animal, & obiectum scientiae animalis; ut autem contracta per rationalitatem est iam homo, & obiectum scientiae hominis. Consultius porro erit cum Scoto obiectum doloris concupiscibilis esse presentiam primi disconuenientis, verbi gratia, cibi, deliciarum, aurae popularis, &c.*

SECTIO III.

Quodnam est obiectum delectationis irascibilis?

Conclus.

Respondeo: esse ipsum secundum disconueniens victum iam, & punitum: esse inquam ipsum inimicum, & hostem, verbi gratia, equum rapacem effugatum iam, & digna pena multatum executorie, quae quidem effugationis, & condignae pena multationis executio oritur ex volitione quadam valida irascibilis

viribus, & robore praualentis, vel ex nolitione eiusdem potentis respicere, repellere, & castigare; quam primum enim, ut talis praepotens volitio, vel nolitio, seu appetitio, vel renuentia (facultas siquidem sensoria appetitiua abusiue non proprie dicitur velle, & nolle) recipitur in irascibili, erumpit in ea ingens dulcor, & delectatio, ut ostensum est in vltima sectione praecedentis decimaseptimae disputationis. Legito eam.

SECTIO IV.

Appendix.

Quidnam est obiectum maestitudinis, doloris, seu tristitiae irascibilis?

Respondeo: esse idem secundum disconueniens inuictum, & impunitum, neque effugatum, sed potius praesens, equum verbi gratia, rapacem subtrahentem cibum priori equo ius habentis in praesepium, ut patet ex illis verbis Scoti relatis in eadem vltima sectione huiuscemodi: *Quia tamen eius actus, nempe irascibilis est velle vlcisci, vel nolle nolitione, videlicet, repulsoria, & tamen non repellit de facto, immo obiectum nolitum non punitum est adhuc praesens; ideo semper irasci est cum tristitia: hoc enim in euentu, quia ipsum secundum disconueniens est robustius & valentius, ideo migrat in punitorium, & offensorium; illud autem cui (contra iustitiam) est disconueniens, quia eneruius, & inualidius, inde corrui in punibile, & offensibile, tamen indignè, & iniuste: equus in quam, verbi gratia, rapax, quia viribus est praestantior, & validior priori equo praesepium iure possidenti, propterea assurgit in punitorium, & offensorium actiue: contra vero hic alter praiceps ruit in punibilem, & offendibilem passiuè, & de facto offenditur indignis imè, atque adeo merore conficitur, & maestitudine, cuius meroris, & maestitudinis obiectum est ipsum secundum disconueniens praesens, ut docet*

Scotus,

???

SE-

SECTIO V.

Appendix.

Virum hac precisè, præsentia obiecti non puniti sit satis ad tristitiam huius vtriusq; facultatis?

Conclus.
Scoti.

Respondet Scotus quòd nò; sed quia impedit illud, quod est primò conueniens appetitui, puta gustatio canis cibù, prohibès autè cibum. & remouens offendit animal concupiscès, & ius præhabens in cibù. canis inquã rapax offendit priorè canem còcupiscèntè, & ius præhabentè in prædictù cibum, illoq; fruèntè, & in tali frutione de iure continuandum: quamobrem concupiscibilis prioris canis tristatur de primò disconuenienti, & fugibili, scilicet de carentia cibi; irascibilis autem de secundò disconuenienti, & fugibili, nempe de cane rapaci impediènte prosecutionem cibi, quam si non præpediret, non offenderetur, nequè tristaretur; igitur præsentia sola precisè non est satis ad tristitiam inferendam, sine comite impeditioe. Hac sufficiant pro Sectione.

SECTIO VI.

Appendix.

Quare quãdo irascibilis equi possidentis præsepe Domini sui, vincit alienum equum rapacem, delectatur concupiscibilis illius prioris equi?

Conclus.
Scot. ibid.

Respondeo: quia pacifica possessio, qua possidet suum primò conueniès, nempe cibum, illoquè fruitur, recipitur in ipsa concupiscibili. Hanc conclusionem tenet Scotus nu. 10. dicens: *quando irascibilis habet actum, perfectum nimirum, quando actu vindicat, tunc actus eius est perfectus assimilatus frutioni, ex parte concupiscibilis: & superius, concu-*

piscibile, idest facultas concupiscibilis respicit illud, quod ex se natù est esse primò conueniens, ita quòd, nullo alio posito circa ipsum, nisi sola apprehensione facta, natus est sequi actus prosequendi, & iterù, talia non respicit irascibilis, idest nò concupiscit primo appetibilia.

Quia ergo eiusmodi prosecutio, qua concupiscibilis prosequitur, attingit, & pacificè possidet suum primò conueniès, nempe cibum, quo & fruitur, & recipitur in ipsa, ideò delectatur, vt narrat conclusio.

SECTIO VII.

A quibusnam causis elaboretur præfata frutio?

Conclusio?

Respondeo: ipsam elicitiuè, & productiuè elaborari à concupiscibili, inductiuè autem ab irascibili.

Prima pars huius conclusionis patet ex verbis in fine præcedentis sectionis relatis.

Secunda etiam patet ex illis alijs initio eiusdè Sectionis expressis huiusmodi. *quando irascibilis habet actum, &c.* quasi diceret: *quando irascibilis habet irasci perfectum, tunc ex hac iratione perfecta, & victrice inducitur frutio concupiscibilis, ex qua frutione recepta in ipsa, erumpit passio delectationis in eà.*

Ex hac conclusione, & ex conclusione præcedentis Sectionis legitime intulerim; quòd ad hoc, vt concupiscibilis fruatur aliqua re; tanquam primò conuenienti, & delectetur in ea, non est necesse sit primò conueniès, fruibilis, & delectabilis in rei veritate; sufficit sit talis apparenter, & existimanter, seu apprehensorie: hoc sibi vult Scotus dum ait: *secundam apparentem rationem: & superiusculè, sola apprehensione facta quòd sit primò conueniens, natus est sequi actus delectandi, siue prosequendi.*

Percontaberis: quòd discrimen versatur inter actum delectandi, & prosequendi?

Dubium.

Respondeo: nullum in ratione actus materialiter sumpti, vt insinuat Doctor illo termino siue: eadem enim volitio, seu concupitio profectrix primò conuenientis, & terminata ad ipsum, statim

Respond.

vt recipitur in *concupiscibili* erupit passio delectationis in ipsa.

SECTIO VIII.

Appendix.

Quare quando equus rapax superueniens vincit priorem ius habentem in præsepium Domini sui, tristatur concupiscibilis huius prioris?

Respondeo: quia priuatur formali fructione, qua fruebatur suo primò *conuenienti*, nempe cibo. Hanc conclusionem tenet Scotus ibidè dicens: *quando irascibilis habet actum imperfectum, quando scilicet desiderat vindicare, sed nõ vindicat, id. ò irasci suũ, seũ iratio, quoties id accidit est cum tristitia concupiscibilis.*

Ex hac conclusione infero: priuationem fructione formalis *concupiscibilis*, qua iure fruebatur, vel fructus erat suo primò *conuenienti*, scilicet cibo, induciue esse effectũ irationis imperfecte, & eneruis elicite ab *irascibili*; effectiue autem, seũ elicitiue (per modũ priuationis, vel negationis) esse effectum ipsius *concupiscibilis*: patet; quia hæc est, quæ non futuratur suo primò *conuenienti*, nempe cibo domini sui: ergo ipsa est quæ contra ius arcetur ab elicitione talis fructione; & per consequens priuatio, coercitio, seũ impeditio passiuæ fructione elicitiue effectiue per modũ priuationis erit effectus ipsius *concupiscibilis*.

Vel si maui, dicito; quòd *ineffectiue, inelicitue* est ipsius *concupiscibilis*: induciue autè est effectus irationis imperfecte, & eneruis elicite ab *irascibili*. Cõsulunt nobis Scoti allata verba, *ideo irasci enerue est cum tristitia concupiscibilis*, tunc mehercule, *quando habet actum imperfectum*, idest *irasci imperfectum*, & debile, *quando scilicet desiderat, &c.* Etiã potest inferri, quòd ad hoc, vt *irascibilis* equi prioris possidentis præsepium irascatur imperfecta, & enerui iratione, & consequenter eius *concupiscibilis* priuetur sua fructione, & ex recepta

priuatione, seũ ex nõ receptione debite fructione, tristetur, non esse necesse, vt equus rapax superueniens sit valentior illo in rei veritate, sed satis est apprehendatur vt talis ab *imaginatiua* prioris equi. Consulunt nobis Scoti in præcedenti sectione allata verba, *secundum rationem apparentem*: hæc alia quæ subdit; *propter apparentem parui pensionẽ*. Item legitime potest inferri, quòd ad hoc, vt irascatur iratione præscindente à perfecta, & imperfecta, & communi vtrique, satis superque esse prædictam apparentem parui pensionem, seũ malitiã equi rapacis, apprehensam vt talem à priori equo ius habente in cibũ. Hæc sufficiant pro hac octaua sectione.

SECTIO IX.

Appendix.

Vtrum irascituum præscindat à punitorio, & à punibili, & sic commune vtrique?

Negativa sententia videtur colligi ex illis verbis Scoti num. 10. dicens: *igitur obiectum irascibilis est vindicabile, seũ punibile, quòd possit dici irascituum*: en quomodo insinuare videtur *punibile, vindicabile, & irascituum*, quasi synonyma esse, & identidem prorsus, perinde atque *sentiens rationale, & homo, seũ sentiens rugibile, & Leo*. Deinde mox immediate videtur tenere aliam contrariam priori extremæ sententiam, dicens: *Vel vltiori modo loquendi offendens*: nunc sic: *Offendens offensorium, & punitorium* idem omninò sunt; ad summum distinguuntur tanquam agens in actu primò, & agens in actu secundò.

Ex his sanè duobus loquendi modis inuicem contrarijs extremè, legitime videtur collectum iri, vnde quaque esse impossibile, quòd *irascituum* præscindat à *punitorio, & punibili, & sit commune vtrique*.

Immo existimarim, ex hac ipsa extrema contrarietate iuncta cum disiunctiua, vel, manifestè, & consonè menti Scoti inferri *irascituum* ab vtroque præscindere, & commune esse vtrique, sanè qui diceret: *Animal, est rationale, vel ir-*

Parsagat

rationale, eò ipso cerneretur concedere ipsum ab utroque præscindere, & utriq; esse commune. Hæc sufficiant pro hac Sectione commentatrice.

SECTIO X.

Appendix.

Verum sit probabile in doctrina Scoti irascibilem non posse concupiscere secundò appetibilia, nequè renuere secundò fugibilia, & perconsequens, nec posse esse, vel appellari vniuocè concupiscibilem?

1. Opinio.

Quoniam in secunda conclusione Sectionis quinta, d'putationis decimæ septimæ promisi hanc difficultatem peculiari Sectione inferius me disputatū ire, inde cogor ipsā excitare, & conclusionē menti Scoti d'remere. Picigianus noster, vir utique doctissimus, & in Doctrina Scoti valde versatus, ad eò in hæsitanter adhæret negativæ sententiæ, ut nec suspicatus sit probabilitatem affirmatiuam, ut videre est in illo suo tertio articulo.

Picigiani.

2. Opinio. Auctoris.

Ego quippè existimarim eā iuxta mentem, & litteram Scoti esse valde probabilem, & fortassis probabiliorē, ut legitime colligere possumus ex his verbis supra disputatiōne 17. Sectione 4. & 5. relatis: *actus adequatus irascibilis est irasci, sicut &c.* Pro cuius resolutione est notandum; visum tō sibi sibi videre, verum etiam alijs potentijs, & partibus corporis, nimirum auditui, olfactui, pedibus, manui, capiti, &c. instar pueri ducentis, cæcum, videntis tam huic, quàm sibi ipsi: certè dum intueor aliquem, Monachum, chorum ingredi ad gannendum potius, vocem què per nares mittendum, quàm ad canendum, mox hæc visio mouet appetitum auditus mei ad fugam, & foras exeundum: si autem videro alium ingredi, qui incūda & canora voce modulari astuecit, tunc eiusmodi visio allicit appetitum aurium, ut expectent, & libenter auscultent.

Similiter auditus, & sibi, & alijs potentijs, & partibus præfatis audit: audi-

to siquidem strepitu molis super me ruētis, illic talis auditio mouet manus, ut se se eleuet, & caput arceat, & protegāt: unde si in hoc euentu percontaremur eas, quare sursum vos eleuatis? responderēt (os & lingua pro eis) quia vidimus, vel audiimus tegulas domus supra caput cadere. Et si cæcum percontaremur, quare qua veni bas viam motu recto non continuasti? consulto responderet, quia vidi offendiculum, in quo pede pertingente procumbere. & labi periclitabar: quibus nam oculis? pueruli me dirigentis, & docentis.

1. Conclusio Scoti.

Dicendum est, valde probabile esse irascibilem, suapte propria vi irascitua, non posse elicere concupitionem secundò appetibilem, nequè renuentionem secundò fugibilem, & perconsequens, nec posse esse, vel appellari vniuocè concupiscibilem, sed æquiuocè, siue abusuè. Hanc conclusionē cernitur tenere Scotus in littera, cuius veritas ingenuè probatur argumento illo à nobis extracto contra primam conclusionem Sectionis quintæ disputatiōnis 17. quod est huiusmodi: nulla potentia potest resilire, & prorūpere actiue, seu elicitiue extra metas sui adequati actus: sed actus adequatus irascibilis est irasci, ergo non potest resilire in concupitionem secundò appetibilem, & renuentionem secundò fugibilem. Consecutio benè infertur: quia isti duo actus non cohibentur intra metas ipsius irasci, quia potius extrà luxuriantur. Maior propositio neminem sanæ mentis latere potest; nam qui fieri potest, ut auditus elicitiue dirumpat extrà metas ipsius audire, visus extrà metas sui videre, & intellectus extrà terminos ipsius intelligere. Minor autem probatur ex verbis Scoti relatis in quarta, & quinta Sectionibus iam citatis: *actus adequatus irascibilis est irasci, sicut actus adequatus intellectus est intelligere.*

Probabilius, porro est irascibilem non posse concupiscere, & renuere elicitiue, & consequenter, nec posse esse, vel appellari vniuocè concupiscibilem. Confirmatur; quia prædicta locutiō actus adequatus irascibilis est irasci, &c. suo prægenio videtur resolutior, & conclusio-nator, quàm illa alia, in qua insinuat Doctor irascibilem concupiscere, & renuere, quæ suo prægenio videtur argumentatior: & quamuis respondeat quibusdam argumentis contra eā astru-

ris,

ctis, tamen ipsa etiam *responsio* fortassis magis redolet subtilitatem, & acrimoniam ingenij respondentis, quàm veritatè sermonis. Notato *ly sicut intelligere*, & quod Romana Ecclesia expunxerit in oratione immaculatæ Cõceptionis Mariæ, illos duos terminos, *sicut, & ita*; vt insinuet nos non fuisse conceptos sine culpa originali, sicuti ipsa cõcepta fuit.

Obiectio.

Quòd si semper contendas Scotũ expressè fateri *irascibilem* verè concupiscere secundò *appetibilia*, & renuere secundò *fugibilia*; ergo ita simpliciter, & vniuocè concupiscit, & renuit, sicuti ipsa antonomastica *concupiscibilis*. Respondeo distinguendo antecedens; vel motiue, & inductiue; vel elicituè, & productiue: in primo sensu locutus est Scotus, non in secundo: quod sanè munus inductionis est familiare, & frequens alijs etiam potentijs ergà alterutras vitro citroq; nã visus sua visione inducit auditum ad eliciundas suas auditiones, vel ad reprimendas: & auditus mouet, & inducit visum ad elicitionem suarum visionum, seũ ad continentiam, abstinendo se ab earum productione, vt patet in fundamento ante conclusionem præiactò. Sic ergo iratio elicit a *irascibili* inducit *concupiscibilem* ad appetitionem eliciendam erga secundò *appetibilia*, & ad producendam renuicionem, & fugam repulsoriam erga secundò *fugibilia*: & interdum, immò sæpe sæpius gratia auxilians mouet voluntatem viri religiosi, vt imperet auditui auscultare in choro Monachum, *que ganguea crudelmente*, & imperat visui, *que se mortifique à mirar vnas narices carnasas*. Sed dicens: cõcupitio secundò *appetibilem*; & renuicio secundò *fugibilem* eliciuntur, & recipiuntur à sola & in sola *concupiscibili*; ergo *irascibilis* nõ habet vnde delicietur & doloricetur, tristetur, & delectetur.

Obiectio.

Resp.

Respondeo negando consequentiã: quia ipsa est que elicit irationem inductricem concupitionis, & renuicionis, & recipit simul, cuius receptio sufficit ad hoc, vt tristetur, & delectetur in sensu supra explorato.

2. Concluf.

Vltimò dico: vtrãq; opinionè posse defendi cõsonè assertis Scoti, neq; enim ipse ex professo de his difficultatibus disputauit. Prior tamen illa ynũuersalius: & asseuerantius defenditur ab ipso, vt patet: & argumenta contra eam hic astrueta sufficienter ibi sunt soluta.

DISPVATIO XX.

De distinctione irascibilis, & concupiscibilis promanãte alio ex fonte, quàm ex obiecto.

SECTIO I.

Verum concupiscibilis, & irascibilis sensoria distinguantur subiectiue?



Respondet Scotus affirmatiue in fine num. 12. dicens: *Et ex hoc sequitur, quod irascibilis, & concupiscibilis in parte sensitua habent diuersa organa, & subiecta.* Veritatem huius conclusionis probat dicens: *quia idem non posset moueri simul diuersis specie motibus: sed motus, quo mouetur organum, & subiectum irascibilis est diuersus specie à motu, quo mouetur subiectum, & organum concupiscibilis; ergo necessariò erunt diuersa.* Minorem probo cum Doctore: quia motus, quo mouetur organum, & subiectum irascibilis, est calefactio; motus autem quo mouetur concupiscibilis est frigefactio, qui duo motus est impossibiles, quòd exerceantur in eodem organo, & subiecto, sed in diuersis. Confirmatur: quia sunt extremi, & non, medij, sicut tepefactio, quæ nec simpliciter, & vniuocè est frigefactio, nequè calefactio.

Obiectio.

Sed dices: Scotus non vtitur hoc termino *frigefactio*; sed potius hoc alio *restrictio*, vt patet in hoc periodo, seu clausula: *quia ille*, nempe dolor *concupiscibilis est cum restrictione*:

Resp.

Fateor, ego autem maioris claritatis gratia vsus sum termino *frigefactio* opposito, re, sono, & nomine huic termino *calefactio*, & quia tã tandem est vt vno, aut altero: nãm *rarefactio* facta per calorem materiale, & *restrictio* exercita per frigus materiale, etiam sunt materiales.

rialissimi motus, & extremissimi, atque a leō necessariō exercebuntur in diuersus subiectis.

D. bium 1. Percontaberis, quo in euentu *concupiscibilis*: verbi gratia, equi possidentis præsepe Domini sui frigescit, & restrigitur, vt ex receptione huius frigiditatis, & restrictionis doleat, & meretur?

Soluitur. Respondeo, quando à superuenienti rapaci equo vincitur, & priuatur suo iure.

Dub. 2. Quare in eodem euentu & tempore *irascibilis* eiusdem calefit, & rarefcit, vt ex receptione eiusmodi duorum motuū dolore afficiatur, & mæstitudine? Respondeo;

quia talis calefactio, & rarefactio sunt enerues, & inualidæ ad vincendum, repellendum, & castigandum equum rapacem. Quare quando de facto repellit, vincit, & punit, etiam calefit, & rarefcit, & tamen non meretur nequē tristitia afficitur ex receptione talis calefactionis, & rarefactionis? Respondeo;

quia sunt perfectæ, & vindices, & executoriē vincunt.

Hinc constiterit discrimen mæstitudinis *irascibilis*, & *concupiscibilis*; quod mæstitudo huius erumpit ex recepta frigectione, & restrictione, illius verō ex recepta calefactione, & rarefactione; nūquam enim frigescit, nisi quando timetur.

Hinc etiam constiterit, quod calefactio *concupiscibilis* temper, & vbiquē determinatē influit lætitiā, & nunquam tristitiam, calefactio autem *irascibilis*, modō hanc, modō illam, quamobrem, vt precisē calefactio, nequē est lætix doloris, nequē gaudij, sed præscindit, est communis vtriquē.

D V B I O L V M.

Appendix.

Vtrum quando irascibilis timet, possit dolore affici facultas concupiscibilis?

VIdetur quod sic: quia vtraquē passio, nempe, tam timor *irascibilis*, quam dolor *concupiscibilis* assurgit ex frigectione recepta, timor quidem ex ea, quæ recipitur in *irascibili*, dolor verō ex illa, quæ recipitur in *concupiscibili*,

qui duo motus non sunt contrarij, & extremi.

Respondet Doctor negatiuē, dicens: *Timens, quanto magis timet tanto minorem dolorem habet ipse concupiscibilis*; ergo distinguuntur tūm obiectiuē, quia dolor est de malo præsentis, timor de futuro imminente, tūm subiectiuē, quia hic est in *irascibili*, ille in *concupiscibili*.

D V B I O L V M.

Seū Sectiuncula III.

Quare quando irascibilis timet non irascitur?

FACILIS est responsio: quia passio timoris necessariō causatur ex frigectione, & non ex calefactione, tunc sic: iratio est quædam calefactio, & sanguinis circa cor accensio; repugnat autem, quod sanguis eiusdem partis cordis, simul in eodem tempore caleseat, & frigeat: ergo. Notato verba Scoti: *Nullus enim maxime timens irascitur, secundum Philosophum, 2. Rhetoricor. & infra: Doctor autem irascibilis fit cum calefactione, quæ est accensio sanguinis circa cor.*

Aristote.
Rhetor.

SECTIO IV.

Quænam sint præfata distincta, organa irascibilis, & concupiscibilis?

I**N** prima sectione decreuimus cum Doctore: *Irascibilem, & concupiscibilem* distincta habere organa, & subiecta; meritō igitur in præsentiarum sciscitamus, quænam ipsa sint.

Prima opinio est Medicorum, asserentium, subiectum, organumque motuum *concupiscibilis* esse iecur, *irascibilis* autem cor.

1. Opinio Medic.

Secunda opinio est Scoti, insinuantis, vtramquē facultatem peruagare totum corpus, eius omnes partes, & potentias interiores, & exteriores, & in singulis fortiri diuersa organa, & subiecta, in corde, in visu, in olfatu, in auditu, in tactu, &c.

2. Opinio Scoti 3. d. 34. q. vnic.

&c. Notato verba Scoti, num. 13. *non tamen est tanta distinctio horum in voluntate, quanta est in appetitu sensitivo, quia voluntas non est organica.* Tataricus in eadem quæst. vnica, distinct. 34. pagina 210. columna 2. ait: *aliud est organum doloris concupiscibilis, & est vna bursa circa ventrè, quæ clauditur quando est gaudium in concupiscibili; sed non est sic de irascibili, quia facit accendere sanguinem circa cor.*

1. Concluf. Dicendum est: consonè arti chirurgiæ *irascibilem* in corde sedem sortire in ventriculo sinistro, in oculis in humore cristalino, in auditu in tunica interiori aerem ambienti.

2. Concluf. Secundò dico: *concupiscibilem* in corde sedem organicam habere, in corpore carnosò, in visu, in musculis ipsius oculi, in auditu, in ossiculis *incudi*, & *alatoidi* existentibus in interiori parte auditus. Ita Medici quos consului, qui asserunt opinionem Scoti sic explicatã veritati esse consentaneam.

Obiectio. Sed contrã disput. 17. sect. 2. conclusione 3 eodocimus *irascibilem*, & *concupiscibilem* sensitivas solum distingui formaliter, & non realiter; atqui si diuersas haberent sedes organicas, & subiectiuas necessariò distinguerentur realiter: ergo.

Resp. Respondeo distinguendo minorem: vel diuersas quò ad actus primos, vel diuersas quò ad secundos: in primo sensu concedo, in secundo nego: quia igitur *irascibilis*, & *concupiscibilis* non habent diuersas organicas sedes quò ad suas essentias, seu actus primos, idè sunt idè realiter, sanè actus primus *irascibilis* æquè residet in corpore carnosò cordis, sicuti in sinistro ventriculo, & *concupiscibilis* similiter, tamen actus secundi, seu motus consoni actui primo huius non exercentur, nisi in corpore carnosò, illius verò in sinistro ventriculo. Similiter in oculis, actus primus vtriusquè consistit in humore cristalino, & in musculis oculi, tamè *concupiscibilis* motus exercet homo, vel animal in his; *irascibilis* verò motus in cristalino humore. Similiter primi actus, seu essentia admiratiuitatis, *risibilitatis*, & *flexibilitatis* quæ formaliter diu taxat disident, inter se, in toto homine resident, & tamen motus consonos *flexibilitati* exequimur in oculis, consonos *admiratiuitati* in organis interioribus capitis, congruos *risibi-*

litati in labijs, dentibus, siuè ore. Rationali porrò vndequaque còsentaneum est, vt distincta organa assignentur *irascibili*, & *concupiscibili* sensitiuis. Còfirmatur; nãm in Schola Scoti, in ipsius animæ rationalis *voluntate* immaterialissima diuersa assignantur organa his duabus facultatibus; ergo multo magis in corde, in visu, in auditu, & in alijs potentijs materialibus. Consecutio benè inferret. Antecedens in sequentem disputationem differtur ostendendum. Quinam potentiarum actus primi habent diuersa organa? Respondeo; quòd actus primi visus, auditus, olfatus, gustus, & tactus saltem, & fortassis interiorum sensuũ veritatis estimatiuè, &c. Hinc apparet, quòd etiam si sequamur Medicorum priorem sententiam, impunè seruare valeamus identitatem realem illarum facultatum.

Dubium
Resp.

DISPUTATIO XXI.

De distinctione irascibilis, & concupiscibilis rationalis animæ separatæ à corpore.

SECTIO I.

Verum fas sit præfatis irascibili, & concupiscibili diuersa assignare organa in voluntate rationali?



RESPONDEO affirmatiuè. Hanc conclusionem tenet Lichetus iuxta mentem Scoti in 3. d. 26. q. vnica, folio 95. col. 3. vbi asserit, quòd voluntas, vt *affecta affectione iustitiæ* obtinet rationem vnus organi, subiecti, vel susceptiui; & *inquantum est affecta affectione commodi* sortitur rationem alterius organi, subiecti, & susceptiui. Hinc inferret: quia *charitas perficit voluntatem inquantum est affecta affectione iustitiæ, & spes perficit eam inquantum est affecta*

1. Concluf.
Liche. in 3.
d. 26. q. vni.
Ad mentem
Scoti.

affe-

affectione commodi, idè istæ virtutes distinguuntur propter distincta susceptiva, organa & subiecta.

SECTIO II.

Appendix.

Virum hæc nomina irascibilis, & concupiscibilis uniuocent sensitiuas, & rationales sic appellatas facultates?

PARTEM negantem videtur tenuisse tomo 2. meorum in quartum Commenrariorum disp. 5. Sectiuncula 5. dicens. Quò circa obseruandum est cum Tatareto, pagina 238. col. 2. potentiam irascibilem esse bimembrem alteram proprie sumptam, & aliam improprie, & per quandam similitudinem sic nuncupatam; & inferius; voluntas prout subest amori, quo vult bona commodi, dicitur concupiscibilis; in quantum verò diuerso subest actui, quo vult, & imperat vindictam sui, vel alterius, dicitur irascibilis, saltem largo modo.

Partē negat.

Dicendum est, affirmatiuam sententiam esse probabiliorem, & magis cōsentaneam assertis supra relatis Scoti. Veritas huius conclusionis probatur sic; prædictæ duæ facultates in voluntate, seu in parte rationali, ita habet distincta simpliciter organa, & subiecta, sicuti in parte sensitiua, ergo æquè uniuocè erūt, & appellabūtur irascibilis, & concupiscibilis, sicuti sensibiles. Cōsecutio bene inferitur; nam ratio quare cōmuniter à Doctōribus negantur voluntati istæ duæ facultates, est, quia ipsa nō est cōpos diuersorū organorum, & subiectorū, quibus insidere possint. Antecedens probatur; quia illæ duæ formalitates, quibus coalescit voluntas, seu appetitiua rationalis, ita simpliciter, & uniuocè sunt distinctæ, atquè sunt organa, quæ habentur in appetitiua sensoria; ergo. Antecedēs huius secūdi enthimematis patet; quia omnes illæ distinctiones Scoticæ ex natura rei uniuocè sunt distinctiones, quia sola distinctio rationis est æquiuocè distinctio. Legito quæstionem de uniuocatione entis, in mea Logica, discipulorum meorum manu olim scripta.

Conclusio affirmatiuæ partis.

Sed obijciat quis: non est maior ratio quare in voluntate constituamus plures formalitates, quam in intellectu;

Obiect. x.

R ergo

Tatar. 3. d. 13. q. 2. fol. 94. col. 2.

Scot. 3. d. 17. q. vn.

* Quæsto Resp.

Quid iuris de his duabus affectionibus? Respondeo: ipsas non esse actus elicitos à voluntate, sed duas præuias formalitates. Notanda sunt verba Tatareti in 3. d. 13. q. 2. fol. 94. columna 2. dicentis: Nota quod Scotus in hoc tertio dist. 26. & 15. ponit duas formalitates in voluntate: vna vocatur affectio commodi; alia affectio iustitiæ & inferiusculè; ista affectio commodi est subiectum receptiuum spei; & inferius. affectio iustitiæ est receptiua fruitionis; & iterum: grãtia ipsa ponitur in affectione iustitiæ subiectiue. Cōsultat ei Scotus in 3. dist. 17. quæst. vnica, numero 4. dum ait: Dicitur voluntas naturalis, vt elicit actum conformem inclinationi naturali, quæ semper est ad commodum præuia actui consonè sibi elicitio; igitur hæc commoditoria affectio non est actus elicitus, sed formalitas ipsius voluntatis distincta formaliter ab ipsa, instar risibilitatis ab homine.

Quomodo vocatur formalitas affectionis iustitiæ? Respondet Tataretus vbi supra dicens; Alia est affectio iustitiæ, quæ est libertas voluntatis. Cōsultat Tatareto Scotus dicens; Dicitur autem libera in quantum in potestate eius est ita elicere actum oppositum inclinationi, sicut conformem, & non elicere, sicut elicere; vera igitur est nostra conclusio, quæsitio in titulo Sectionis responsoria, nimirum fas vndequaue, immò necessarium irascibili, & concupiscibili intellectualibus, seu rationalibus diuersa assignare organa, subiecta, vel susceptiua in ipsa voluntate rationalis animæ, etiam à corpore separata.

2. Conclus.

Secundò dico: eiusmodi diuersa organa, & subiecta, seu susceptiua esse duas formalitates distinctas sola formali, non reali distinctione.

3. Conclus.

Tertiò dico; alterutram harum formalitarum esse naturalem inclinationem ad bonum commodi: aliam verò libertatē contradictionis, & contrarietatis. Veritas harum conclusionum factis patet ex locis relatis

à Licheto, Tatareto, & Scoto.

(.)

†††††

ergo volūtaria prorsus est, & ficticia præfata duarum in voluntate formalitatum constitutio. Antecedens probo; nā etiam intellectus impressa sibi specie intelligibili educta per obiectum à potentia passiva ipsius, migrat in memoriam: & postea, producta actuali intellectione per intellectum, & per speciem ipsam, mox migrat in intelligentiam; igitur fas erit illam priorem *migratiuitatem* in memoriam, & hanc posteriorem *migratiuitatem* in intelligentiam, appellare duas distinctas *migratiuitates*, & formalitates. Vel si maus dicito: quod impunè poterimus illam priorem speciei *educibilitatem*, seu *receptiuitatem*, & posteriorem actualis intellectionis *educibilitatem*, vel *receptiuitatem* duas recensere formalitates.

Resp.

Responsio huius obiectionis differtur ad peculiarem Sectionem, in qua exactè (Deo dante) rimabimur, vtrum cuiusmodi in intellectu abstractæ formalitates se gerant instar *animalitatis*, & *humanitatis*, ita vt illa prior *migratiuitas*, *receptiuitas*, seu *educibilitas* speciei intelligibilis imbibatur in posteriori *migratiuitate* *receptiuitate*, & *educibilitate* intellectionis, sicuti *animalitas* in *humanitate*, vel an potius se gerant tanquam differentia disparata.

Ad illam meorum in quartum Commentariorum sententiam respondeo; ibi me non disputasse de hac difficultate, vt satis perspicuè insinuauit illa clausula, *saltem largo modo*; notato terminum *saltem*.

Obiect. 2.
Arist. 3.
Ethic.

Sed obieci nobis aliquis; Aristotelem in sola parte irrationali *irascibilem*, & *concupiscibilem* constituentem, vt patet Ethicorum 3:

Resp.

Respondeo; ibi Philosophum omnes potentias præter *intellectum* irracionales recensuisse, quæ veritas liquescet attentè legenti. Hæc sufficiant pro hac Sectione.

? ?



DISPUTATIO XXII.

De multiplici discrimine mutuato inter formalitatem naturalis inclinationis, & formalitatem libertatis contradictionis, & contrarieratis voluntatis rationalis.

SECTIO I.

Vtrum illa naturalis inclinatio voluntatis sit actiua, vel passiuæ?



RO tituli Sectionis declaratione est prenotandum: duobus modis aliquas operationes posse dici esse voluntatis rationalis, seu liberæ: vniuoce videlicet, & æquiuocè: priores illæ sunt, quæ ab ipsa eliciuntur liberè, siue libertate contrarieratis, vt *volitiones*, & *volitiones*, siue liberè libertate contradictionis, vt *velle*, & *non velle*; *nolle*, & *non nolle*: posteriores verò sunt illæ, quæ naturali necessitate erumpunt à formalitate illa, quæ nuncupatur *naturalis inclinatio*, seu *affectio commodi*, vel etiam *naturalis voluntas*, quæ æquiuocè, & nõ vniuoce dicitur *voluntas*. De prioribus sciscitatur Sectionis titulus, vtrum videlicet, illa *naturalis inclinatio*, siue *affectio commodi*, vel *naturalis voluntas* sit actiua, vel passiuæ potentia, siue facultas respectu ipsarum.

Respondeo; neutram è duabus. Hanc conclusionem tenet Scotus in 3. d. 17. quæstion. vnica in fine, dicens; *Voluntas naturalis, vt sic, non est voluntas, neque potentia actiua, vel passiuæ respectu operationum liberarum, sed tantum dicit inclinationem potentia, nempè voluntatis, ad recipiendum perfectionem, non ad agendum.*

Conclusio
Scot. 3. dist.
17. q. vn.

Sed

Sed ubi (percontor) recipienda est illa perfectio, nempe operatio libera, tanquam in organo, & subiecto?

Respōdeo: quod in formalitate libertatis non ipsius naturalis inclinationis. Consultit nobis Lichetus ibi, fol. 72. col. 1. dicens: *Vnde naturalis voluntas non tendit ad operationes liberas eff. ctive, neque passive*: quando quidem nec eliciuntur à formalitate *naturalis inclinationis*, neque recipiuntur in ipsa, tanquam in organo, & subiecto, sed potius eliciuntur à formalitate *libertatis*, tanquam à principio *quo*, & recipiuntur in ipsa, tanquam in organo, & subiecto saltem, *vt quo*. Tataretus ibidem pag. 134. col. 1. *Voluntas naturalis non est voluntas*, nempe libera, siue operationum libertate compositum elicitiva: & inferiusculè: *Voluntas naturalis non est potentia actiua*, vel passiva operationum liberè elictarum: supra distio. 13. quæst. 2. pag. 94. col. 2: dixit: *affectio commodi non est elicitiva operationis alicuius liberae*. Expressius loquitur Lichetus, quam Tataretus negando formalitati *naturalis inclinationis* non solum actiuitatem, & elicitiuam, sed etiam receptiuam operationum spontanearum, *vt patet in ly neq. passive*.

Prima pars huius conclusionis perspicillè probatur: nam omnes vno fatentur ore operationes liberas libertate contrarietatis, & contradictionis elici à voluntate, *vt voluntas est*, idest quatenus liberrima est, igitur formalitas, quæ à Scoto appellatur *libertas*, erit principium, *vt quo* elicituum earum: & voluntas ipsa, quatenus præcisè dicens talem formalitatem, erit principium, *vt quod* earūdem: sicuti, exempli gratia, *rationalitas* est principium, *vt quo* ratiocinationum: & homo, *vt rationalis* præcisè, est principium, *vt quod* earum. Similiter secundū opinionem Medicorum relata à nobis sect. 4. disp. 19. principium, *vt quo*, motuum *concupiscibilis* est ipsa *concupiscibilis*, *vt* residens virtualiter in *epate*, seu *icore*; principium autem, *vt quod*, est *animal*, *vt* constans præcisè *icore*. Secundū autem opinionē Scoti, principium, *vt quo*, prædictorum motuum est ipsa *concupiscibilis*, *vt* residens virtualiter in parte *carnea cordis*, *vt* residens in *musculis oculi*, *vt* residens in *ossiculis incudi*, & *alatoidei aurium*; principium autem, *vt quod*, est ipsum *animal*, *vt* constans præcisè hisce partibus.

Contra verò: *irascibilis* (secundum opinionem Medicorum) *vt* residens in corde præcisè est principium, *vt quo*, suarū *irationum*; principium autē, *vt quod*, est *animal*, *vt* præcisè constans *corde*. Secundum autem opinionem Scoti, principium, *vt quo*, earūdem *irationum* est *irascibilis*, *vt* residens virtualiter (credet enim, quod formaliter *concupiscibilis*, & *irascibilis* non resident, nisi in toto distincto à partibus) in *ventriculo sinistro cordis*, in humore *crystalino oculorum*, in *tunicula interiori aerem ambiēti aurium* præcisè; principium autem, *vt quod* talium *irationum* est ipsum *animal*, *vt* præcisè constans *ventriculo sinistro cordis*, *humore crystalino oculorum*, *tunicula interiori aerem ambiēti aurium*, & *vt* præscindit à parte *carnea cordis*, à *musculis oculorum*, ab *incudi*, & *alatoidei ossiculis aurium*.

Secunda pars conclusionis neminem sanæ mentis etiam latere potest: operationes nempe ibi receptū iri, vnde profluunt elicitivè: quis enim dubitet sensationes in parte sensitiva recipi, ratiocinationes in parte rationali, visiones in visu, auditiones in auditu, tactiones in tactu: igitur, & *concupitiones* (secundum Medicos) recipiuntur in *concupiscibili*, *vt* residente in *epate*, *irationes* in *irascibili*, *vt* sedem habente in *corde*. Secundum autem modum dicendi Scoti, *concupitiones* necessariò recipiendæ erunt in *concupiscibili*, *vt* residente in *parte carnea cordis*, in *musculis oculorum*, in *ossiculis incudi* & *alatoidei aurium*; *irationes* è contra, in *irascibili*, *vt* confidente in *sinistro ventriculo cordis*, in *humore crystalino oculorum*, in *tunicula interiori aerem ambiēti aurium*, ergo similiter dicere vndeque vrgemur, *liberas voluntatis operationes* necessariò susceptum iri in formalitate, quæ appellatur *libertas*, tanquam in sui organo, & subiecto, & non in illa alia formalitate, quæ nuncupatur

affectio commodi, naturalis voluntas, seu naturalis inclinatio.

(?)

☞☞☞☞
☞☞☞☞

Lichetus
ibidem.

Tataretus
ibidem.

SECTIO II.

Appendix.

Vtrum à formalitate affectionis commodi, naturalis voluntatis, vel inclinationis eliciantur aliqua operationes naturali necessitate?

1. Opinio Thomista. Vazq. disp. 26. n. 14. & disp. 38. n. 13. & disp. 90. n. 1. & Montefin. Lorca.

Pirigian. 3. d. 26. q. vni. artic. 3. fol. 251.

Lichetus in 3. d. 17. q. 70.

Tatar. d. 13. q. 2. pag. 94. col. 2.

Scot. in 2. d. 2. q. 10. n. 9.

PArtem negantem tenent communiter Thomistæ, Gabriel Vazquez disp. 26. n. 14. & disp. 38. nu. 13. & disp. 90. n. 1. & alijs in locis. Ludouicus à Montefinos pag. 396. & pagina 397. vbi in eandem sententiam citat Petrum à Lorca, qui sanè licet in voluntate constituât motus primò primos naturales naturalitate condistincta libertati, & violentiæ, ipsos tamen docent elici à libertate, seù à voluntate, vt libera est, non tamen liberè. Eandem sententiam tenet noster Pirigianus distin. 26. q. vnica artic. 3. pagina 251. dicens: *Affectio commodi est tantum actus primus, non secundus: immò ei conuenit elicere actum secundum, vt distinguitur contra liberum: probat autem hanc suam sententiam, dicens: Si enim eliceret actum, ille, nempè actus, naturaliter eliceretur, & non liberè, & perconsequens intensissime quantum potest elici, atquè aded actus ille à libertate voluntatis haud moderari posset; non enim esset in voluntatis potestate, vt libera, vt actus ille eliceretur, vel non, nec vt eliceretur intensus, & moderatus; & hinc infert, & quasi concludit: dicens: Omnis ergo actus voluntatis est elicited à voluntate libera, vt libera est, atquè aded omnis talis actus est in potestate, vt eliciatur, & vt moderatè eliciatur. Cui consulere videtur Lichetus in 3. dist. 17. q. vnica, vbi eiusmodi habentur verba: *Voluntas naturalis, vt sic, non est voluntas, nequè potentia, sed tantum inclinatio naturalis ad recipiendum.* Expressius Tatarus dist. 13. quæst. 2. pagina 94. colum. 2. *Affectio commodi non est elicitiva operationis alicuius, sicuti risibilitas in nobis non est elicitiva actus.* Quibus fauere videtur etiam ipse Scotus in 2. d. 2. q. 10. nu. 9. dicens: *motus iste non est naturalis in se, ex hoc, quòd habet principium actiuum in se, sed ex hoc solum, quòd habet**

principium passiuum intrinsecum, naturaliter inclinans ad motum: & inferius subdit: quòd graua, & leuia habent principium tantum patiendi, & non faciendi, scilicet respectu motus in quantum naturalis est: & rursus de principio naturali huius motus, quòd tantum passiuum est.

Oppositam sententiam tenui ipse disput. 48. Sect. 3. tom. prioris meorum in quartum Commentariorum pagina præsertim 498. colum. 2. vbi loquens confonne menti Scoticæ: *risibilitati* arrego elicitorem *risus*, admiratiuitati elicitorem *admirationis*, *stabilitati* elicitorem *stetis*, *disgregatiuitati* elicitorem *disgregatiuitatis* potètiæ visiuæ; igitur eodem modo inclinationi lapidis ad deorsum, inclinationi *ignis*, & cuiusuis alterius *leuis* ad fursum, arrogare tenemur elicitorem, seù affectionem *ascensuum*, & *descensuum* quorumcumq; tanquã principio, vt quo, & perconseques formalitati illi (quæ appellatur *affectio commodi*, *voluntas naturalis*, seù *inclinatio naturalis*) concedere vigemus in via Scoti affectionem actuũ sibi congruentium, nimirum *naturalium naturaliter* condistincta libertati, quorũ autrix, & elaboratrix, in ratione principij, vt quo, non sic *libertas*, seù *affectio iustitiæ*, sed potius illa alia formalitas, quæ in Schola nostra appellatur *affectio commodi*, vel *naturalis voluntas*, seù *inclinatio*. Hanc eandem sententiam tenet Scotus in 1. sent. distin. 17. q. 2. num. 13. dicens: *Nihil enim dicitur formaliter operari in quantum elicit operationem, sed in quantum recipit eam in se: en quomodo supponit prædictas passiones esse elicitivas operationum, quarum sunt receptiuæ in ratione susceptiuæ, seù subiecti, vt quo; non ergo negat ipsis elicitiuatatem, sed solũ insinuat, quòd risibile substantiuè sumptum, nempè homo, non dicitur formaliter ridere in quantum elicit, vel producit risum, sed potius in quantum per ipsum receptum vitaliter tendit in obiectum de quo ridet. Lege disp. 53. sect. 7. tom. prioris meorum in quartum Commentariorum. Eandem sententiam tenet in 2. d. 2. q. 10. num. 9. dicens: *In solutione istius dubitationis de mutugrauiũ quasi intercalariter loquitur Philosophus de principio effectiuo huius motus.**

Dicendum est primò: decipi Thomistas, dùm autumant fas esse operationes primò primas naturales naturalitate condistincta libertati arrogare ipsi, seù

2. Opinio. Auctoris in 4. tom. 1. disp. 48. sectio. 3. pag. 498. & disput. 53. section. 7. & hic.

Scot. 1. d. 1. d. 17. q. 2. nu. 13. & in 2. d. 2. q. 10. n. 9.

1. Conclus. Scot. in cit. locis.

voluntati, vt libera est. Hanc conclusio-
 né tenet Scotus locis in citatis: cuius ve-
 ritas suadetur sic: ineptū prorsus esset
 arrogare elicitiuē aliquas operationes
audiri præter ipsas *auditiones*, *visui*, præ-
 ter *visiones*, *olfatui* præter *olfationes*, *ta-*
ctui præter *tactiones*, ingennæ *rationali-*
tati præter *ratiocinationes*: *sensui* præter
sensationes; ergo etiā erit dissentaneum
 rationi arrogare *libertati*, seū *volūtati li-*
beræ, vel vt cōstanti *libertate*, præter *vo-*
litiones, & *nolitiones* posituitas, & præ-
 ter *velle*, & *nō velle*, *nolle*, & *non nolle*. Pa-
 tet consecutio, quia sicuti soli *visui* com-
 petit omnis, & sola *visio* sensoria, & soli
auditus omnis, & sola *auditio*, ita soli *li-*
bertati conuenit solum, & omne *elicere*
liberæ, & nihil præter; igitur sicuti *vi-*
sui repugnat elicere aliquas, vel aliquam
auditionē, & *olfationē*, ita *libertati* repug-
 nabit elicere aliquā operationem *natu-*
ralē naturalitate opposita, vel condistin-
 cta *libertati*. Pater expressè apud Scotū
 in 4. d. 49. q. 10. n. 10. dicentē: *voluntas*
respectu cuiuscunq; actus est libera: igitur
 necessariō dicendum est omnes præfatas
 naturales operationes, de quibus sciscita-
 tur Sectionis titulus, elici à formalita-
 te *affectionis commodi*, seū *naturalis vo-*
luntatis, & non formalitate *libertatis*, &
affectionis iniustitæ. Confirmatur; nam vo-
 luntas, vt præcisè dicit hanc formalita-
 tē, est vninocē voluntas, vt autē concer-
 nit aliam, æquiuocē, vt supra diximus.

Scot. in 4.
 d. 49. q. 10.
 n. 10.

2. Conclus.

Secundo dico: testimonia illa Liche-
 ti, & Taretii, quæ videntur negare pas-
 sionibus, *risibilitati*, verbi gratia, *ad-*
miratiuitati, &c. elicitionem eorum
 actuum, quos recipiunt in ratione orga-
 ni, vt quo, falsa prorsus esse, vt iacent.
 Hæc conclusionem tenet Scotus in 1. d.
 17. q. 2. num. 13. citatis: & in 2. dist. 2.
 q. 10. num. 9. eandem ipse tenui disp.
 48. Sectione, & pagina relatis, & re vera
 eandem amplecti crederem Taretū,
 & Lichetum, quia ambo concedunt *irasci-*
cibili elicitionem *irationum* infallibili-
 ter, & elicitionem *concupitionem* secun-
 dō appetibilem, tanquā valde proba-
 bile in Schola Doctoris. Tunc sic; *irasci-*
bilis, *aff. Etio commodi*, & *naturalis volun-*
tas, seū *inclinatio* non sunt tres distinctæ
 absolutæ formalitates, sicuti sunt *risibili-*
tas, *admiratiuitas*, & *stabilitas*, sed potius
 vna simplex formalitas diuersorum sus-
 ceptrix habituum, qualitatum, seū affe-
 ctuum, quorum sulca adminiculo, & in

Scot. 1. d. 17.
 q. 2. n. 13. &
 in 2. d. 2 q.
 10 num. 9.

actu primo constituta; in diuersas profi-
 lit elicitiuē operationes *illiberas*, seū *nō*
liberas, quibus in se receptis, vitaliter tē-
 dit in earum obiecta; atque aded iure op-
 timo vocatur à Scoto *voluntas natura-*
lis naturalitate cōdistributa *libertati*. Rur-
 sus, quia aliqui ex his habitibus, qualita-
 tibus, vel affectibus, quibus in se recep-
 tis constituitur in actu primo ad eliciun-
 das operationes eis consonas sunt com-
 moditates, tū ipsi, tū potiori ratione
 libertatis, ided vocatur *aff. Etio cōmodi*:
 vt exēpli causa: quia *spes* infusa superna-
 turalis, & *sperationes* ab ipsa prodeutes
 sunt ingentia bona cōmodi in hac pere-
 grinationis via, indē meritō nuncupatur
aff. Etio cōmodi: in patria autē; quia habi-
 tus aliquis correspondens *spei* viaticæ,
 quo euacuat ipsam, appellatus *iditio* per
 modū actus primi, à quo elicitiuē pro-
 deūt, *tentio*, *carptio*, & *possessio*, rationem
 actū secundorū forrictes, sunt ingen-
 tia bona cōmodi formalitati præsertim li-
 bertatis, ided appellatur *aff. Etio cōmo-*
di; habet se namq; hæc formalitas inftar
 vnguiū Aquilæ carpentiam Perdicem,
 quæ meherculæ capta præda, est bonum
 cōmodi, præcipuē ori, & stomacho dige-
 renti: minus autē præcipuē etiam est bo-
 num cōmodi ipsis vnguibus, quia cale-
 fiunt, dū carpunt, & tenent: sic igitur be-
 tus formalitate *aff. Etionis cōmodi* carpit
 Deū intimē præsentē, libertatis autem
 formalitate sulca summa charitate come-
 dit, comestione fruitionis. Itē hæc eadem
 formalitas, elata superbia, audacia teme-
 ritate, seū acerbitate cōcitata profilit in
irationes, in *ausa*, & in *animatus* (quæ om-
 nia sunt quasi irationes) quibus informa-
 ta vitaliter tendit in eorum obiecta, at-
 quē aded *irascibilis* nomē, & rem meritō
 sibi vindicat; dicendum porrō videtur,
 quod Lichetis, & Taretus quō concen-
 dūt actiuitatem, & elicitiuitatē *irascibili-*
ed censerī videntur eandem concedere
naturali voluntati, & *aff. Etioni cōmodi*;
 nam vt dictum est, quatenus informata
spe, elicit *sperationes*, quatenus forā *acer-*
bitate, *audacia*, &c. elicit irationes, seū
 quasi irationes, & quia tam spes, quā te-
 meritas, superbia, &c. sūt actus primi *nō*
liberi, & similiter operationes indē par-
 tialiter, seū tanquā à causa partiali, &
 ab ipsa formalitate *voluntatis natura-*
lis, tanquā ab alia causa partiali sunt
naturales, quia non eliciuntur à *libertate*,
 indē necessariō appellatur *naturalis vo-*
lunt.

Licheti. 3.
d. 26. q. vn.
fol. 93. col.
3.

luntas, & æquiuocè voluntas, vt supra diximus. Notato verba Licheti in 3. d. 26. q. vnica, fol. 93. colum. 3. *Doctor*, id est, *Scotus non negat irascibilem in voluntate*: & colum. 4. subdit: *Actus adequatus irascibilis est irasci*, qua quidem iratione media mouet, & allicit formalitatem *libertatis* ad elicitionem *volitionis vindictis*, vt sc. 10. disput. 18. edocuimus, & sc. 1. disput. 20. Legitimè portò colligimus Tatarum, & Lichetum non denegare posse *elicitationem* operationum *liberarum* formalitati illi, quæ appellatur *voluntas naturalis*, seu *affectio commodi*, & per consequens nequè *risibilitati* adiuuitatem *risuum*, *flexibilitati* adiuuitatem *stetuum*, *admiratiuitati* productio nem *admiratiuitatum*.

3. Concluf. Tertio dicendum est: à formalitate *affectionis commodi*, vel *naturalis voluntatis*, seu *inclinationis* verè elici aliquas operationes necessariò necessitate *naturali* condistincta *libertati*, omnes nimirum illas, quæ à rationali voluntate promanant *libere*, seu *non liberè* contradictoriè, vel contrariè. Hæc conclusio directè, & expressè respòdet quæsitio in titulo Sectionis, & est contra nostrum Pitigianum doctissimum, & ingenio præpollentem: est etiam contra illa testimonia Tatarum, & Licheti; cuius veritas probatur à sufficienti diuisione: nam eiusmodi operationes necessariò debent prodire ab alterutra illarum duarum voluntatis formalitatù; sed non prodeunt à formalitate *libertatis*, seu *affectionis iustitiæ*, nequè à voluntate vt *libera*, seu vt dicente formalitatem *libertatis*, vel *affectionis iustitiæ*, ergo necessariò dicendū est, quòd promanent, & prodeant à formalitate *affectionis commodi*, &c. Consecutio benè infertur. Maior, & minor patient ex superius assertis.

Ad argumentum Pitigiani respondeo distinguendo antecedens: actus enim ille potest considerari bifariam; vno modo, vt præcisè respicit elicitiuum principium, abstrahendo ab omni ordine ad libertatis formalitatem: alio modo, vt concernit ipsum: in primò sensu concedo antecedens, nempe, quòd *actus ille naturaliter* elicitur, & non liberè, consequenter etiam concedo, quòd *intensissimè* eliceretur *quantum potest elici*: in secundo nego antecedens, eò nimirum, quia (vt docet noster Frater Martinus Meurisse Baccalareus Parisiensis in illa

sua totius moralis Philosophiæ artificiosa tabella) formalitas *libertatis* habet imperium *despoticum*, & *harile*, seu imperiū ciuile, & *politicum* (de qua distinctione non est satagendum Theologo, sed Iurisperito) in formalitatem *voluntatis naturalis*; seu *affectionis commodi*, ad cohibendum ad elicitionem suæ operationis simpliciter, & absolutè: & (multo vberius, & facilius) ad coercendam, attenuandam, & moderandam *intensionem* operationis prælicitæ, immò ad extinguendā penitus ipsam, vt experimur in Monachis, & Sanctimonialibus mortificationi, pœnitentiæ, & orationi, & contemplationi assuefactis.

Contrà has easdem conclusiones, præsertim contrà secundam posset quis Scoticè obijcere sic: potest Deus absoluta sua potentia priuare hominem elicitiuitate, seu potentia elicitiua *risus*, non autem ipsa *risibilitate*, seu inclinatione ad *ridendum*; igitur potentia elicitiua *risus*, & *risibilitas* distinguuntur realiter, ergo non sunt vna absoluta, & simplex formalitas, sed duæ realiter distinctæ. Idem iudicium ferendum est de potentia elicitiua *stetuum*, & de *flexibilitate*: de potètia elicitiua *admiratiuitatum*, & inclinatione ad ipsas de potentia elicitiua, seu factiua *descensuum* lapidis ad *centrum*, & de inclinatione eius ad vniri *illi*, ipsoque frui: de potentia astucitricè *ascensuum* fumi, & ignis versus suam *spheram*, & de eorum inclinatione ad quasi frui tali *sphæra*, & *centro*: distinguuntur enim realiter.

Respondeo distinguendo illud antecedens: vel elicitiuitate physica, quæ est accidens quinti prædicabilis, vel elicitiuitate radicali, & Metaphysica: quæ est accidens quarti prædicabilis, & per consequens substantia humana identicè realiter, est vnica formalitas, & eadē formaliter cum *risibilitate*, seu *inclinatione* ad *ridendum*. in primò sensu concedo antecedens, in secundo nego.

His addo, quòd quemadmodum potentia proxima, & Physica ad *ridendum* est accidens quinti prædicabilis, & separabilis ab homine absolutè, perindè illa individualis magis, & minus prona *risibilitas*, seu inclinatio procliuis ad *risum* est separabilis ab homine, & à *risibilitate*, seu *inclinatione* sequente speciem humanam præscindentem à Petro, & Paulo. Enimverò passim experimur Petrum Ioanne esse *risibiliorem*.

Martinus Meurisse tab. Phil. mor.

Obiectio.

Contra Pitigian. Tatarum. & Lichet. cit. in p. opin.

Resp.

Resp. 2.

En

En igitur quomodo *risibilitas*, & *risuitas* methaphysica sunt vnica formalitas quarti prædicabilis: & *risibilitas*, & *risuitas* physica alia vnica formalitas quinti prædicabilis. Veritas huius doctrinæ adumbratur nobis in hoc termino *admiratiuitas*; quia non datur hic alter terminus *admirabilitas* passionē significans.


Satis facti
Auct. dictis
Licheti, &
Tatar. sup.
&c.

Ex his patet quid respondendum sit ad illa duo asserta Licheti, & Tatareti, ipsa hoc solum sibi velle, quod quemadmodum definitio hominis nihil est præter *animal rationale*, ita definitio *resibilitatis*, seu *risibilis* nihil aliud est præter *receptiuale risus*, seu præter *recipere risum* vel *per receptum risum tendere vitaliter* ad obiectum ipsius *risus*: & definitio *irascibilis* nihil est præter quã *tendere vitaliter per receptam irationem* ad obiectum *irascituum*: & definitio *affectionis commodi* nihil aliud est præterquam *tendere vitaliter per receptas commoditates ad bonum cui inhiat*; vt verbi gratia: per receptas, *spem infusam*, & *sperationes* à tali *spe* procedentes ad *Deum absentem* in via; & per receptas habituales *entionem* correspondentem *spei viaticæ*, & actualē *entionem ad Deum presentem* in patria; item definitio *voluntatis naturalis* nihil est præterquã *per receptas operationes illiberas vitaliter tendere* ad ipsarum obiecta: vt verbi gratia, per receptas *irationes*, habituales, verbi gratia, *audaciam*, vel *temeritatem*, & actuales inde procedentes ad obiectum *irascituum*; & per receptas *spem*, & *sperationes* ad *Deum absentem*.

Hoc sibi volunt Lichetus, & Tataretus, & nihil prætereã: non enim negant, quod quemadmodum homini, præter *animal rationale*, conueniunt multa aliapredicabilia, tum quarti, tum quinti prædicabilis; ita *risibilitati* conueniat elicictio *risuum*: *irascibili* elicictio *irationum* &c. Si autem quis Scotistarum cõtendat ipsos aliquid amplius sibi vel-

le. Respondeo: facta hac hypo-

thesi, ipsos decipi cum
Pitigiano, vel Pitigianum cum
ipsis.



SECTIO III.

Appendix.

Præfata commoditates, vtrum illarum duarum formalitatum sint commoditates?

IN præcedenti Sectione docuimus *spem infusam*, & *sperationes* ab ipso procedentes, receptas in formalitate *voluntatis naturalis*, seu *affectionis commodi*, esse prægrandes commoditates, seu *ingentia bona commodi*, quarimus ergo in presentiarum; cuiusmodi sint bona, formalitati in qua recipiuntur, vel alteri formalitati *libertatis*, in qua non subiunguntur?

Similiter illa habitualis *entionis patriensis* seu *euacuans, spem*, cuiusmodi est bonum *commodi voluntati naturali*, seu *affectioni commodi* in qua recipitur, vel potius formalitati *libertatis* in qua non recipitur: ite percontamur: actuales *entiones* erumpentes à præfata habituali *patriensi entione* euacuantes *viaticas* illas *sperationes*, cuiusmodi sint *bona commodi*, voluntati naturali in qua recipiuntur, & à qua eliciuntur, potius formalitati *libertatis* à qua, nec eliciuntur, nec in ipsa recipiuntur?

Deinde *audacia*, *superbia*, seu *temeritas*, vel *acerbitas* receptæ in eadem formalitate, & habentes rationem *actus primi*: & tandem *actus secundi* ex his actibus primis ebullientes, cuiusmodi sunt, *ausus*, *animatus*, (quasi *irationes*) & *irationes* propriè sumptæ, cuiusmodi quæso sunt *commoditati*, inseruiunt, & consulunt, formalitati *affectionis commodi* in qua recipiuntur, & à qua eliciuntur, vel formalitati *libertatis*, & *affectionis iustitiæ* à qua nec eliciuntur, nec in ipsa recipiuntur?

Videtur quod sint *bona commodi* formalitati in qua recipiuntur, & à qua eliciuntur, & probatur; nam albedo parietis ipsi est bona, vel mala, *commoditas*, vel *incommoditas*, non autem visui, quæ mouet disgregando: similiter disgregationes eidem sunt, *bona*, vel *mala*, *commoda*, vel *incommoda*, & non visui. Nigredo coruo, cui inhaeret est bona, vel mala, in eiusque vergit *commodum*, vel

i. Opti

in-

incommodum, visui autem, quem motu congregationis mouet, nec consulit, nec detrahit: ergo etiam *spes infusa* formalitati, cui inhæret dicitur *bona*, vel *commoditas*, & non formalitati *libertatis* in qua non recipitur, nequè heret: idem dicendum erit de actibus secundis, nimirum, de *sperationibus*: identidem assertum iri videtur de hisce actibus primis *colera*, *superbia*, *temeritate*, *audacia*, *acerbitate*, & de actibus secundis hinc pullulantibus, nempe, de *ausis*, de *animatibus*, de *irationibus*, quæ omnia formalitati in qua subiiciuntur dicentur esse *commoditates*, *bona*, vel *mala*, *iucunda*, vel *molesta*.

2. Opin.
Sco. in 4. d.
46. q. 4.

Opposita sententia colligitur ex Doctore in 4. dist. 49. q. 4. dicente: *bonum intellectuale &c.* Pro cuius decisione est obseruandum primò ex verbis ibi habitis: tam illud, quòd suoptè primo genio est *summum honestum*, & secundario, & quasi ex accidenti, tamen inseparabiliter, & necessariò simpliciter est *commodum*, vt *charitas*, quàm illud, quòd suoptè prima natura est *summum commodum*, & secundariò, & quasi ex accidenti accidentalitate quarti prædicabilis, inseparabiliter, & absolutè necessariò est *honestum*, vt *beatitudo*, vtrumquè sortiri rationem *finis*, & consequente subiici, & recipi informalitate *libertatis*, & *affectionis iustitiæ*.

Contra verò, *commoditates* sortientes rationem *medij* ordinati ad *finem* sedere, & subiici in formalitate *naturalis voluntatis*, & *affectionis commodi*, vt potè *spes*, & *sperationes* ab illa prodeuntes.

1. Conclus.
Scoti vbi
pra.

Dicendum est primò, *spem infusam*, & *sperationes* ab ipsa prodeuntes non esse *commoditates* voluntati naturali; seu affectioni *commodi*, in qua subiiciuntur, sed potius *libertatis*, & *affectionis iustitiæ*, in qua nec recipiuntur, nequè ab ipsa eliciuntur. Hanc conclusionem tenet Scotus in citatis locis, cuius veritas magis indiget declaratione, quàm probatione: enim verò; perinde se habent voluntas naturalis, seu affectio *commodi*, atquè se habent manus pueruli famelici, & panis crustulum ipsis arreptum; sed hæc suoptè genio ordinantur non ad se, sed potius ad os, ad comestionem, ad stomachum, ad digestionem, & nutritionem pueri comedentis tanquàm media naturalia ad finem; ergo etiam affectio *commodi*, seu voluntas naturalis, *spes*,

1. Ratio.

& *sperationes* illi hærentes suoptè potè dicentur ordinari ad formalitatem *libertatis*, & *affectionis iustitiæ*, tanquàm media ad suum finem, & scopum.

2. Ratio.

Secunda probatio etiam est à simili, estque huiusmodi: præfata naturalis, voluntas, seu affectio *commodi*, *spes* in ea recepta, & *sperationes* gerunt se instar manuum fabrilignarij eius actionum, & instrumentorum, sed hæc non sunt gratia sui, sed potius gratia præpolliundæ articulæ, ostioli &c. ergo nequè illæ dicentur esse gratia sui sed potius gratia formalitatis, *libertatis*, & *affectionis iustitiæ*; *charitatis*, & *fruitionis viaticæ* in ea receptorum. Similiter in cælo, tentio habitualis euacuans *spem*, actualis tentio, captio, & possessio euacuantes *sperationes* viaticas huius peregrinationis, non recensentur esse gratia sui ipsarum, sed potius gratia formalitatis, *libertatis*, seu *affectionis iustitiæ*, & *fruitionis patriensis*, & æternæ in ipsa receptæ, quia vt in præcedenti Sectione cõstitit, præsertim in prima conclusione, hæc habent rationem finis, illa autem rationem *medij* ordinati ad hunc finem.

3. Ratio.

Tertia probatio à simili: prædicta; naturalis voluntas, seu affectio *commodi*, *spes*, & *sperationes* viaticæ, patrienses tentiones habitualis, & actualis. perinde se habent, atquè se habent manus, incus, ignis, & instrumenta cuforia fabriferrarij; ergo sicuti hæc non sunt gratia sui ipsorum, immò gratia alterius, videlicet ensis fabrefaciendi, clauis, falcis, & aratri; ita nec voluntas naturalis, neque habitus, & actus secundi viatici, vel beati in ipsa recepti recensentur esse gratia sui, sed potius gratia *libertatis*, & habituum, & actuum viæ, vel patriæ in ipsa confidentium.

Idemtidem dicendum est de his actibus primis, *humore colerico audacia*, *superbia*, *temeritate*, & *acerbitate*, & de actibus secundis hinc pullulantibus (cuiusmodi sunt *ausus*, *animatus*, & *irationes*) receptis in formalitate *naturalis voluntatis*, seu *affectionis commodi*, eò nimirum, quia tam hæc formalitas, quàm ea, quæ recipiuntur in ipsa, naturaliter ordinantur ad formalitatem *libertatis*, & ad *merita*, & *demerita* eius.

Respondetur ad argumenta, negando illa antecedentia: in præsentiarum enim non loquimur de bonitate, & malitia subiectiua, obsoleta, sed de obiectiua,

Soluuntur
argum.
1. Opin.

ctua, & relatiua mediorem respicientium finem; quo sanè in sensu albedo disgregans visum, oculis cæcutientibus nocet, & nigredo proficit, & fauet: spes, & sperationes libertati consulunt, quia mouent eam ad Dei amorem; cõtrã verò superbia, temeritas, acerbitas, & actus secundi ex ipsis prodeuntes, vt ausus, irationes, &c. eidem detrahunt, quia retrahunt ipsam ab amore Dei, & ad aliarum virtutum actibus, vt patet intruenti. Hæc sufficiãt, pro Sectione, & disputatione.

De dictaminibus Diaboli circa Superbiam in communi sumptam.

est Hebræorum 13. versu 5. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Dominus.

Hab. 13.

Omnia, & singula præfata septem generalia vitia, per modum imperandi insinuata, sunt actus humani Hanc conclusionem tenuimus cum Scoto in libello manuscripto, folio 13. vbi inquit Scorus: *actus humanus est ille, qui per intellectum; & voluntatem, &c. enim- uerò intellectus deliberat, dicens. esto superbus, inuidus, luxuriæ deditus, & voluntas eligit hæc, quæ sibi dicat intellectus: ergo in toto rigore, propriè, & vniocè erunt actus humani.*

i. Concluf.

Species athoma Superbiæ cum suis 8. ramis.

IN primo ramo suadet Diabolus: *in altum erigere*: Angelus bonus disuadet: *nò erigaris*; quia scriptum est Prouerbiorum 16. versu 5. *abominatio Dñi est omnis arrogans: & infra versu 18. contritionem precedit superbia, & ante ruinã exaltabitur spiritus.*

Prou. 13.

In secundo ramo dicit Diabolus: *inobediens est*. Angelus bonus dicit: *nò quia scriptum est 1. Regũ 15. versu 22. nunquid vult Dominus holocausta, & victimas, & non potius, vt obediatur voci Domini? melior est enim obedientia, quàm victima; & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum.*

1. Reh. 15.

In tertio ramo Diabolus suadet: *iaculare*: Angelus bonus: *ne iaculeris*; quia scriptum est Prouerbiorum 28. versu 25. *qui se iaculat, & dilatat iurgia concitat.*

Pro. 1. 28.

In quarto ramo Diabolus suadet: *stimula*: Angelus custos dicit: *nè similes; quia scriptum est Iob 36. versu 13. stimulatores. & calidi prouocant iram Dei.*

Iob. 36.

In quinto ramo Diabolus dicit: *contende*: Angelus bonus: *ne contendas*; quia scriptum est Iacob. 4. versu 1. *unde bella, & lites in vobis? nonnè ex concupiscentijs vestris? & versu 2. litigatis, & belligeratis.*

Iacob. 4.

In sexto ramo Diabolus dicit: *pertinax sis*. Angelus bonus dicit: *ne sis pertinax*: quia scriptum est Gene. 48. versu 17. *videns autem Ioseph, quòd posuisset dexteram manum super caput Ephraim, grauitè accepit: & apprehensa manum patris leuare conatus est &c.*

Genes. 48.

In ramo septimo Diabolus suadet: *discord-*

cor-

Iac ob. 4. **D** iabolus suadet: superbus sis: Angelus bonus disuadet, non; quia scriptum est Iacobi quarto versu sexto; Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam.

Sap. 2. **S** econdò: Diabolus dicit inuide: Angelus custos dicit, non: quia scriptum est Sapientia 2. versu 24. inuidia autem Diaboli mors introiuit in orbem terrarum.

Matth. 6. **T** erciò: Diabolus dicit: irascere: Angelus custos ait, nè irascaris: quia scriptum est Matthæi 2. versu 19. Tunc Herodes videns quoniam illud esset à magis iratus est valde, & mittes occidit omnes pueros, &c.

2. Corin. th. 5. **Q** uartò: Diabolus dicit: Tristare: Angelus bonus dicit, nè tristeris; quia scriptum est 2. Corint. 5. numero 2. nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostrã, quæ de cælo est superindui cupientes: & versu 4. nam, & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, eò quod nolumus expoliari, sed superuefliri.

Thim. 6. **Q** uintò: Diabolus dicit: cupidus esto: Angelus bonus dicit non; quia scriptum est ad Timotheum 6. versu 10. radix omnium malorum est cupiditas, quàm quidam appetentes errauerunt à fide.

uca. 21. **S** extò: Diabolus dicit: ingurgitare: Angelus bonus dicit, non; quia scriptum est Luca 21. versu 34. attedite autè vobis, nè fortè grauetur corda vestra crapula, & ebriitate.

S eptimò: Diabolus dicit: luxuriare: Angelus bonus dicit, non, quia scriptum

Prouerb. 6. *cordias semina: Angelus bonus dicit nō; quia scriptum est Prouerb. 6. versu 14. quod homo apostata omni tempore iurgia querit; & versu 19. dicit; quod Deus dete statar eū, qui seminat inter fratres discor- dias.*

In ramo octauo Diabolus suadet: *novitates ama: Angelus custos dissua- det: non; quia scriptū est 1. ad Thim. 6. versu 20. deuitans vocum novitates.*

Species athoma Auaritiæ cum suis 8. ramis.

In primo ramo Diabolus suadet: *aua- rus esto: Angelus custos; nē sis auarus; quia scriptum est Ecclesi. 11. versu 9. Auaro autem nihil scelestius.*

In ramo secundo Diabolus dicit: *fur- tum fac; Angelus bonus dicit; nē fureris; quia scriptū est 1. Corinth. 6. versu 10. neque fures, neque auari, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.*

In ramo tertio dicit Diabolus: *Men- dax sis: Angelus bonus dicit: nē men- tiaris; quia scriptū est Psalmo 50. ver- su 7. perdes omnes qui loquuntur menda- tium.*

In ramo quarto Diabolus suadet: *per- iuræ: Angelus bonus dissuadet; dicens; nē sis periurus; quia scriptum est Leuit. 19. versu 12. non periurabis in nomine meo &c.*

In ramo quinto dicit Diabolus: *frau- dem fac: Angelus custos dicit: non; quia scriptum est Prouerb. 1. versu 18. ipse quoque contra sanguinem suum insidiantur, & molliuntur fraudes contra animas suas.*

In ramo sexto Diabolus dicit: *inque- tus sis: Angelus bonus: nō; quia scriptū est Isaia. 57. versu 20. impij autem qua- si mare feruens, quod quiescere non potest.*

In ramo septimo Diabolus dicit: *vio- lentiam fac: Angelus custos dicit non; quia scriptum est Iob. 36. versu 9. iudi- cabit opera eorum, qui violenti fuerint.*

In ramo octauo Diabolus dicit: *im- misericors sis: Angelus bonus dicit; non; quia scriptum est Iacobi 2. versu 13. iudicium enim sine miseri- cordia illi, qui non facit, misericordiam.*

(+)

Species athoma Luxuriæ cum suis 8. Ramis.

In primo ramo Diabolus suadet: *lu- xuriare, Angelus bonus dicit. nē lu- xurieris; quia scriptum est Lucæ 15. versu 13. quod filius prodigus dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose*

In secundo ramo dicit Diabolus: *for- nicare: Angelus bonus dicit; ne forni- ceris; quia scriptum est. 1. Corinth. 6. versibus 9. & 10. neque fornicarij, neque adulteri, neque molles &c. regnum Dei possidebunt.*

In tertio ramo Diabolus dicit: *pol- luere: Angelus bonus dicit: ne pollua- ris; quia scriptum est ad Ephesios 5. ver- su 3. fornicatio autem, & omnis immur- ditia nec nominetur in vobis: & versu 5. immundus non habet hereditatem in reg- no Christi, &c.*

In quarto ramo Diabolus dicit: *adul- terare: Angelus bonus dicit; ne adalte- tereris; quia scriptum est Prouer. 6. ver- su 32. qui autem adulter est propter cor- dis inopiam perdet animam suam; versu 33. turpitudinem, & ignominiam congre- gat sibi.*

In ramo quinto Diabolus suadet: *in- constanter age: Angelus bonus dicit: ne sis inconstans; quia scriptum est Iacobi 1. versu 8. Vir duplex animo; inconstans est in omnibus vijs suis.*

In ramo sexto Diabolus dicit: *orna- tus incede: Angelus bonus dicit: non; quia scriptum est Ecclesiast. 11. versu 2. non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in, visu suo.*

In septimo ramo dicit Diabolus: *vo- luptatem ama: Angelus bonus dicit; nō; quia scriptum est 2. Petri versu vltimo, & sus lata in voluntabro luti.*

In octauo ramo Diabolus dicit: *Deū odito: Angelus bonus dicit: non, quia scriptum est 1. Corinth. 16. versu 22. si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum anathema sit, Maran Atha.*

Species athoma Iræ cum suis 8. Ra- mis.

In primo ramo dicit Diabolus: *iram effunde; Angelus bonus dicit; ne inas- caris;*

Ephes. 5. *caris; quia scriptum est ad Ephes. 5. versu 31. omnis amaritudo, & ira indignatio, & blasphemia tollatur à vobis.*

In secundò ramo dicit Diabolus: *rixare*: Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Prouerb. 15. versu. 18. *Vir iracundus prouocat rixas.*

In tertio ramo dicit Diabolus: *tumescere*: Angelus custos dicit: *ne timeas*; quia scriptum est Iob 15. versu 13. *quid timeas contra Deum Spiritus tuus?*

In quarto ramo dicit Diabolus: *clamorem emitte*; Angelus bonus dissuadet: *non*; quia scriptum est Prouerb. 17. versu 17. *qui exaltat os suum querit ruinam.*

In quinto ramo suadet Diabolus: *cōtumelias adhibere*: Angelus bonus dissuadet: *ne sis contumeliosus*; quia scriptum est Prouerb. 11. versu 2. *vbi fuerit superbia, ibi erit contumelia.*

In sexto ramo dicit Diabolus: *indignare*: Angelus bonus dicit: *ne indigneris*; quia scriptum est Prouerb. 21. versu 14. *Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam;*

& versu 19. *Melius est habitare in terra desertà, quàm cum muliere nixosa, & iracunda;* & versu 24. *superbus, & arrogans in ira operatur superbiam.*

In ramo septimo dicit Diabolus: *blasphemia*; Angelus bonus dicit: *ne blasphemetis*; quia scriptum est Leuit. 24. versu 11. *Camque blasphemasset nomen Domini, &c. & versu 13. educ blasphemum extra castra. & versu 16. Qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur.*

In octauo ramo dicit Diabolus: *sperne*: Angelus bonus dicit: *ne spernas*; quia scriptum est Isaia 33. versu 1. *va qui spernis nonne ipse sperneris?*

Species athoma Gule cum suis 8.
Ramis.

In primo ramo Diabolus suadet: *inebriari*: Angelus bonus dissuadet: *ne inebrieris*; quia scriptum est ad Ephes. 5. versu 18. *nolite inebriari vino in quo est luxuria.*

In secundo ramo dicit Diabolus: *laturare*; Angelus bonus dicit: *ne lateris*; quia scriptum est Luca 6. versu 21. *beati qui nunc fletis, quia ridebitis.*

In tertio ramo Diabolus dicit: *ventrem fac*; Angelus bonus dicit: *non*; quia

scriptum est ad Philippen. 4. versu 12. *scio esurire, & penuriã pati; & superius cap. 3. versu 29. quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum.*

In quarto ramo dicit Diabolus: *imunde age*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est 1. ad Thessal. 4. versu 7. *non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.*

In quinto ramo Diabolus dicit: *scurrilitatem ama*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est ad Ephes. 5. versu 4. *non nominetur in vobis stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet.*

In sexto ramo Diabolus dicit: *multum loquere*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Prouerb. 10. versu 19. *in multiloquio non deerit peccatum.*

In 7. Ramo dicit Diabolus: *fatuum age*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Prouerb. 15. versu. 2 *os fatuorum ebullit stultitiam.*

In octauo ramo Diabolus dicit: *peccatum sequere*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Ecclesiast. 21. versu 2. *quasi à facie colubri fuge peccata.*

Species a thoma Inuidiæ cum suis 8.
Ramis.

In primo ramo Diabolus dicit: *inuidiam exerce*: Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est ad Philippen. 2. versu 3. *nihil per contentationem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantur.*

In secundo ramo Diabolus dicit: *odiu habere*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est 1. Ioannis 3. versu 15. *omnis qui odit fratrem suum homicida est.*

In tertio ramo Diabolus dicit: *susurrare*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Leuiti. 19. versu 16. *non eris criminator, nec susurro in populo.*

In quarto ramo Diabolus dicit: *detrahere*: Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est ad Romanos 1. versu 30. *Detractores sunt Deo odibiles.*

In quinto ramo dicit Diabolus: *gaudere in malis proximi*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Prouerb. 17. versu 3. *qui in ruina latatur alterius non erit impunitus.*

In ramo 6. dicit Diabolus: *time in bonis eius*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scrip-

Philip. 4

2. Thes. 4

Ephes. 5

Prou. 10

Prou. 15

Ecclesiast. 21

Philip. 2

1. Ioan. 3

Leuit. 19

Rom. 1

Prou. 17

Psal. 48. scriptum est Psalmo 48. versu 17. *ne timueris cum dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.*

In septimo ramo Diabolus dicit: *prædare*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Isaia 33. versu 1. *ve qui pradaveris nonne ipse pradaberis?*

I sai. 33.

In octavo ramo dicit Diabolus *occide*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Levitici 24. *qui occiderit hominem morte moriatur.*

Leuit. 24.

Species athoma Accidia cum suis 8. Ramis.

In primo ramo Diabolus dicit; *piger esto*; Angelus bonus; dicit: *non*; quia scriptum est Prouerb. 6. versu 9. & 11. *vsquequo piger dormies: veniet tibi quasi viator agestas.*

Prou. 6.

In secundo ramo Diabolus dicit: *pusillanimus sis*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Ecclesiast. 2. versu 16. *ve iis, qui perdidit substantiam.*

Eccles. 2.

In 3. ramo Diabolus suadet: *rancore tene*; Angelus bonus dissuadet: *non*; quia scriptum est Marci. 11. versu 25. *& cum stabitis ad orandum dimitte si quid habetis aduersus aliquem.*

Marci. 11.

In quarto ramo Diabolus dicit: *malignare*; Angelus bonus dicit: *nè maligneris*; quia scriptum est Psal. 36. versu 9. *quoniam qui malignantur exterminabuntur.*

Psal. 36.

In quinto ramo Diabolus dicit: *tristare*; Angelus bonus dicit: *nè tristeris*; quia scriptum est Prouerb. 12. versu 21. *non contristabit iustum quidquid ei acciderit.*

Prou. 12.

In ramo 6. dicit Diabolus: *somnolentia ama*; Angelus bonus dicit: *nò*; quia scriptum est Luca 22. versu 46. *quid dormitis? surgite, orate nè intretis in tentationem.*

Luca 22.

In ramo 7. Diabolus dicit; *vagus sis*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est 1. Corint. 15. versu ultimo *stabiles estote, & immobiles.*

1. Cor. 15.

In ramo octauo dicit Diabolus: *desperare*; Angelus bonus dicit: *non*; quia scriptum est Iob. 13. versu 15. *etiam si occiderit me in ipso sperabo.*

Iob. 13.

Conclusio generalis Scot. de 7. vitijs.

Conclusio: omnes, & singuli actus, tam studiosi, quam peccaminosi horum sex vitiorum in specie athoma recensitorum, nempè Superbiæ specificè sum-

pta; Auaritiæ, Luxuriæ, Iræ, Gulæ, Inuidiæ, & Accidiæ; sunt actus humani. Hæc conclusionem tenet Scotus, & probatur: quia quemadmodum hæc definitio animal rationale cadit immediatè supra hominem, & mediare supra Petrum, Paulum &c. ita hæc definitio actus humanus est ille, qui per intellectum, & voluntatem causatur ab homine; cadit super omnes, & singulos actus, tam studiosos, quam peccaminosos. Quare in libro maiori manu scripto, disputationem 3. ubi mouetur hic titulus, quid sit actus humanus, & à quibus profluat causis.

Obiectio:

Sed arguet quis; Luxuriam non esse speciem athomam, & fortassis nequè Auaritiam &c. Antecedens patet; quia adulterium est distinctum specie à fornicatione simplici, & stuprum apud Theologos sumitur pro defloratione illegitima virginis &c. Respondeo; quod ratio quare hæc septem vitia censentur species athomæ, ea est, quòd in septem ramis Superbiæ generaliter, seu in genere, vel communiter sumpta, suadentur omnia septem vitia; vt patet in hijs Diaboli suasionibus.

1 Superbus sis;

2 Inuide.

3 Irascere.

4 Tristare.

5 Ingurgitare.

6 Luxuriare.

7 Piger esto.

Hoc igitur in sensu censentur Luxuria sepecies athoma; & per consequens adulterium; mollities &c. dicentur distinctiones materiales, seu materialiter; nec de hoc est multum satagendum.

SECTIO VLTIMA.

Vtrum præfata septem vitia capitalia nata fuerint in celo Impireo, vel an potius in terra?

NEdum adultis, prouectæque ætatis viris, feminabusque, verum, & infantulis ipsis, liquido constat, septem esse capitalia vitia. Nimirum, Superbiæ, Auaritiæ, Luxuriæ, Iræ, Gulæ, Inuidiæ, & Accidiæ.

Querimus igitur vtrum origem priusmo.

mo primum habuerint in orbe terrarum, vel an potius in caelo, nempe in Impireo, in Adamo, vel in primo Angelo, qui Lucifer nuncupatur?

Quo circa notandum est praefata septem vitia, ideo nuncupari capitalia, quia ex ipsis oriuntur alia pecularia: ut exempli gratia; quia superbia est appetitus deordinatus propriae excellentiae, inde oritur, ut professor musicae artis, velit praecellere ceteros eiusdem artis cultores, tum in melodia, siue in vocis canore; tum in ipsa arte cantandi, citharizandi; pulsandi organa, aliaue instrumenta musica. Similiter passim experimus, Theologos Scholasticos, & Concionatores, ceteris omnibus (praesertim coetaneis) velle praeminere. Idem dico de sutoribus, & sartoribus, &c. Quaeimus igitur, num haec septem capitalia vitia nata fuerint in caelo, vel in terra, vtrum inquam orsum sumpserint in Adamo, vel in Lucifero.

Angelicus Doctor 2. 2. q. 162. art. 1. & eius discipuli tenent, superbiam, inuidiam, & iram natas fuisse, in caelo Impireo, nam postquam Lucifer nimis appetijt suam excellentiam, & vidit Deum sibi eminere, & rursus vidit posse hominem supra ipsum extolli, valde doluit; qui sane dolor est peccatum inuidiae. In opinione igitur Doctoris Angelici non obscure constat, tria dumtaxat praefata capitalia vitia nata fuere in caelo Impireo; inter illaque primum a voluntate Angelici paratum crimen fuisse superbiam: ut videre est apud ipsum Diuum Thomam 1. p. q. 63. art. 2.

Noster tamen subtilis vndequaq; Doctor in 2. d. 6. quaest. 2. §. in ista quaest. Non obscure docet, primum Angeli peccatum, neatiquam fuisse superbiam, sed luxuriam spiritualem. Idque circo, ut veritas istius Scotici asserti luce meridiana clarius in medium scaturiat.

Meminisse oportet eorum, quae disput. 1. 1. sect. 1. statimus, dicentes; omne voluntatis nolle, necessario praesupponere aliquod velle: nam ideo voluntas non vult aliquod obiectum, vel refugere dicitur ab aliquo discoueniens; quia istud stare haud quaquam potest, cum aliquo, quod prius voluntas velle positiuo acceptauit tanquam sibi conueniens, ut eleganter aduertit Scotus vbi nuperrime, *verl. istorum autem, &c.*

Doctrina ista fraternalis dedit oscula

in vtero Scotico cum alia, quam inferius cule idem insinuat Doctor, dicens; quod simpliciter primus actus inordinatus voluntatis Angeli fuit velle amicitiae sui ipsius. Consultite Scoti praes allegato in §.

1. Conclusio

Dico primum; primum Angeli peccatum non fuisse superbiam, sed luxuriam spiritualem. Haec conclusio est contra Diuum Thomam, quam tenet expressè subtilis Magister, vbi supra, & omnes eius discipuli. Conclusionem suadeo ratione Scoti. Primum peccatum Angeli fuit immoderata complacentia sui, atqui superbia non est immoderata sui complacentia; ergo. Minorem probo; superbia est inordinatus appetitus propriae excellentiae, ergo non est immoderata complacentia sui: ac per consequens primum Angeli peccatum neatiquam fuit superbia. Ista consequentia, & maior propositio syllogismi probantur. Nemo potest appetere excellentiam suam immoderate, nisi prius se diligat immoderate, nam velle concupiscentiae supponit velle amicitiae, ut late probaui mus disp. 1. 1. sect. 1. Ergo primum peccatum Angeli fuit amare se immoderate; amare autem se immoderate, & amare proximum immoderate, non videntur spectare ad superbiam, sed potius ad luxuriam attinere censentur: ergo sicuti dum quis inordinate delectatur in speculatione conclusionis geometricae ad luxuriam spiritualem reducitur, ita primum Angeli peccatum.

Confirmatur conclusio ex Diuo Augustino, lib. 14. de Civ. Dei cap. vlt. vbi facer insinuat Doctor; quod duo amores fecerunt duas ciuitates; amor Dei, vsque ad contemptum sui fecit ciuitatem Dei; amor sui vsque ad contemptum Dei fecit ciuitatem Diaboli; ergo radix, & origo omnis peccati Diaboli fuit amor sui, sicuti radix omnis boni est charitas, & amor Dei, atqui amor sui non est superbia proprie, sed potius videtur habere similitudinem luxuriae, igitur ad istam potius, quam ad illam debet reduci primum peccatum Angeli. Contra istam conclusionem ab aliena Schola non pauca adducuntur argumenta, quia tamen omnia illa satis bene, & ingeniose format, & soluit noster Faber disp. 32. cap. 2. inde cogor ea silentio praeterire; recognoscite ipsum, cap. 1. 2. & 3.

Dico secundum; inuidiam, & iram prodeuntem ex illa ortas fuisse in caelo Impireo. Ita tenet vtraque Schola subtilis,

2. Conclusio

& Angelicâ. Hæc conclusio non indiget maiori probatione, quam illa a nobis superius allata disp. 22.

3. Conclus. Tertio dico: in opinione Scoti etiam vitium gulæ ibidem natum fuisse, ut euidenter patet ex illis verbis in *S. ad videndum solutionem, &c.* habitis. *Magis appetebat illud esse bonum, quia sibi bonum, quam quod esset bonum in se.* Quis non videat hæc verba magnam contrahere affinitatem, seu consanguinitatem cum illis Genes. 3. a matre nostra prolatis? *Palatinum, & ad descendendum suauiter.* Igitur sicuti istud fuit peccatum gulæ, etiam illud; quandoquidem beatitudinem Angelus malus non concupiuit quia in se bonam, sed potius, quia sibi bonam.

4. Conclus. Dico quarto: in doctrina Scoti peccatum Avaritiæ ibidem incepisse. Veritas huius conclusionis manifeste patet in hisce Scoti verbis. *In secundo actu concupiscendo immoderate sibi beatitudinem, & superiusculè habet: Angelus voluit sibi plus bonum, quam sibi decuit in esse.*

5. Conclus. Quinto dico: crimen orti, seu pigritiæ etiâ ortum fuisse in cælo, & inde in orbem terrarum descendisse. Hanc conclusionem probat Scotus ex illis verbis à Lucifero prolatis. *Similis ero altissimo. Quæ verba exponit Scotus sic. Nollendo expectare beatitudinem usque ad terminum via, vel nollendo habere illam ex meritis, sed ex se; sensus igitur horum verborum, similis ero altissimo: hic est. Sicuti prima dilectio Dei, & volitio, qua se dilexit diligit, & diligit in æternum usque, semper fuit, est, & erit beata; ita volo quod mea volitio, seu dilectio prima, meorumque, sit beata, quin præcedat viatica, & sicut ille est beatus diligendo se, ita ego volo beari diligendo me, non illum. Hæc ultima expositio non pertinet ad nostrum*

intentum, nempe ad probandum, quod peccatum pigritiæ inceperit in cælo.

Ex dictis constat omnia septem vitia capitalia habuisse suam primam natiuitatem in cælo Impireo, & in primo Angelo, & non in terra, neque in Adamo, seu in Heua, videtur mihi inemptum esse dicere præfata septem vitia incepisse primo in Matre nostra Heua, quam Ecclesia vocat autricem peccati in Sermone Diui Augusti. cap. 8. vbi ait. *Auatrix peccati Heua, auatrix meriti Maria.*

Probo meam hanc existimationem, seu intentum hoc argumento. Peccata gulæ procedunt ex fomite; sed nondum erat fomes, quia orsum habuit in peccato Adæ, & non peccato Heuæ (licet hoc fuerit grauius) igitur in consulto appellamus Heuæ crimè peccatum gulæ. Respondeo negando consequentiam; & ad maiorem dico, in modo fomitem processisse ex peccato. Fomes namque se habet instar habitus, qui generatur ex pluribus actibus.

Sed adhuc vrget argumentum, quia huiusmodi fomes habes se instar habitus non habuit orsum in peccato Heuæ, sed potius in peccato Adami, cui dedit Deus iustitiam originalem, & sibi, & nobis tantquam capiti omnium nostrum: ergo. Respondeo fomitem peccati immediate originem sumpsisse in peccato Adami, mediatè autem, & suasiore in peccato Heuæ, & mediatius in peccato Diaboli, & tentatione eius, qui commisit omnia septem peccata. Patet hæc veritas, quia Diabolus indixit Heuam ut peccaret, & hæc Adamum. Vnde consulto diximus fomitem originem sumpsisse in peccato Adami vniuocè, & immediate, in Heua autem, & Diabolo mediatè, & æquiuocè.

Hæc dixerim ad laudem omnipotentis Dei; & omnia sub correctione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

FINIS.

AD-



ADDVNTVR SEX DVBIA AB EODEM AVTHORE

P. F. IOAN. YRIBARNE, ET YRABVRV,
in quibus confutatur impugnatio, qua Gabriel Vazquez in
SCOTI molitur doctrinam vrgere.

*Postquam edidi Commentaria in 4. lib. sent. Scoti, addidi, Typisque manda-
ui dubia hisce. Cæterum quia possibile neutriquam fuit, ea omnibus adiungi
voluminibus prius editis; ideo mihi visum fuit, ea iterum in fine huius tracta-
tus depingere, ut omnibus notescat doctrinæ Scoticæ defensatio.*

DVBIVM PRIMVM.

*Vtrum salua tota veritate formæ consecratoria, posset sub-
stantia panis esse simul cum corpore CHRISTI
in hoc Sacramento?*



ABRIEL Vaz-
quez, disputat.
180. cap. 5. arbi-
tratur Doctore
subtile affirma-
tiuæ sententiæ
acquiescisse, di-

stinct 11. quæst. 3 §. 11. *Hic duo vi-
denda sunt, versiculo, Hoc nõ igitur;
& infra versiculo, aliud de hoc, vel
hic, eadem sententiæ (inquit)
sequutus est Durandus, distin. 11.
quæst. 2. num. 15. vera nimirum,
significatione verborum consecra-*

tionis integrè seruata, manere potuisse substantiam panis, & vini, & reddi verà enuntiationem ratione solius præsentia corporis, & sanguinis Christi; quia indefinita propositio vera redditur pro vno singulari. Hic igitur felicissimus, vir què insignis quædã, & Augusta Academia tantidè (nè dicam pluris) æstimat, atque vetustose eius nostrumque Magistros, docet in opinione Scoti, & Durandi, salua, integra, & totali veritate significationis verborum vtriusque formæ consecratoria, posse vini, panisque substantiam esse simul cum corpore, & sanguine Christi Domini in Eucharistia. Hoc est primum assertum huius noterici, aliàs doctissimi.

Secundum assertum est huiusmodi. Ego verò (inquit) primum contra Scotum existimo, dogma hoc de panis, & vini conuersione, & desitione, non solum in Ecclesia Dei ex traditione semper fuisse, sed etiam multò ante Innocentium III. expressè fuisse definitum in Concilio Romano, sub Gregorio VII. contra Berengarium, & impanatores.

Tertium assertum eiusdem Doctoris est, claudicare quosdam nostri temporis Theologiæ professores, dum non credunt improbabile id quod Scotus de verbis consecrationis dixit, nempe illis demonstrari posse substantiam corporis, & sanguinis Christi, non solum conuersa, & destructa, sed etiam manente substantia panis, & vini; vt ita quasi duplex sensus in prædictis verbis contineatur; alterum tamen elegerit Ecclesia à Christo edocta, tanquam catholicum, nempe ita ibi esse corpus, & sanguinem Christi, vt substantia panis, & vini non maneat. His sup-

positis, probare nititur tenaciter, esse prorsus impossibile, in verbis consecratorijs duplicem imbibere sensum, sed vnicum, ac simplicem, quo superstitè vero, & orthodoxo, vndequaque repugnat permanere subter accidentibus panis, vini que substantiam simul cum corpore, & sanguine Domini. Argumentum præfati Doctoris est huiusmodi. Quando aliqua scriptura duos suoptè pondere erumpit sensus, sacra Concilia, & Ecclesiæ decreta, eum qui veritati alicuius arcani consulit, ingenue seligunt, & alium qui detrahit, derident, præiacto eiusmodi additamento illius gemini sensus indicatorio, prout à Patribus explicari, & intelligi consuevit; vel prout Ecclesiastica consuetudo declarat. Atqui dum Concilium Tridentinum, Sessione 13. cap. 4. ex his verbis, *Hoc est corpus meum*, colligit conuersionem panis in corpus Domini, nullo præmissio consimili additamento geminati sensus exploratorio, absolutè decernit transitum panis in corpus dicens: *Ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc hæc sancta Synodus declarat, per consecrationem panis, & vini, conuersionem fieri totius substantia panis, &c.* Hæc certè loquutio Concilij absoluta, & omni additamento exuta indicium evidens est, ipsum supponere, orationem illam consecratoriam (quoad desitionem, vel perseverantiam substantia panis) vnus duntaxat sensus compotem esse, & non nisi vno modo veram esse posse; ergo. Maiorem propositionem declarat Gabriel Vazquez, probatque exemplo ex eodem Concilio Tridentino in citata Sessione capit. 7. decerpto, vbi nisum definire ante sumptionem Eucharistia con-

fessionem præmitendam esse iuxta illud 1. Corinthior. 11. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*; hanc porro confessionem præcursorum sumptioni Eucharistiæ non sic collegit Concilium; *Quia verò dixit Apostolus; probet autem seipsum homo, idè semper sensit Ecclesia, probationem illam fieri debere per confessionem.* Ratio autem potissima coercens Conciliū ab hoc decernendi stylo absolutissimo ea est, quòd verba Apostoli etiam in proprio sensu sumpta, verè significare possēt probationem conscientia facienda per contritionem solam, perinde atque insinuant eam, quæ fieri solet per confessionem in foro Sacramenti absolutionis. Quia igitur ille locus Apostoli vtrunque parturit sensum, & vterque veritate conspicuus esse potest, idè Concilium à tali absoluta locutione sese continuit, & præmisso additamento selegit sensum, quem Apostolus trahere molitus est, atque adèò hisce usum est verbis: *Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariā esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur absque præmissa Sacramentali confessione ad Sacramentū Eucharistiæ accedere debeat.* Quasi dixisset: Ecclesiastica traditione declaratum fuit, vter illorum sensuum seligendus esset, & decerpendus è verbis Apostoli tanquam ab ipso determinatè præintensus, & lege præscriptus. Eodem idiomate usum fuit illud idem Concilium eadem Sessione, cap. 1. intendēs probare corporis, & sanguinis Dñi præsentiam quod ipse Matth. 26. Marci 14. & Lucæ 22. dixerat discipulis, se suū ipsius corpus, ac sanguinem præbere, cum in decreto conuersio-

nis, nullo præiacto additamento, conuersionem, vel transubstantiationē definiat, utpotè infallibili, & absoluta ratione ex his verbis, *Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis meus*, illatam. Inde conuincimur, præfata verba vnum dūtaxat sensum continere verum, & proprium, cum quo permansio substantiæ panis, & vini non est compossibilis. Ratione etiā suadet hoc suum tertium enuntiatum. Verba consecratoria, *Hoc est corpus meū*, solum significant, illud quod demonstratur medio pronomine, *hoc*, esse corpus Christi, & nihil prætereā ostenditur: igitur verba solum imbibunt vnicum illum sensum, vel significationem, qua significant illud, quod demonstratur, esse corpus, non autem aliquam aliam significationem, qua significant permansioem panis subter accidentibus simul cum corpore, vel desitionem, & interitum eius, seu trāsitum in corpus; perperam igitur Scotistæ cōminiscuntur duplicem illis verbis subesse sensum; alterum manente substantia panis, & vini; & alterum tali substantia non manente. Fateor ex veritate illorum verborum verè in dicantium sanguinem, & carnem Christi, recta ratiocinatione, & discursu legitimo conuersionē panis, & vini colligi, uti de facto collegit Concilium Tridentinum in citato loco.

Sed altiori quasi studio contendit hic Doctor supra cap. 4. primā præfati tertij asserti probare partem, nempe omnino repugnatum iri, quòd panis, & vini substantia manente, verba consecratoria corpus, & sanguinem Christi demonstrant: nam quamuis sub vna substantia, quæ habet figuram vasis, & sub accidentibus eius ita possit alia

contineri, vt vtraque verè dem on-
strari queat, vt potè passim accidit
in dolio vinum, vel oleum ambien-
te; tunc enim verè dicimus, *Hoc est
dolum, & hoc est vinum*; cœterum,
cùm vna substantia aliam ita pene-
trat, vt solùm cernantur acciden-
tia substantiæ penetratæ, & nihil
prorsus substantiæ penetrantis sen-
su percipiatur, tunc nequibit hæc
vtraque substantia ad sensum de-
monstrari, sed alterutra tantum,
nempè substantia penetrata, cuius
soliis accidentia sensu percipiuntur.
Hinc si Angelus esset in hoc la-
pide, nemo citrà falsitatem dicere
posset, *hòcest Angelus*, sed potius,
hic est Angelus. Similiter licèt Deus
verè sit in omnibus, & singulis cor-
poribus, nullus hominũ verè enun-
tiaret, *hoc est Deus*, sed fateri cogi-
tur, *hic est Deus*. Ratio autem dis-
criminis inter substantiam, quæ ha-
bet figuram vasis, & aliam quæ ta-
li figura caret, ea est; quòd acciden-
tia huius posterioris, primariè sal-
tem indicant propriam substantiã,
quandiu ibi est, non autem alienã;
atque adeò, si propria substantia si-
mul cum aliena coextiterit, nequi-
bit hæc aduentitia substãtia per ac-
cidentia propriæ substãtiæ prima-
riè demonstrari; imò absolutè erit
impossibile demonstrari alienam
substantiam existẽtem simul cum
propria; necesse igitur erit, solùm
alienam substantiam sub solis acci-
dentibus alterius esse, ad hoc vt sub
illis demonstrari queat in enuntia-
tione per pronomen, *hoc*, demon-
stratiuum; quia cùm tale pronome
directum ad accidentia, quæ sentiũ-
tur, non demonstrat illa, sed sub-
stantiam sub illis contentam, &
propria duntaxat demonstratur;
efficitur, vt præsentem propria, ali-
ena nequeat demonstrari: è contra-
rio verò, si substantia propria sub

accidentibus nõ sit, necessariò ali-
ena demonstraretur.

Dico primò, decipi hunc Docto i. *Cöclus.*
rem, dum existimat in schola Sub-
tilis Doctoris, salua totali, & inte-
gra veritate verborum formæ con-
secratoriæ, posse panis, viniq; sub-
stantiam simul cū corpore, & san-
guine Christi in Eucharistia esse.
Hęc conclusio satis elucet disputa-
tione 42. tomi prioris, sectione 7.
præsertim pagina 411 & 412. ita-
que licèt præsentem panis substantia
saluaretur tota veritas formalis hu-
ius enuntiationis, *Hoc est corpus
meum*, non tamen salua consisteret
totalis absolutè imbibens tam ma-
terialem, quàm formalem, vt ibi
constitit. Enimverò præfata enun-
tiatio consecratoria, quamuis for-
maliter, & ex parte termini ad quẽ
solũ dicat accessum corporis Chri-
sti, vel successionem eius, & consti-
tutionem subtrus accidentia panis;
& in hac successionem, vel potius cõ-
stitutionem (quia in rigore, sicuti pa-
ter, & filius sunt correlata, ita suc-
cedens, & recedens, vel desinẽs mu-
tua correlatione sese respiciunt)
termini ad quem saluetur veritas
formalis, tamen materialiter, &
ex parte termini à quo dicit reces-
sum, vel interitum termini à quo,
& in eiusmodi recessu, vel occasu
saluatur veritas materialis. Ex quo
efficitur, vt veritas illius propositio-
nis tota absolutè nequeat immu-
nis consistere manente substantia
panis sub accidentibus proprijs.
Quæ doctrina, vt exactius innotes-
cat, obseruandũ est, quòd quemad-
modum eiusmodi propositiones
indefinitæ, *Nix est frigida; ignis est
formaliter calidus*, in materia sunt
necessaria, necessitate vtique Dei
ordinatam potentiam respiciente;
atque adeò hac spectata potentia,
necessariò æquipollent his vnuer-
sa-

salibus, *omnis nix est frigida formaliter; omnis ignis est calidus*; perinde eiusmodi consecratoria enūtiatio inde finita, *Hoc est corpus meum*, in materia censetur fieri necessaria in ordine ad Dei potentiam ordinatam. seu diuinam voluntatē suis legibus, vel decretis hinc inde septam; idque ob duas potissimum rationes: tūm quia lex vniuersalissima à naturali Dei prouidentia fulgurans, accidentibus imminet cuiusvis substantiæ creatæ (verbi gratia) niuis, aquæ, ignis, panis, &c. qua apprimè vrgentur, & suo pte pondere arctantur ad amplexum, & continentiam vnius duntaxat substantiæ quam afficiunt, & venustā, pulchramque constituunt; neque enim aliquando à prædicta naturali, & ordinata potentia sibi permittitur, vt illam legem transgrediendo, ad continendum plures substantias luxuriēt. Cū ergo accidentia panis huic vndequaq; sub sint legi naturæ, inde fit, vt vnam duntaxat substantiam suo in gremio imbibere possint, duas autem minimè tūm secundo; quia lex peculiaris circa Eucharistiæ mysterium à Deo supernaturali prouiso relata, illi vniuersalissimæ vndiq; consulit quo ad hanc partem unitatis substantiæ subter consecratis accidentibus contēte, & nihil prorsus sibi subtrahit, cū ab æterno ingenuè decreuerit, solam substantiam corporis Domini ibi realiter contineri absque comite panis, vel alterius rei substantia. Ex hoc porro duplici capite sanè intulerim, prædictam orationem consecratoriam, *Hoc est corpus meum*, in materia necessaria fieri necessitate quidem à potentia Dei ordinata, illam geminam ferente legem suborta; atque adeo huic vniuersali enūtiationi æquipollere, *omne, vel quid-*

quid substantiæ continetur sub his accidentibus, est corpus Christi. Hinc si per Dei absolutam potentiam aliqua indiuidua niuis, ignis, &c. suis nudarentur accidentibus, tūc priores illæ suprā memoratæ enūtiationes, *nix est frigida; ignis est calidus*, verè destituerentur illa vniuersalitate, quam per æquipollentiam obtinent, & consequenter dicerentur priuari illa vniuersalissima, & materiali veritate, qua iure naturæ amplectebantur omnia, & singula indiuidua ignis, & niuis. Hæc igitur priuatio, qua destituuntur tali materiali, & vniuersali veritate, prodiēt à potentia absoluta Dei, & nō ab ordinata: quoniam iuxta huius decreta sunt in materia necessaria, & æquipollent his vniuersalibus, *Omnis ignis est calidus; omnis nix est frigida*. Similiter, quamuis istæ propositiones indefinitæ, *hoc est nix; illud est lapis*, suo pte naturali pondere, & intuitu potentie ordinatæ Dei, verè astruantur in materia necessaria, & æquipolleant his vniuersalibus. *Quidquid continetur sub his accidentibus, est nix: nihil contenti sub his est lapis. Quidquid continetur sub illis accidentibus, est substantia lapidis: nihil contenti sub ipsis est panis*: tamen si natu absolute Dei potentie substantia lapidis constitueretur simul eū niuis substantia sub eius accidentibus, & panis etiam substantia subingredere tur latibulum accidendum lapidis simul cum ipsius substantia, in eo euentu, præfatæ propositiones destituerentur illa materiali, & vniuersalissima veritate, quæ se tenet ex parte subiecti ipsarum propositionum; atque adeo saluaretur veritas formalis, non autem materialis. Sic igitur in proposito, hæc definita consecratoria propositio, *Hoc est corpus meum*, licet spectata illa

gemina superiori lege, & intuitu potentiae ordinatae, verè sit astructa in materia necessaria, & æquipol-leat huic vniuersali, *quidquid cõtine-tur sub accidētibus panis, versùs quæ dirigitur pronomen demonstratiuum, Hoc*; tamen vt, præscindit à tali lege, dicitur fieri in materia contingenti. Vel si mauis, dicitio talem indefinitam propositionem æquipol-lere huic vniuersali negatiuæ, *Nihil contenti sub illis est panis substantia, vel alicuius alterius rei præter quàm corporis Christi*. Cæterùm, si per ab-solutam Dei potentiam panis sub-stantia maneret simul cū corpore Christi sub accidentibus, in eo casu prædicta quippè enuntiatio frustra-retur hac vniuersali, & materiali veritate, quæ sibi conuenit, specta-ta illa superiori duplici lege, & in ordine ad potentiam Dei ordina-tam, quamuis ei minimè conue-niat intuitu præciso ad solā poten-tiam Dei absolutam: quia in ordi-ne ad hanc præcisè, sola veritas for-malis sibi competit, & nihil præ-tereà.

Vt igitur illò remeet sermo, vn-de digressi sumus, dico, quòd si Deus instituisset, vt præsentè, & nõ recedente panis substantia, corpus Christi Domini sub eius accidenti-bus constitueretur, tunc oratio cõ-secratoria, *Hoc est corpus meum*, de-stitueretur supra dicta vniuersali, & materiali veritate, quæ sibi con-grueret vi prioris illius legis vniuer-salissimæ prodeuntis à prouiden-tia Dei naturali; tamen non sibi conueniret nutu posterioris, ac pec-uliaris legis subortæ à Deo, vt pro-nifore supernaturali; quia non ex-taret talis lex, sed alia longè diuer-sa duas sub eisdè accidentibus con-stituens substantias, & veritatem vniuersalem, ac materialè ipsi ora-tioni consecratoriæ subtrahens.

Secundò dico, has orationes cõ-secratorias, *Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus*, duplicem sen-sum veritate conspicuum habere posse. Hæc conclusio est contra se-cundam partem tertij asserti illius neoterici, quam tenet Scotus, dist. 11. quæst. 3. §. *Hic duo videnda*, di-cēs: *Corpus Christi in Eucharistia est quoddam verum vniuersaliter tradi-tum nobis; iste autè intellectus, quòd non sit ibi substantia panis, videtur difficilior.* & §. *Ad argumenta*, ait: *Et si quæras, quare voluit Ecclesia eli-gere istum intellectum ita difficilem huius articuli, cū verba scripturæ possent saluari secundum intellectum facilem, & veriores secundum appa-rentiam, &c.* Et probatur. Nam si-cuti Christus instituit, vt acciden-tia sola consecrata, & auulsa à pa-nis substantia cõtinerent, & quali digito signarent corpus Christi sig-nificatione sibi præstita ab ipso Christo, perinde potuisset institue-re, vt concretum ex panis substan-tia, & accidentibus, illud idem cor-pus contineret, & significaret; sed facta hac hypothese, prædicta ora-tio indefinita, *Hoc est corpus meum*, dirigeret illud pronomen demon-stratiuum, *hoc*, erga totum concre-tum; nunc autem de facto dirigit illud ad accidentia seorsum recen-sita, ergo prædicta oratio ex se est indifferens ad proijciendū tale pro-nomen supra totum panem tan-quàm insignu materiale, & ad diri-gendum etiam supra sola acciden-tia, in quibus de facto saluatur, & innicitur ratio signi permanentis; & consequenter erit indifferens ad hos duos sēsus, *Hoc est corpus meū*; idest, ens contentum sub his ac-cidentibus præcisè est corpus meū; vel, *Hoc est corpus meum*; idest, sin-gulare entis imbibitum sub con-creto ex accidentibus panis, & eius sub-

substantia, est corpus meum. Certè ad duplicitatē sensus prædictæ orationis sufficit diuersitas continētis, vel etiam differentia casus, *directionis*, vel *nifus* illius; pronominis demonstratiui, *hoc*, quod de facto ad sola accidentia dirigitur (licet non demonstrat illa, sed ens contentum sub illis) de possibili autem, & facta illa hypothesi, ad totū concretum flecteret gressum vt in citata sectione 1. disput. 42. edocuimus. Itaque iuxta institutionis modum à Christo Domino de facto sancitum, hæc oratio, *Hoc est corpus meum*, declarat, & exprimit à tergo, & antecedenter, seu ex parte termini à quo, vel subiecti ipsius orationis, illud pronomen, *hoc*, cadere supra sola accidentia tãquam in adæquatū, & totale continens corporis Christi; secundum institutionem autem fieri possibilem, innuit, & significat tale demonstratiuum pronomen casurum supra concretum ex substantia, & accidentibus; ita vt totale, & adæquatū cōtinens foret quidpiam aggregatum, & conflatum ex duobus partialibus, quorum alterū essent ipsa accidentia, alterum verò parziale continens ipsa panis substantia; igitur illa consecratoria oratio ex se, & vt præscindit ab hac gemina possibili institutione, est apta nata hos duos erumpere sensus, & duas parturire significationes, è quibus Ecclesia Catholica à Christo Domino edocta illam priorem elegit tãquam veritate conspicuã, & arcana institutioni circa Eucharistiam de facto lata vndequaquè consentaneam; decipitur igitur hic neotericus (aliàs doctissimus) dum tenaciter contendit, illam orationem vnus duntaxat sensus com potem esse, non autem duorum. Similiter falsi ipsum crederem, dum in cal-

ce capitis quinti docet panis conuersionem, aut desitionem verbis illius enuntiationis non ostendi; cum tamen supra, capite 4. nifus communi orthodoxæ doctrinæ dicat pronomen demonstratiuū, *hoc*, dirigi ad accidentia, quæ sentiuntur, & demonstrare substantiam sub illis immediatè contentam. Nunc igitur sic argumentor. Directio illius pronominis (eatenus ad accidentia terminata, vt ibi sistat, quin vterius progrediatur) est ostensio quedam, qua digito quasi ipso insinuatur continens immediatum corporis Christi esse ipsa accidentia seorsum recensita, ergo etiam erit demonstratio minimè subobscura, sed perspicua auulsionis, & separationis eorum à subiecto, & tandè ipsius desitionis panis: falsitatis ergo labe inficitur ille Doctor, dum docet, hanc desitionem non significare verbis formæ consecrationis.

Secundò. Illud pronomen, *hoc*, expressè demonstrat (vt ipse docet) substantiam corporis Christi immediatè contineri sub illis accidentibus; ergo etiam dicitur demonstrare continens immediatum, & adæquatū talis substantiæ esse ipsa accidentia absque consortio alterius in ratione continētis. Consequentionem probo. Impossibile est, vnum relatorum in genere relatiuo formaliter indicari aliquo signo, quin simul eius correlatum demonstretur. Quis enim fieri potest, vt pater cognoscatur, & alicui potētia in ratione patris patefiat, quin simul filius innotescat; iuxta illud Ioann. 14. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem*. Tunt sic Continens, & contentum sunt correlata, ergo impossibile est, alterutrum illorum de regi, & aliquo signo demonstrari, altero sub caligine obducto, igitur nefas est dicere, quòd illud

illud pronomen, *hoc*, expressè demonstrat corpus Christi Domini sub accidentibus immediatè contineri, quin simul demonstrat illa accidentia immediatè absque confectione alterius continentis, & tandem auulsa à subiecto corpus Christi Domini continere, Dicendum ergo est, verba consecratoria, spectata institutione Eucharistiae de facto à Christo stabilita, expressè demonstrare nedum corpus eius subter accidentia separata, verè, ac realiter existens; verum etiam desitionem substantiae panis: perinde atque è cōtra supposita illa alia institutione fieri possibili, explicitè demonstrarent perseverantiam eius simul cum corpore Christi; tum quia directio huius pronominis, *Hoc*, in eo euentu non inniceretur in solis accidentibus, imò descenderet ad panis substantiam vsque, & concretum tandem ex utrisque ostenderet esse continens adæquatum, & totale corporis Domini. Tum præterea, quia prædictum pronomen, quò expressè demonstraret corpus Domini, vt sub tali cōcreto, eò necessariò ostenderet ipsum concretum, vt continens, & correlatum eius: neque enim probabile videtur, vnum correlatorum ex expressè insinuari, quin aliud correlatum expressè simul demonstraretur, vt supra dictum est; decipi ergo convincendus est ille Doctor, dum ait in calce citati quinti capituli; *Prædicta verba, si rectè considerentur, non significant expressè, nec significare possunt panis, & vini conuersionem aut desitionem, seu perseverantiam sub accidentibus.* Ex his planè ampliusculè confirmata elucet duplicitas illa, & geminatio sensus præfatae orationis consecratoriae; quandoquidem, vt abstrahit à duplici dudum commemorato in-

stitutionis modo, est apta nata significare desitionem panis, eiusque perseverantiam indifferenter.

3. Cōclus.

Tercio dico; si panis substantia, & corpore Domini simul in accidentium gremio existentibus, ratio signi fundaretur, non in toto concreto; vt insinuat Scotus, sed potius in solis accidentibus, vt vult ille neotericus (alias doctissimus) adhuc facta hac hypothese, oratio consecratoria duos haberet sensus veritate conspicuos. Hæc etiam conclusio sic declarata est contra secundam partem tertij asserti illius Doctoris. Et probatur: nam hæc propositio indefinita. *Hoc est corpus meum*, quamuis spectatis illis duabus legibus, altera naturali vniuersalissima; altera vero supernaturali, & particulari erga Eucharistiam lata, ad hunc vnicum duntaxat sensum, *Totum contentum sub accidentibus his est corpus meum*, necessariò sit determinata; tamen si præscindat ab illa duplici lege, & consideretur quatenus (per hypothese) subest huic decreto. *Volo, vt accedente corpore Christi subter accidentia, panis substantia nec desinat, nec recedat* tunc certè illa indefinita enuntiatio huic haberet sensum; *Aliquid contentum (non totum) sub accidentibus est corpus meum.* Ecce igitur quomodo oratio consecratoria in se præcisè, & vt præscindit ab omni lege, est indifferens ad hoc, vt propositioni vniuersali, vel particulari equipollet, & hunc, vel illum sensum habeat vi decreti diuini: non ergo repugnat sibi dualitas sensuum, vt falso contendit ille Doctor.

Quartò dico, manere panis substantia simul cum corpore; verè posse verba consecratoria substantia corporis & sanguinis Christi demonstrare. Hæc conclusio est contra

4. Cōclus.

primam partem tertij asserti illius Doctoris cuius præcipuum fundamentum enerue vique, & nullo fultum robore illud esse inspicitur; nempe, esse prorsus impossibile, per accidentia propriæ substantiæ, quandiū ibi manet, demonstrari alie nam pariter illuc existentem. Hoc igitur everso prædicti Doctoris Achille, nostræ conclusionis veritas palam elucescit. Argumentor igitur hac ratione. Accidentia secundum statum, quo nunc de facto potiuntur, fundant duas significationes; alteram ad placitum, & supernaturalem, omnimodaque veritate conspicuam; alteram verò naturalem, veram in actu primo, & falsam in actu secundo; ergo similiter, in alio statu possibili à Christo Domino sibi exhiberi, possent fundare totidem significationes, quarum vtraque foret vera, tam in actu secundo, quàm in actu primo. Antecedens declaratur. Nam accidentia verè continent corpus Domini, quod significat; & talis supernaturalis significatio, sicuti nō frustratur suo significato, ita nec sua veritate aliquatenus dicitur frustrari, sed omninō coalescere, & conspicua esse. Similiter, significant suoptè pondere naturali panis substantiam ibi latere, quam tamen minimè ambiunt; igitur hæc naturalis significatio frustratur suo significato, & veritate, saltem in actu exercito, tametsi aptitudinaliter; & in actu primo illa compos sit. Hoc sibi vult Scotus in calce. §. *Ad argumenta*, dicens: *Ad quartum posset dici, quod accidentia non semper significant substantiam esse in actu, quam affecerunt, sed aptitudinaliter.* Consequentionem etiam probo. Nam sicuti nunc hæc duæ significationes nullum inter sese iurgiū concitant, neque in vicem sibi sunt inpedimē

to; perinde tunc nulla apparet ratio bellum ineundi, vel se vtrò, citròq; præpediendi; Enimverò eiusmodi certamen necundè oboriri posset, nisi à pugna vtriusque substantiæ Christi, & panis sub eisdem accidentibus, rixantis. Constat autem, nullam litem, & contentionē inter huiusmodi duas substantias suscitari posse; cum alterutra illarū modo indiuisibili supponatur extitura; igitur nèque inter ipsas significationes licebit vllam comminisci disceptationem, aut litigium; præsertim cum naturalis accidentium significatio nihil amplius in illo statu, quàm in præsentī habitura credatur, præter veritatem in actu secundo; à qua tamen nulla prorsus rixa pullulare posset; quia verum non contrariatur vero: dicendum igitur est, substantiā corporis Domini equè perfectè in illo statu demonstratum iri, atq; in isto.

Secunda ratio: Inintelligibile videtur, desitionem panis; & falsitatem significationis eius esse magis necessariam significationi supernaturali corporis Domini, quàm propriam veritatem, & existentiam panis ipsi significationi naturali: atqui eiusmodi naturalis significatio est superstes de facto in accidentibus consecratis, absque comite propria veritate, & panis existentia; igitur potiori iure supernaturalis significatio corporis Christi posset eisdem inniti accidentibus absque consortio falsitatis ipsius naturalis significationis panisque desitionis. In quonam (quæso) genere causalis desitio, & falsitas influere valent erga præfatam supramundanā veritatem? & quū fieri potest, ut veritas naturalis significationis, & existentia panis significationi supernaturali obsistant, quū simul Christi præsentiam bello premant?

Con-

Constat autem, illas duas substantias in eo euentu mutua concordia, & tranquilla quiete gauisuras, ergo.

Obelus.

Quintò dico, veritatem de definitione panis ante symbolum Innocentij III. & Concilium Lateranense non fuisse de substantia fidei expressè declarata per Concilia, quæ in eorum voluminibus communiter extant, & ad Theologorum manus vniuersaliter migrent. Illud enim Romanum sub Gregorio VII. celebratum, in quo secundus Berengarij error, Christum simul cum panis, & vini substantia in Eucharistia constitutis, datus fuit; in dictis Conciliorum voluminibus haud quaquam cõparet; & aliõ qui crediderim, hoc dogma, seu fidei Christianæ decretum, vel (vt alij volunt) articulũ, in *ly Remissionem peccatorum*, imbibitum, ante supracitatum Lateranense Conciliũ sub expresso transsubstantiationis nomine definitum nõ fuisse. Hanc quippè conclusionem sic referatam tenet Scotus dist. 10. q. 1. §. *Quantum ergò, dicens: Non videtur necessarium, fugiendum esse ad conuersionem panis in corpus Christi; præcipue cum à principio, ex quo res huius Sacramenti fuit creata, fuit semper creditum, quòd Christi corpus nõ mutatur de loco suo in cælo ut sit hic; & tamen non fuit in principio ita manifeste creditum de ista conuersione.* Et dist. 11. q. 3. §. *Ad argumenta, in responsione ad tertium; Ecclesia declarauit, istum intellectum esse de veritate fidei in illo symbolo edito sub Innocentio III. in Concilio Lateranense, &c.* Et inferiusculè subdit: *Quidquid ibi dicitur esse credendum, tenendum est esse de substantia fidei; & hoc post istam declarationem solennem factam ab Ecclesia.* Estò igitur in illo Concilio Romano fuerit eadem veritas definita, tamen eiusmodi

definitio non ita explicitè apud vulgus personit, atque illa alia in Lateranensi sub Innocentio edita; neque in quarto Conciliorum volumine quidpiam Gregorij VII. ad inuenio, præter quædam decreta, in quibus iusiurandum huius Berengarij erroris extat minimè. Fateor Romana alia in Synodo sub Nicolao II. à tredecim, & centum Episcopis celebrata, alterius erroris palidoniam palam à commemorato Berengario decantatam fuisse, quæ in 4. Conciliorum volumine eminet, incipitque. *Ego Berengarius indignus Diaconus, ore, & corde profiteor, panem, & vinum, quæ in altari ponuntur post consecrationem, non solum Sacramentum, sed etiam verum corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse.* Quibus in verbis præsentiam Domini realem, quam negabat, vrgetur concedere.

Ex his patet illius Doctoris opinio suffieienter confutata, & argumentorum vis omninò infracta; neq; enim discrimen, quod in idiomate Concilij comminiscitur, aliquid faceffit negotij. nam *ly Persuasum*, *ly Ecclesiastica consuetudo declarat*, & ille terminus, prout à Patribus explicari solet, synonyma quædam sunt, & vniuoca vniuocantia electionem sensus, quem Ecclesia selegit, omittis alijs, quos eadem scriptura continet, iuxta assertum Scoti §. *Ad argumenta*, dicentis: *Eo spiritu expositæ sunt scripturæ, quo conditæ; & ita supponendum est, quòd Ecclesia Catholica eo spiritu, quo tradita est nobis fides; spiritu, scilicet veritatis edocta, & ideò hunc intellectum elegit, quia verus est.* Et continuò subdit: *Non enim in potestate Ecclesie fuit facere istud verum, sed Dei instituentis; quasi diceret: sicuti Deus instituit, vt hæc oratio consecratoria, seu *ly, hoc*, supponeret pro-*

singulari entis cōtento sub acciden-
tibus, perinde potuit decernere, vt
supponeret pro singulari cōtento
sub toto cōcreto ex accidētibus, &
substantia panis; quo in casu propo-
sitiō consecratoria coalesceret veri-
tate duntaxat formali, nō verò ma-
teriali, vt constitit disputatione
42. sect. 1. Vt igitur ad præintentiū
regrediamur scopū, sensus verbo-
rum Cōcilij erit; *Persuasum semper
in Ecclesia Dei, &c.* id est, ab incuna-
bulis Ecclesiæ Dei persuasum, &
inspiratum fuit à Spiritu sancto,
vt ex varijs sensibus cohibitis in
vtraq; oratione consecratoria, hūc
seligeret; substantiam, nimirum
panis, & vini in corpus, & sangui-
nem Christi transire; atque adeo
orationem consecratoriam esse ve-
ram tota veritate formali, & ma-
teriali; & pronomen, *hoc*, dirigi
ad sola accidētia, quæ, spectata illa
duplici lege; altera naturali, & vni-
uersalissima, & alia peculiari, & su-
pernaturali (cuius in probatione
primæ cōclusionis meminimus) ne-
cessario coarctantur ad continen-
tiam vnius duntaxat substantiæ; &
perconsequens, oratio consecratio-
ria indefinita, *Hoc est corpus meum*,
dicitur fieri in materia necessaria,
& æquipollere huic vniuersali, *quid
quid continetur sub accidentibus pa-
nis, est corpus Christi*. Si autē absolu-
ta Dei potentia illo possibili modo
instituisset præfatum Sacramen-
tum, nempe absque recessu substā-
tiæ panis, tunc supradieta conse-
cratoria oratio æquipolleret huic
particulari, *Aliquid sententum sub
accidentibus est corpus Christi*: at-
que adeo priuaretur illa vniuersali
& materiali veritate, quæ sibi cōue-
nit in ordine ad geminam illam le-
gem. Cōterum, spectato illo possi-
bili statu, in quo Eucharistiæ Sacra-
mentum supponitur instituēdum

interuentu potentia Dei absolute,
vt sic reduplicatiuè, nulla prorsus
veritate priuaretur; quia non con-
ueniret sibi formalis veritas; & hoc
loquendo præcisè iuxta decreta ta-
lis possibilis status; nam intuitu or-
dinatæ naturalis potentia, & illius
vniuersalissimæ legis, vnicam sub
accidentibus substantiam extor-
quentis, verè diceretur destitui ma-
teriali veritate; & perconsequens,
absolute, & nullo præmissio addita-
mento, diceretur orbari tali ve-
ritate; præsertim si supponamus
duas illas substantias contentum
iri immediatè sub accidentibus
tanquam sub continente adæqua-
to, vt in tertia conclusione edocui-
mus.

Secundò responderi potest ad
discrimen illud idiomatis Concilij;
quòd facta hypothesi, illa particu-
la, *Persuasum*, non sit synonyma
cum terminis aliorum assertorum
sed absoluta quædam loquutio,
Concilium loquutum fuisse, spe-
ctata illa duplici lege, cuius su-
pra meminimus in tertia præser-
tim conclusione; hoc enim in sen-
su oratio consecratoria ad vnicam
duntaxat arctatur sensum; absolu-
tè tamen, sicuti non repugnat sibi
alia lex contraria, ita nec duplicitas
sibi repugnare dicitur; imò est
apta, nata ad geminum sensum, vt
dictum est.

Ad argumentum de discrimine
corporum, quæ vasis figura carent,
vel gaudent, dico illud disidium
nullius momenti esse; nam si in ali-
qua re Deus existat illapsu specia-
li, de illa erit verum dicere, *Hoc est
Deus*: vt, ostenso ad obtutum filio
hominis, erat verum dicere, *Hoc
est Deus*, & demonstrata digito ho-
stia consecrata, verè quis enuntia-
bit, *Hoc est Deus*. Similiter, si vi, &
efficacitate alicuius signi practici

Archangelus Michael constitueretur in lapide, & Gabriel, in ligno, & Raphael in calamo, in hoc euentu, ostensis huiusmodi rebus, esset verum dicere, *Hoc est Michael; illud Gabriel; illud autem Raphael*; quoniam apud orthodoxos harum veritatum conscios consimiles loquutiones facerent hūc sensum: quod intimè, & penetratiuè est in his rebus, est Michaël.

Vlt. eccl.

Vltimò dico: quamuis recensitis accidentibus, vt subsunt geminatè illi legi primæ conclusionis, necessariò ex verbis consecrationis conuincatur desitio substantiæ panis, & vini; absolutè tamè minimè cōuincitur. Prima pars huius cōclusionis probatur. Nam accidentia, vt sic recensita, perscripto illius geminæ legis arctantur ad amplexum vnius duntaxat substantiæ; & præcepto; ac pondere posterioris circa Eucharistiã latè vrgentur, vt illa vnica, quam continent, sit corpus Christi: igitur hæc indefinita enuntiatio, *Hoc est corpus meum*, directà ad accidentia sub iugo harum legum considerata, equipollebit huic vniuersali, *Quidquid continetur sub his accidentibus, est corpus Christi, & nihil præterea*: & per consequens, concluditur desitio panis.

Secunda pars suadetur. Nā quāuis intuitu potētia ordinatæ, & illius duplicis legis sit necessariū vnicam sub accidentibus cohiberi substantiam; absolutè tamen id nō est necessarium; quia voluntas diuina, sicuti decreuit vnā duntaxat sub esse accidentibus substantiam, perinde statuere potuit; duas simul subter illis coexistere, nempe Christi, & panis; quo in casu, prædicta indefinita propositio, *Hoc est corpus meū*, nō esset in materia necessaria, sed contingētī, neq; æquipolleret vniuersali, *quidquid, &c.* sed potius

huic particulari, *aliquid contentum sub accidentibus consecratis est corpus Christi*. Tunc sic: Ex verbis huius particularis enuntiationis nō conuincitur desitio panis, igitur neque ex verbis ipsius indefinitæ, absolutè & in se recēsitæ, & vt præscindit ab illa duplici lege, concludetur interitus, vel conuersio panis. Quòd autē volūtas diuina, seu absoluta Dei potentia potuerit stabilire, vt sub panis accidentibus duæ latitarent substantiæ, nemo sanè mentis ambigere posset; quandoquidem talis absolutissima potentia ordinatæ potētia eminet, & eius legibus haudquaquam præscribitur; quod ex eo satis elucet; siquidem vniuersalissima illa lex, quæ accidentibus præest, panis certè accidentia determinat ad amplexum vnius substantiæ, idque non indifferēter huius, vel illius, sed determinatè ad continentiam substantiæ panis; & nihilominus in Eucharistiæ institutione, præfata absoluta Dei potētia peculiari, ac supernaturali illa lege accidentia panis faustè euexit ab illa determinatione, & seruisi, (vt ita dixerim) indole, & in quadā indifferentia, ac indeterminatione fortunatè cōstituit, nēpè, vt in suo gremio includerent hanc, vel illam substantiam; nimirum panis, vel Christi: igitur etiam potuit à vinculo illius *Vnitatis* eadem soluere, & oppositum lege contraria sancire, ac tandem efficere, vt duæ substantiæ panis, & Christi sub eisdem essent accidentibus, & ipsi orationi eōsecratoriæ veritas subtraheretur vniuersalis, & materialis huicque particulari enūtiationi æquipolleret, *Aliquid cōtētū sub accidentibus est corpus Christi*. Ecce igitur quomodo ex illa oratione indefinita, *Hoc est corpus meū*, non cōuincitur absolutè desitio, vel conuersio

panis. Lege sectionem 5. disp. 44. & sect. item 6. disp. 29. vbi edocui-
mus significationem, vt neutram,
& priorem sua veritate, esse cau-
sam moralem conuersionis.

D V B I U M II.

*Quid intelligatur nomine
corporis, in quod fit conuer-
sio ex vi verborum?*



ABRIEL Vazquez, disp. 186. c. 2. existimat opi-
nionem Scoti, compo-
situm ex materia prima,
& forma corporeitatis terminum
huius arcanæ conuersionis con-
stituentis, multum detrudere, &
veræ Philosophiæ, & doctrinæ
Peripateticæ; idque, & auctori-
tate, & ratione contendit osten-
dere. Extat siquidem testimonium
Philosophi haud contemnendum
2. de generatione Animalium, ca-
pite 1. *Non est enim facies, nisi ani-
mam habeat, neque caro; sed corrup-
ta æquiuocè dicitur facies, aut caro,
perinde quasi lapidea, aut lignea,
&c.* Nunc igitur hoc conficit ar-
gumentum. Quemadmodum la-
pidea, & lignea, seu aliòqui depi-
cta facies, & caro æquiuocè, & non
vniuocè dicuntur caro, & facies per-
inde cadaueris facies, & caro exa-
nimes omnino, æquiuocè dunta-
xat, in schola Peripatetica serun-
tur esse facies, & caro; atqui, si
ab illa ceteriori corporeitatis for-
ma esse carnis, & faciei profue-
ret, vniuocè quidem, & pro-
priè dicerentur esse caro, & facies:
perperam igitur Scotus commi-
niscitur talem formam. Et confir-

matur. Nam falsò asseruisset Ari-
stoteles, nullam dari posse faciem,
aut carnem vniuocè, nisi anima
compos sit, si esse carnis non ab
anima, sed ab alia forma proue-
niret. Sicuti igitur (inquit) carni
mortuæ, & viuæ nequit assignari
communis ratio, ita corpori mor-
tuo, & viuo nefas est cõmunem ra-
tionem assignare; quia organicum
corpus carne, facie, brachijs, ossi-
bus, cruribusq; æquiuocis æquiuo-
catis conflatum, corpus vtiq; dice-
tur esse æquiuocè; dicendum igitur
est, corpus heterogeneum ex-
pers anima æquiuocè esse corpus,
iuxta veram, Aristotelis scholam;
& per consequens, non dari cor-
poreitatis formam ceteriorem ani-
ma, quæ materiam primam infor-
met, & corpus organicum constituat
ceu immediatam materiã ab ani-
ma informabilem, & animalis alte-
rutram partem. Enimuerò forma
naturalis materiæ primæ immedia-
tè eã informas, est ipsa anima, etiã
si rationalis sit tribuens illi esse sub-
stantiæ corporeæ, animatæ, sensibilis
& rationalis: non ergo opus est aliã
comminisci formam ipsa ceterio-
rem, à qua aliquod intermedium
de genere substantiæ sibi suboriatur.
Hinc quando Philosophus descri-
bit animã, 2. de anima, c. 1. *est actus
corporis physici, organici, &c.* nõ sibi
vult, organicum corpus præconstitu-
tum, esse eius subiectum recipiens
eam, & informatum ab illa, sed
potius animam esse formam eius
in tali esse per ipsã constituti; quo
idiomatè passim vtiuntur Philosophi
dum dicunt: *Anima est forma, &
actus viuētis. Anima sensitua est for-
ma, & actus animalis. & anima ratio-
nalis est forma, & actus hominis.* Nõ
igitur organicum, & heterogeneum
corpus tanta partium diuersitate
variegatum, supponitur ipsi animæ;

vt superinfundenda, ab ipsaq; informadū, sed potius tota illa variegatio sibi prouenit ab anima, ex qua, & ex materia prima immediate resultat animadū, sentiēs, rationale. Cōsulit huic doctrinæ Aristoteles in citato libro, text. 6. *Anima primus actus est, perfectioq; corporis naturalis, potentia vitā habentis, & talis plane, vt parte ipsius sint instrumenta.* Et textū 7. *Ipsa perfectio prima primus actus est corporis naturalis, cuius partes sunt instrumenta.* Quocirca hi termini, *organicum, & corpus potentia vitā habens; &, cuius partes sunt instrumenta,* synonymi sunt, & sibi volunt, quod anima dat corpori organizationē, & vitam, eiusq; opera exercet per potentias, & instrumenta: inquit enim, text. 10. *Non est autem id potentia viuēs, quod abiicit animam, eaq; vacat, sed id quod ipsam habet.* Itaque corpus potentia vitam habens non est idē quod habens vitam potestate, sed actu habens vitam, eiusq; opera per potentias, & instrumenta exercēs. Hinc cadauer nullatenus corpus organicum dici poterit; quia eius heterogeneæ partes non sunt organa, & instrumenta, per quæ opera vitæ exerceri valeant. Enimverò partes corporis esse organa, & instrumenta, idem est, quod potentia vitam habere; potentia autem vitam habere, idem est quod animam, & vitam habere, quam corpus mortuum nō habet, vt ex verbis Aristotelis patet: frustra igitur assignaretur vna forma distincta ab anima, à qua materia haberet esse corporis organici, quā doquidem ab eadem anima sortitur rationem corporis organici, & rationem viuētis.

Rursus, cap. 3. docet corpus humanum constans carne, ossibus, & alijs partibus, aut mortuum, aut

viuum disiunctim, non autem alterum definitè, ex vi verborum sub speciebus panis constitui terminū conuersionis panis; quocirca obseruat, nomine corporis: nec solam materiam, nec solam rationē corporis, quod est species subalterna in prædicamento substantiæ, sed corpus diuersarum partium, quod solum in animantibus reperitur, significari, nempe quod ossibus, carnibus, neruis, & cartilaginibus constat, idq; siue viuum, siue mortuum; adeo, vt hoc nomen, *corpus*, æquiuocè de viuo, & mortuo in forma consecratoria efferatur. Sensus itaque orationis consecratoriæ erit: *Hoc est corpus meum;* idest, id quod latet sub his accidentibus, est corpus meum, siue mortuū cum forma cadaueris, siue viuum cum anima, neutrum determinatè, sed alterutrum disiunctim.

Oppositam sententiam latè probauimus cū Scoto, disp. 43. prioris tomi, sect. 3. quare in præsentiarū solum superest, asserta huius Doctoris propalam explodere, & num falsa, vel vera sint eluere. Et certè mirari minimè non possum egregium Aristotelis discipulum, & facræ Theologiæ insignem magistrū ab ingenua dialexi eò vsque deflexisse, vt orationem consecratoriā incertam nobis, & omninò ancipitem astruxerit, & sibi nequaquam constantem; nanque nomen æquiuocū, seu homonymum alterutri eorum, in quæ enumeratur, re, & nomine conuenit, alijs verò nomine duntaxat, re autem secus. *Nepos* quippè filij filium significat, & prodigum; & nihilominus huic, nimirum prodigo, nomine solum congruit, illi verò utrobiq; similiter, *Aries*, nomen pluriuocum est, machinamentum, quo muri expugnantur, & sidus in celo, & animā

in terris significans ; è quibus soli animali gregis duci, & re, & non in conuenit ; sideri autem, & machinamento, quo murus ab hostibus quatitur, nomine tantum cõpetit; igitur si illud nomen, *corpus*, in forma consecratoria recensitũ, æquiuocè effertur de uiuo, & mortuo Christi corpore ; sequitur ipsũ esse æquiuocũ æquiuocans Christi Dñi corpus depictũ, lapideum, ligneum, cadauer, & animatum, & hæc quinque corpora esse æquiuoca æquiuocata ab illo nomine, *Corpus Christi*. Vnde efficitur, vt soli corpori animato re, & nomine conueniat, alijs autẽ quatuor solo nomine; adeò, vt nõ magis propriè hoc prædicatum, *Corpus Christi*, enuntietur de cadauere eius, quàm de effigie, vel statua eiusdem; de utroque, herclè, in doctrina huius neoterici, æquiuocè, impropriè, & secũdũ quid effertur ; vniuocè autem, propriè, & simpliciter de corpore uiuo duntaxat. Quod ex eo patet : nam in schola Aristotelis (iuxta eius cõmentariũ) caro mortua, caro lignea, & caro lapidea, æquiuocè, impropriè, & secũdũ quid prædicant *Carnem*; ita, vt non potiori iure caro exanimis, & mortua enuntiet illam, quàm caro lapidea, vel lignea, &c. similiter corpus mortuũ Christi nõ magis propriè prædicabit *Corpus Christi*, quàm imago eius : & sicuti solo nomine tale prædicatum cõuenit imagini eius, perinde cadaueri eiusdem nomine tenus conueniet, & non re.

Nunc igitur argumentor sic. In cap. 3. citatæ disputationis, inquit hic Doctor, quòd ratio, ob quam ex vi verborum non constituitur sub speciebus corpus definitè mortuum, aut determinatè uiuum, sed vnum, aut alterum disiunctim, & indefinitè, ea est ; quòd significatio

huius termini, *Corpus*, æquè patet ad uiuum, & mortuum, ratione ad iunctæ particulæ, *meum*; atqui ratione eiusdem particulæ, etiam æquè patet ad corpus depictum, ligneum, & lapideum Christi, ergo necessariò conuincendus est prædictus Doctor fateri, ex vi verborum formæ cõsecratoriæ constitui sub panis speciebus corpus Christi, aut uiuum, aut mortuum, aut depictum, aut ligneum disiunctim, & indefinitè. Consequutio legitimè infertur ; maior propositio est illius Doctoris ; minorè autem probat. Quia (vt superius ostēdimus) quæmadmodum, *caro*, animatam solummodò carnem viuocat, eique, & re, & nomine congruit ; mortuam autem, depictam, & lapideam æquiuocat, eisque nomine tenus conuenit, perinde *corpus*, animatum duntaxat vniuocat, & illi soli tam re, quàm nomine conuenit ; alia autem corpora, puta mortuum, depictum, lapideũque æquiuocat ; & solo nomine eis congruit ; & aliõ qui constitutis in prospectu Christi Domini, corpore eius animato, & cadauere (per impossibile) & statua, vel effigie eiusdem, in tali euentu verè, & citrà falsitatem posset in singula eorum oculis iniectis sigillatim asserere, *Hoc est corpus meũ* & *illud est corpus meum*, & tandem, *illud*, scilicet effigies, *est corpus meũ*; igitur significatio huius termini, *corpus*, æquè patet ad effigiem, & cadauer Christi ratione illius particulæ, *meũ* & per cõsequens, ex vi verborum orationis consecratoriæ ita constituitur sub panis speciebus effigies corporis Christi, atque eius cadauer ; hoc autem fidei orthodoxæ repugnat ergo. Sed quia Aristotelem nobis obijcit, libet rimari enuntiatum illud ex cap. 1. secundi de generatio

ne decerptum. *Non est enim facies, nisi animam habeat, neque caro: sed corrupta equivoce dicitur facies, aut caro, perinde quasi lapidea, aut lignea.* Respondeo ergo, carnem mortuam, & faciem dupliciter considerari in istis, uno modo intransitiue, altero vero modo transitiue. Transitiue dicitur de obiectis modis, uno modo prout transeunt pergressam ad corpus constans ex materia prima, & corporata in forma: alio modo quatenus transeunt, vel dicunt ordinem ad hominem, seu ad animal constans anima, & corpore: priori duplici modo, eniuocè, & simpliciter dicitur caro, & facies: necesse autem tertio modo, quo in se loquitur, est Aristoteles in citato loco facies in se per se dicitur equivoce dicitur hominis. Sicut enim homo mortuus, seu cadaver equiuocè, & seorsum dicitur quod dicitur homo, ita caro cadaveris, seu hominis mortui equiuocè dicitur caro hominis, omni tamen eniuocè in se dicitur caro, & caro corporis.

Sed contra Aristoteles docet, hoc predicatum, *caro*, eque efferri de carne mortua, lapidea, & lignea, sed de his duabus ultimis etiam intransitiue recensitis, & equiuocè efferri, ergo etiam de mortua intransitiue, & in se considerata equiuocè predicabitur, & non eniuocè. Respondeo negando maiore: Ly enim, *quasi*, similitudinem aliquam habuit, & non adæquatam æqualitatem in modo predicandi equiuocè. Vnde igitur Philosophus, quod sicuti facies humana lapidea equiuocè potest dici facies hominis, perinde caro cadaveris equiuocè dicitur hominis caro: in hac porro transitiua, seu regressiua predicatione æqualem mutant modum equiuocationis, non vero in predicatione intransitiua: caro siquidem ca-

daueris eniuocè est caro, & caro corporis; alioqui certè tempore quadragesimæ liceret vesci carnibus, si equiuocè solum instar mali Cydonij faceret imbuti, *Hispanæ*. Carne de membrillo dicitur tunc caro, Ecclesiastica, nanque eas duntaxat inhibet, quæ eniuocè hoc predicatum enuntiant. Itaque est lapidea caro omnimodè tam intransitiue, quam transitiue, equiuocè dicitur caro, ea tamen, quæ cadaveris est, in se, & in ordine ad corpus, eniuocè enuntiatur caro, quamuis prout predicatio regreditur ad animal, quod vita functum est, equiuocè dicitur caro. Et mehercule, hanc esse mentem Aristotelis, sanè colligerim ex alijs, quæ mox subdit, verbis: *Sed si nihil animæ, quod non aliqua in parte sit corporis, ut anima quoque pars aliqua protinus sit;* quasi diceret, pes certè nequit esse pars hominis, nisi sit animatus; loquitur enim de generatione animalium, & de progressu partium, quem seruant in hoc, quod est animari, & viuere, & incipere esse partes animati, ut enodatus elucet ex alijs eiusdem capituli verbis; *Cor autem ipsum partem aliam efficit.* Vult igitur sibi, cor per prius animari, & deinde alias organizatione præmari, & deinde alias organizatione præuia conspicuas partes, ut sic tandem in hominis migrent membra, & artus eniuocè. Consulunt etiam nobis alia citati capituli verba, *Cumque anima sit corpore melior:* En quomodo anima supponit corpus, quod informatura est. Astipulatur etiam descriptio illa, quam tradit 2 de Anima, cap. 1. *Quapropter, anima primus est actus, perfectioque corporis naturalis, potentia vitæ habentis.* Supponit igitur anima corpus naturale heterogeneum, uti subiectum sui receptiuum, ab ipsa-

que

quod informabile, & vivificabile: si-
cuti forma lapidis præsupponit
materiã primam: quæ veritas ma-
gis elucelcit ex illis verbis. *Atq;*
cum tale etiam sit corpus, idest ha-
bens vitam; corpus nanque non erit
anima; corpus nanq; non subit ratio-
nem eorum, quæ sunt in subiecto, sed
ut subiectum potius est. & materies.
Informatur itaq; ab anima, cuius
subiectum, & materia est, & sicut
paries non prædicat album; ita cor-
pus organicum non enuntiat ani-
mam, cuius subiectum est: hoc si-
bi vult Aristoteles in præfatis ver-
bis. Sed vigent illa eiusdem capituli
verba: *Noc est autem id potentia vi-*
uens, quod abiicit animam, eaq; vacat,
sed id quod ipsam habet: igitur cor-
pus, ut prius anima, non dicitur
potentia vivens. Respondeo, id
quod anima vacat, non esse vivens
potentia accidentali, & proxima;
idest, non dicitur potens exerce-
re actus vitales. erit autem in po-
tentia essentiali ad eiusmodi actus;
corpus igitur, ut constat materia
prima, corporeitatis forma, pote-
state dicitur vivens, seu capax pro-
ximè informari ab anima, quæ est
principium quo vivat. Ex his satis
liquet commentarium ab illo neo-
terico Doctore allatum non esse
consentaneum veritati, & Aristo-
telis menti: dicendum porro est,
terminum conversionis in myste-
rio Eucharistiæ esse corpus cõpo-
sitũ ex materia, & forma corporei-
tatis, de quo ly *Corpus*, formæ cõse-
cratoriæ effertur. Duriusculũ cre-
diderim, & sacramentorum veri-
tati dissentaneum, asserere gratiã
huius arcani mysterij æquivocè à
forma consecratoriæ significari;
enimvero homo piæus, quia æqui-
vocè est homo; ideo secundũ quid
est homo, & simpliciter est non ho-
mo, igitur si gratia assistens huius

Sacramenti, nempe corpus, aut vi-
vẽs, aut mortuum, æquivocè, & in-
definitè significatur, secundum quid
duntaxat dicitur significari, & sim-
pliciter dicitur non significari; &
per consequens, nec constitui sub
speciebus; quia ea ratione constitui-
tur, qua significatur. Hæc sint sa-
tis.

D V B I U M III.

Vtrum Christus existens in
Eucharistia possit videri ab
oculo corporeo virtute
supernaturali
prædito?



FIRMATIVAM senten-
tiã tenet hic neotericus
Doctor alias sapiētissi-
mus disput. 195. cap. 2.
vbi docet, estò Christus Dominus
nequeat in Eucharistia videri per
speciem ab ipso Christo derivatam
ad oculum intuentis, posse tamen
id fieri per aliquam speciem à solò
Deo productam, aut Deo sine
specie cum oculo concurrente, &
supplète efficacitatem speciei; nec-
undè enim repugnat communi-
cari oculo corporeo visionem, quæ
Christum intueatur, non quidem
à speciebus, & loco omninò abstra-
ctum, sed etiam ut existentem sub
speciebus, & illis coniunctum.

Secundò docet hic Doctor, quòd
estò motus, & quies inter sensibilia
cõmunia connumerentur ab Ari-
stotele, 2. de anima cap. 6. prædi-
camentũ tamen *Vbi* non esse com-
mune sensibile, neque sub sensum
cadere.

Tertio docet, quòd cum ab Aristotele motus, & quies inter sensibilia communia recensentur, non mine motus, & quietis nihil in ipso mobili intelligi præter quantitatem ipsius.

Quarto docet tunc dici, motum, & quietem sentiri à sensu, quoties cum ipso mobili duo alia corpora, ut minimum sentiuntur; ita, ut inter vnum, & aliud intercedat tertium, & visus intra illa terminetur, & motum percipiat, & à quiete distinguat, quoties corpus intermedium non manet in eadē quantitate, sed maius, aut minus incipit apparere; & illud, ex cuius parte corpus intermedium successiue maius, aut minus apparet, dicatur moueri; illud verò, ex cuius parte corpus intermedium non apparet maius, aut minus, dicatur quiescere. In hoc ergo consistit visio motus, & quietis, & non in perceptione, seu intuitu formæ inhærentis, quæ dicitur *vbi*. Notato verba illius Doctoris, *Et in hoc sit sentire motum, aut quietem alicuius, non autem quia videatur ipsa forma inhærens, quæ dicitur VBI.*

Quinto docet inferius, quòd sicuti prædicta forma *Vbi* passiuè inhærens mobili non videtur per se, neque est sensibile commune (solum enim videtur maior, vel minor moles corporis intermedij) ita modus cōiunctionis corporis Christi cum speciebus nequit per se sentiri, neque est sensibile commune: solummodo porrò oculus per visionem sibi diuinitus communicatam videret colorem corporis Christi coniunctum, & indistantem speciebus consecratis; indistantem inquam, & coniunctum; quia solum videret colorem prædictum, & species sacramentales, & nullum aliud corpus interiectum inter illa. Quia

igitur inter species, & colorem corporis Christi non videret oculus aliquod corpus interiectum, inde merito diceretur videre non solum colorem corporis Christi sub Sacramento existentis, sed etiam cōiunctionem eius cum speciebus tanquam commune sensibile. Quòd autem visio corporis Christi, ut coniuncti speciebus, sit possibilis per potentiam Dei absolutam saltem, probat hic Doctor à sufficiente diuisione. Nam si hoc repugnaret, maximè vel ex parte sensibilis proprij, nempe coloris, quo Domini corpus afficitur; vel ex parte sensibilis communis, sed ex neutra horum, ergo. In primis non ex parte coloris: quia cum idem sit, & eiusdem rationis intra, & extra sacramentum, utrobique eodem modo retinebit rationem proprij obiecti visus; atque adeò ex parte sui erit proportionatus, ut videri possit. Quòd neque obstat ex parte sensibilis communis, scilicet quantitatis, patet: nam vice extensionis habet modum indiuisibilitatis, ratione cuius existit tota in tota quantitate specierum, & tota in qualibet parte indistanter: ergo similiter color hærens tali quantitati dicitur esse totus in tota hostia, & totus in qualibet parte: igitur, licet non videatur modus indiuisibilis coloris, & quantitatis Christi, poterunt tamen videri ipse color, & quantitas. Patet consequutio: nam talis indiuisibilitas non est modus positivus, ut videri debeat: & aliòqui nullum apparet contrarium, quod tali actui terminato ad colorem, & ad quantitatem Christi impedimento esse possit. Neque est dicendum, præpediri talem visionem à modo coniunctionis, & vnionis Christi cum speciebus; quia talis modus videtur eadem visione per accidens in sensu supra explorato.

Dicen-

Dicendum ergo est, Christum, in Eucharistia ab oculo corporeo diuinius, vt coniunctum speciebus, & indistantem ipsis videri posse.

Opposita sententia supra eluxit disputatione 36. sectione vnica, concl. 3. 4. & 5. & rursus, disputatione, 46. sect. 2. vbi sensibilia communia quinque recensuimus, quantitatem nempe, figuram, quietem, numerum, & motum: nomine autem quantitatis intelleximus molem illius prædicamenti, quatenus se, aliasque res in ordine ad locum extendit, nedum in actu primo, verum etiam in secundo; aded, vt localis præsentia extensa, seu ipsa quantitas, vt fundat talem præsentiam, qua se, & alias res præsentem constituit alicui loco, dicatur esse commune sensibile. Nominem autem figuræ intellectum iri edocuius eandem præsentiam localem, prout sic, vel sic disposita est in ordine ad situm, ita, vt quantitas, & figura eadem proportionali distinctione differant, qua *Vbi*, & *Situs* differre solent. Quies autem est præsentia rei in loco permanens, & inuariata: hæc enim visu percipitur, & non priuatio motus. Numerus itæ est multiplex rerum præsentia in loco; ita, vt vna præsentia, diuersa sit, & discontinua ab alia. Motus tandem est præsentia mobilis variata.

i. Cõclusi Dico primò: repugnare omnino communicari oculo corporeo visionem terminatam ad Christi corpus modo indiuisibili sub speciebus existens. Hanc conclusionem tenet Scotus, dist. 10. quæst. 9. §. *Ad quæstionem*, dicens. *Quia corpus, vt hinc, absolute non est visibile, nec vt causatiuum visionis, nec vt terminatiuum eius.* Primam huius conclusionis partem non inficiatur ille neotericus Doctor, sed secundam, & nos

vtique cum Doctore Suprili probauimus, disput. 36. sectione vnica. Enimvero, sicuti ad hoc quod est tangere, & tangi, est intrinseca extensio, seu modus quantitarius, perinde ad hoc quod est videre, & videri, est intrinsecus, & essentialis præfatus modus extensionis in ordine ad *Vbi*; sed corpus Domini est destitutum tali modo in Eucharistia, ergo non poterit terminare relatiunculam annexam entitati absolutæ visionis; & per consequens, nec Deus poterit communicare oculo actum videndi, nisi quoad entitatem absolutam, vt incitata sectione edocuius. Maior propositio satis constat in sexto notabili sectionis vnicae disputationis 36. Et declaratur amplius; cum, quia actus vitalis quantus, & extensus, seu modo diuisibili hærens potentie sensitivæ corporeæ, nequit terminari nisi ad obiectum modo diuisibili, & extenso terminans: tum secundo, quia non est minus necessarius modus quantitarius in obiecto ad terminandum actum vitalem, quam in potentia ad fundandum. Hinc quia actio vitalis spiritalis (cuiusmodi est intellectio) quia non requirit in potentia intellectiua extensionem ad sui *inherere*, & *fundari*, ita in obiecto talem diuisibilitatem minimè exigit ad terminari. E diuerso autem, sicuti actus corporeus vitalis ad *Fundari*, & *inherere* in potentia sensoria, sic ad terminari in obiecto requirit modum quantitarium, idque necessario simplicitati, & absolute. Porro, quemadmodum corpus Christi Domini indiuisibiliter existens sub speciebus nequit tangere eas, neque tangi ab ipsis, perinde nec visionem visui Petri diuisibiliter inherente poterit terminare. Confirmatur secundo. De ratione quantitatis in ratio

ne cōmunis sensibilis est præsencia localis extensa, seu ipsa moles, vt fundat talem præsentiā circumscriptionem, vt dictum est disp. 49. sect. 2. Corpus autem Christi, vt in sacramento, est orbem tali præsentiā, & diuisibilitate, ergo vt ibi, nō est commune sensibile, igitur neq; ipsa quantitas Christi, neq; color hærens ipsi (qui est proprium sensibile) poterit videri ab oculo corporeo. Legito citatam sectionem, disp. 49.

2. Cōclus. Secundo dico, *Vbi* prædicamentale esse commune sensibile, licet nō distinctum specie ab alijs quinque quæ Aristot. cōnumerat. 2. de anima, c. 6. Hęc conclusio est cōtrā secundū assertū illius neoterici Doctoris, & probatur à sufficiente diuisione. Nam vel prædicamentum *Vbi* est modus quidam positius mobili intrinsecus, vt vult ille Doctor; vel est præsentia circumscriptiua communis, & generica ad motum, quietem, numerum, & figuram; sed quocunq; modo consideretur, æquali iure obtinet rationem communis sensibilis, atq; motus, & quies, ergo. Minorem probo; quoniam si supponatur esse modus positius quātītatis mobilis, quod equè perfectè possit recēseri esse commune sensibile, perinde atq; ipse motus, & quies. Probatur ex tertio asserto illius Doctoris, vbi docet, cum ab Aristotele motus, & quies inter sensibilia communia connumeratur, nomine motus, & quietis nihil in ipso mobili intelligi præter quantitatem ipsius: igitur à simili, si prædicamentum *Vbi*, nempe modus ille positius perpendatur, prout non distinguitur à quātītate, sed est prorsus idem cum ipsa, meritò dici debet commune sensibile. Quod si hic Doctor respondeat, prædictū

modum, vt distinctum à quantitate & peculiare astruentem prædicamentum, non esse commune sensibile, illud ipsum certè asserit de quiete, & motu, scilicet, quod quatenus distinguuntur à quantitate mobili, non sint communia sensibilia, sed prout identificantur cum ipsa: igitur nequibunt nomē, & rationem communis sensibilis potiori aucupari iure, quàm ipsum prædicamentum *Vbi*. Si verò supponatur, eiusmodi prædicamentum esse præsentia cōmunis, & generica illis quatuor speciebus, manifestè sequitur, ipsum sub sensum cadere, esseq; commune sensibile subordinans sibi illa quatuor sensibilia communia, nempe numerum, figuram, motū, & quietem, quorum supra meminimus.

Tertio dico, decipi hunc Doctorem in suo tertio asserto, dum existimat, nomine quietis, & motus nihil aliud intelligi apud Aristotelem, præter quantitatem mobilis. Probatur. Verba siquidem Philosophi. 2. de anima, capite 6. sunt huiusmodi. *Cōmunia verò sunt hæc, motus, quies, numerus figura, & magnitudo; talia namq; nullius sunt propria sensus, sed omnibus communia sunt.* Expressè igitur insinuat, quietem, motumq; distinctas esse species à quantitate, vel magnitudine in genere communium sensibilibus; igitur in mobili, quod interdū quiescit, & quandoque motu cietur, necessarìo distingui debent magnitudo, quies, & motus.

Quarto dico, falsitatis nota arguendum esse quartum assertum illius Doctoris, dum autumat, visionem motus, & quietis non consistere in perceptione ipsius *Vbi*, (verbi gratia) præsentia variata, vel inuariata; sed potius in intuitu trium corporum, videlicet duo-

3. Cōclus.

4. Cōclus.

rum mobilium, & tertij cuiusdam intermediij, quod planè falsum esse ostendere haud quaquam esset operosum. Constituamus lanceam in terræ superficie iacentem, & in vna extremitatum eius Petrum, in altera verò Franciscum; & moueatur Franciscus versus Petrum, illique approximet, in eo sanè euentu, verè cernitur præsentia Francisci variari; Petri autem præsentia in eodem statu permanere inuariatã prosus: igitur vtraque præsentia sensu percipitur; altera vt permanens, & alia vt variata: ergo in hoc consistit sensatio motus Francisci, & quietis Petri, & non in eo solùm, quòd lancea à parte anteriori Francisci in minori quantitate apparet, à parte verò anteriori Petri in tota pristina mole. Antecedens probo. In primis quiescente vtroque, verè cernitur præsentia vtriusque; neque enim me lateret, pedes Petri tangere vnã lanceæ extremitatem, & Francisci pedes alteram extremitatem; sensibus experior illum contactum, illam indistantiam; igitur propriissimè existimat cernere vtriusque præsentiam: conijcio postea Franciscum contiguationem, seu cõactum ad lanceæ cuspidem amittere, successive q; ipsi hastæ mediætati finitimũ fieri. Petrum autem in pristino situ immobilem sistere; igitur verè, & propriè censeor cernere vtranque illam præsentiam; alteram motu citã, & variatã; alterã verò inuariatã. Etcõar matur. Nã aliòqui, neq; colorẽ, neq; quantitatem in se formaliter estimaretur quis videre; cõstituta siquidem quantitate bipedali è regione, & præ oculis ipsi Petro; in hoc (ni fallor) casu, rectã inmentur, ac pondere diceretur Petrus videre quantitatem bipedalẽ; non maiorem profectò, quia mox


immediatè apparet aliud corpus; non minorem, quia citrà primum non esse illius quantitatis bipedalis non compareret aliud corpus; & nihilominus falso quis diceret, visionem huius quantitatis in eo consistere, quòd citrà vltimum nõ esse eius non eminet aliud corpus, & vltra tale vltimũ non esse, seu punctum terminatiuum apparet aliud corpus; ergo à simili, perperã quis asseret, visionem motus Francisci, & quietis Petri in eo solùm inniti, quòd lancea à parte anteriori Francisci in minori cõspicitur mole, à parte verò anteriori Petri in pristina: igitur (vt veritati consulam) fateri vrgemur, ipsam Petri præsentiam, eiusque habitudinem ad superficiem concavam lanceæ, vel cuspidis videri, perinde atque quantitatem bipedalem in semet non inficiamur inspicere propriè, & in rigore, ad hoc nanque satis, superque est; videri aliquid vtriusq; superficiẽ inuicem sibi contiguã; tota enim videri haud quaquam posset nisi in corporibus diaphanis putã si vitrum paruum in latiori cohibeatur, tunc siquidem vtraque, conuexa, & concava superficies videtur; igitur verè diceretur videri illa habitudo, & præsentia circumscriptiua, & per consequens, ipsum, *Vbi*, ruit igitur quartum effatum illius neoterici Doctõris.

Ex his patet solutio argumenti oppositæ sententiæ; neganda siquidem est minor propositio; & ad probationem dico, repugnantiam obstare ex parte communis sensibilis, quod est quantitas, vt compos diuisibilitate, & extensione ad locum in actu secundo. Quia ergo quantitas corporis Domini est destituta tali extensione, inde prouenit, vt commune sensibile esse nequeat, nisi in potetiã remota. Neque

que defectus huius extensionis suppleri valet per illum modum indiuisibilitatis, ratione cuius corpus Christi: v quantum, & colore affectum, existit totum in toto, & totum in quauis parte indistanter: quia conceptus genericus, & communis ad plures species non potest supplere vices rationis specificae constitutionis alicuius speciei in tali esse. Quia ergo talis modus indiuisibilitatis existendi totum in toto, & totum in quauis parte, est communis substantiae incorporeae, & corporeae (illi enim naturaliter, huic supernaturaliter conuenit) inde fit, vt vices extensionis in qua consistit ratio communis sensibilis, supplere nequeat.

D V B I V M IIII.

Vtrum corpus Christi motu specierum à Sacerdote moueatur per accidens?

 ABRIEL Vazquez disp. 19. cap. 4. docet, nullum praeter Berengarium, eiusque imitatores, qui veram Christi praesentiam in Eucharistia negarunt, infictari posse, Christum à Sacerdote in manibus ad egrotos deferri, & in Missa ab eorum manibus proprijs eleuari, & ab eorum cum communicat, ore proprio deglutiri, & manducari, & olim se ipsum in manibus portasse, cum in coena corpus suum discipulis praebuit manducandum. Omnes igitur, quotquot has negare audent propositiones, Berengarij errore conuinci fateamur necesse est. Enimvero, Catholici, qui contra Beren-

garium concedunt veram Christi praesentiam in Eucharistia, hoc ipso supponere videtur, ita esse Christum sub speciebus, vt ratione motu, quem ibi habet, per accidens motu specierum ab eodem motore moueri dicatur: signum igitur est, contra communem sensum Catholicorum eorum sententiam esse, qui dicunt Christum sub speciebus habere proprium *Vbi*, & praesentiam, & proprio motu moueri, cum inde manifeste sequatur, Christum à Sacerdote non moueri.

Alia plura in citato capite, & superius, capite 3. coaceruat hic Doctor, quibus Bambalionum cateruam in sui rapiat admirationem, & morionum coetum in Scoticae subtilitatis illicitat despectum; quae vt enervare possimus, supponendum primo est, corpus Christi immediate esse praesens speciebus, mediate vero, spacio, cui praesunt ipsae; & haec quidem praesentia, est proprie non sit *Vbi*, reducitur tamen ad illud praedicamentum. Legito disp. 32. sectionem tertiam. Quia igitur Domini corpus secundario ratione hostiae correspondet indiuisibiliter spacio occupato ab ipsa, ideo iure censetur vbicari, saltem improprie in ipso *Vbi* hostiae; quod sane latis, superque videtur esse ad hoc, vt illud dicatur moueri, quod species consecratae feruntur, modo feratur à latore specierum, modo ab ipso Deo immediate. Secundo supponendum est, inter corpus, & species nullam prorsus unionem inueniri praeter intimam, ac inseparabilem praesentiam, vt disp. 32. sect. 4. edocuimus.

Dicendum igitur est, corpus Christi non moueri per accidens à Sacerdote mouente species, sed à Deo immediate, & per se: quia cum non uniatu ipsius naturali unione, in-

1. Fund.

2. Fund.

Conclus.

instar animæ cum corpore, accidētis cum subiecto, partis cum toto, seu ponderis cum suo vehiculo, inde efficitur, vt naturali consequutione, motus erga hostiam à Sacerdote concitatus, in ipsum corpus indiuisibiliter existens, secundario, & veluti per accidens deriuari non possit, vt latè edocuimus disputat. 37. sect. 1. Ex his patet, quorsum tendant minæ illius Doctoris: propositiones siquidem illæ bifariam possunt cōsiderari; vno modo quatenus apud ignarum vulgus æquipollent hisce enūtiationibus, *Christus ad ægrotos fertur in manibus Sacerdotis, & facta consecratione sursum eleuatur, & tandem, Cum communitur, in eius stomachum fertur. Corpus Domini olim in nocte cœnæ, in manibus Christi hominis latum fuit ad ora discipulorum.* Altero verò modo possunt considerari, quatenus apud gnaros, & peritos, *ly à*, non æquipollent huic particulæ, *in*, sed longè differt, & in rigore logico causalitatem efficientis præferret. In primo sensu nemo citrà errorem Berengarij negare posset illas propositiones, benè tamen in secundo; neque Ecclesia vnquam in Berengarij hæresis execratione supposuit à specierū motore Domini corpus per accidens moueri, id enim, & veræ Philosophiæ, & modo indiuisibili, quo Christus sub ipsis existit, omninò repugnat. Ad vltimum assertum illius Doctoris de Vbicatione Christi in accidentium gremio respondeo, id quidè in sensu saltem Scotico consonum esse orthodoxorum communi sensui, vt ex Concilio Tridentino nos intulimus disp.

32. section. 3. Hæc sint satis.

(.*)

D V B I V M V.

Pro quo supponat pronomina Hoc, & Hic, in forma consecrationis panis, viniq;?



VID in hac controuerſia tenendū sit, suprā edocuimus disput. 29. sect. 5. vnum superest argumentum dissoluere, quod Gabriel Vazq. disp. 201. c. 3. & 4. autumat contra Scotum concludere, estque huiusmodi. Si pronomen, *hoc*, substantiuè sumptum supponeret pro singulari entis, sequeretur, per tale pronomen æq; demonstrari accidētia panis, atq; substantiā corporis Christi: sed posita eiusmodi cōmuni, & vniuersalissima ostensione, oratio consecratoria redderetur falsā: multū igitur inconuenit asserere, quòd illud pronomen supponat pro indiuiduo entis. Sequelam probat ille Doctor. Nam in Schola Scotistarum, ens vniuocè conuenit substantiæ, & accidenti: igitur si illud pronomen, *Hoc*, supponit pro singulari entis, non dicretur minus supponere pro ente, quod vniuocè est accidens, quàm pro ente quod vniuocè est substantia. Vult sibi præfatus discursus, supposita opinione Scoti de vniuocatione entis, quòd ex hac propositione affirmatiua, *Hoc ens est corpus meum*, non magis sequitur hæc negatiua, *ergo non est substantia panis*, quam hæc alia, *ergo non est accidens panis*: Patet: Quoniam ens vniuocè prædicatur de substantia, & accidenti; igitur, dum Sacerdos dicit suprā panem, *Hoc est cor-*

V

pus

pus meum, ex tali affirmatione non minus sequitur desitio accidentiū panis, quam desitio substantiæ eius. Declaratur, & confirmatur ampliusculè. Nam sensus illius orationis, *Hoc est corpus meum*, est huiusmodi: *Ens singulare*, quod habeo in manibus, est corpus Christi; & ex hoc antecedenti rectè inferitur, *Igitur non eris aliud vniuocè ens, præter ipsum Domini corpus*: Tūc sic: Accidentia sunt vniuocè ens, igitur ens, quod habeo in manibus non est strues accidentium panis, sed corpus Christi tantum: & per consequens, accidentia fuere conuersa in corpus, perinde atque panis substantia conuersa est.

Libet breuiter huic argumento respondere, negando sequelam illam priorem; & ad probationē dico, illud pronomē *Hoc*, in oratione consecratoria non supponere pro singulari entis indifferentis, & communis continenti, & contento; signanti, & signato; sed potius pro ente singulari cōtēto, & signato; modò tale contentū, & signatū sit accidens, modò substantia determinatè ab aliquo signo permanenti visibili præ oculis posito; cuiusmodi sunt accidentia panis signantia quasi digito, ibi contineri in ipsorum gremio corpus Christi Domini. Quippè in quacunq; re, siue naturali, siue artificiali, contentum est præstantius continente, atque adeo pronomina demonstratiua, *Hoc, illud, istud*, supponunt pro famosiori significato. Enimuerò, si gladius esset Petri, & vagina Francisci, tunc nequiret Franciscus, digito demonstrando ensē in vagina reconditum, dicere citrà falsitatem, *Hoc est meum*, quia ly *Hoc*, supponeret pro ente præstantiori, nempe pro contento: Idem iudiciū ferendum est de demonstrati-

one erga res naturales astructa, namque si Eques quispiam nobilis: indice equo ostenso diceret, *Hoc est meum*, id est *Hoc ens est meum*; ly *Hoc*, non supponeret pro ente continenti, nempe pro accidentibus equi, sed potius pro contento, nimirū pro animali hinnibili singulari, scilicet pro substantia corporea viuenti, sensibili, ac hinnibili, neque obest, quòd eiusmodi nomen *Ens*, sit vniuocū vniuocans tā accidens, quā substantiā, tā continens, quā contentum; quia propositio absolutè prolata seper supponit antonomasticè pro famosiori significato, vt dictū est. Exempli gratia: licet hoc nomen, *Apostolus*, omnes duodecim vniuocet; tamen si Christus nunc imperaret, *Volo, vt Apostolus descendat in mundum sublunarem*, statim Paulus intelligeret iussionem illam ad ipsum dirigi: ita ergo in proposito, dicit Christus, seu Sacerdos supra panem profert, *Hoc est corpus meum*, illud pro nomen, *Hoc*, pro ente contento, & signato ab accidentibus supponit, & non pro continenti, & signati; tum, quia illud est præstantius; tum etiam, quia cum prædicatum illius propositionis, nempe *Corpus*, sit gratia assistens sacramentalis permanentis, necessariò debet ab aliquo signo visibili supersistere, & permanenti, quasi digito demonstrari: huiusmodi autem signum visibile, permanentiter signans talem assistentem gratiam, nihil esse posset præter panis accidentia; igitur ly *Hoc*, determinatè supponit pro ente signato, & imbibito in accidentium gremio, de quo indirectè prædicatur corpus Christi. Hinc ex hæc affirmatiua propositione, *Hoc ens est corpus meum*, solum sequitur desitio entis, quod habet rationem contenti, & signati, non verò desitio

cuiusuis alterius indifferentis tam contenti, quam contento; & ex hoc patet, quid dicendum sit ad confirmationem illam vltimam; quod scilicet, sensus huius orationis: *Hoc est corpus meum*, erit eiusmodi: Ens singulare habens rationem contenti, & signati, quod ego habeo in manibus meis, est corpus Christi; & ex hoc ingenuè sequitur, *Igitur non erit aliud vniuoce ens habens rationem contenti, & signati, præter ipsum Domini corpus.* Quia igitur congeries accidentium panis non habet rationem contenti, & signati, sed potius contenti, & signantis, non legitime inferitur eorum desitio, imò permansio, & duratio in ratione signi signantis.

Sed obijciat quis: Illud pronomen, *Hoc*, supponit pro ente contento determinatè, ergo supponit pro substantia determinatè; hoc autem est contra Scotum, dist. 8. q. 2. §. *Aliter ergo*, dicentem, *Hoc, in proposito demonstrat singulare entis, & nõ per se singulare alicuius minus vniuersalis, quàm entis.* Cõsecutionem enthymematis probo. Nã contentum sub accidentibus panis ante consecrationem erat substantia ipsius, & post consecrationem est substantia corporis Christi; igitur ly *Hoc*, pro singulari substantiæ præscindenti ab hac, & illa specie substantiæ supponit.

Respondeo negando consequutionem. nomen enim, *Hæc substantia*, vniuoce significat primam substantiam vltima actualitate conspicuam; quæ in viuentibus, vel est suppositum, vel natura singularis composita ex anima, & corpore; & quia pars componens nequit prædicari de toto, quod cõponit (hæc enim est falsa, *Petrus est anima, Petrus est corpus cõstans materia prima,*

& forma corporeitatis, & tãdem est falsa, hæc singularis prima substantia est corpus, & anima) inde fit, vt si ly *Hoc*, supponeret pro singulari substantiæ cõpletæ, tunc falsa esset oratio consecratoria, *Hoc est corpus meum*; idest, hæc prima substantia est corpus meum. Consultò igitur docet Scotus, ly *Hoc*, supponere pro singulari entis contenti, & signati determinatè, præscindenti à substantia incompleta, cuiusmodi est, hoc corpus constans ex materia prima, & forma corporeitatis; & à substantia completa, cuiusmodi est, hoc viuens compositum ex corpore, & anima; & præscindenti etiã ab accidenti, habentibus rationem contenti, & signati. Sensus igitur huius orationis cõsecratoriæ, *Hoc est corpus meum*, ex vi ipsorum verborum est huiusmodi: *Singulare entis habentis rationem contenti, & signati, ex vi verborum, quod ego habeo in manibus meis, est corpus Christi, vt cõpositum ex materia prima, & forma corporeitatis.* Et ex hac affirmatiua rectè inferitur hæc negatiua, igitur nullũ aliud vniuoce ens, siue de prædicamento substantiæ siue de prædicamento accidentis, habens rationem contenti, & signati, ex vi verborum erit in manibus meis, præter præfatum corpus. Rursus, sēsuseiusdẽ orationis, *Hoc est corpus meum*, absolute, idest siue ex vi verborum, siue concomitanter recensita, est huiusmodi: *Singulare entis habentis rationem contenti, & signati ab hoc signo visibili sacramentali panis, est corpus Christi animatum, quãtum, & quale.* & ex hac affirmatiua optimè inferitur hæc negatiua, *Igitur nullũ aliud ens, siue de categoria substantiæ, siue de categoriis accidentium, habens rationem signati, & contenti sacramentalis, est in manibus meis, præter corpus Christi, animatum*

quantum & quale: non autem inferitur hæc alia negatio absolutissima, *Igitur nullum aliud uniuocè ens, siue continens, siue contentum, siue signatum, siue signum est in manibus meis*: quia re vera supersunt accidentia panis, quæ uniuocantur (in Scholâ nostrâ) ab hoc nomine, *Ens*, & sunt signum gratiæ assistentis, nēpè Christi Domini.

Dicendū porrò est, per pro nomen, *Hoc*, substantiuè sumptū demonstrari individuum entis contenti, & signati à signo aliquo visibili panis, præscindentis à substantia, & accidenti habentibus rationem cōtēti, & signati, ut dictum est. Notato verba Doctōris, §. *Aliiter ergo*, in 10. cōclusionē: *Alia probatio est quasi grammaticalis; quia adiectiuum in neutro genere substantiuatum includit in se suum substantiuum secundū Grammaticos; non includit autem, nisi hoc quod est aliquid, vel ens.*

De pronomine *Hic*, dixeramus in citata disp. 29. sect. 5. in radice Græca, *Tuto*, esse neutrius generis; & quamuis sanguis etiam ipse apud Græcos eiusdem sit generis, perperâ tamen infert Vazquez, cū eo cōuenire in genere, numero, & casu, tanquàm adiectiuum cū substantiuo: perinde enim se habet *ly Hic*, in radice græca *Tuto*, cum sanguine Græcè recensito, atq; se habet hic terminus, *Hoc*, cum corpore Domini atqui pronomen, *Hoc*, non est adiectiuum concors cum corpore, sed cum singulari entis sibi subaudito (nisi dixerim cum Scotto, ipsum substantiuè sumi, in seq; imbibere suum substantiuum) igitur neque illud pronomen, *Hic*, in radice græca *Tuto*, dicetur cōuenire in genere cū sanguine, qui apud Græcos neutrius generis est, sed potius cum singulari entis, quod sibi substernitur, & subauditur ex parte

subiecti. Idē iudicium esto de eodē pronomine, *Hic*, Latine sumpto; subauditur siquidem sibi liquor, vel potus: cōsultius dixerim sibi subaudiri *Ens*; quod cū participiū sit huius verbi, *sum, es, fui*, necessariò futurū est cōmune trium generū, instar aliorum participiorum, *legens, audiens, præsens, absens*. Consona porrò regulis Grammaticæ erit eiusmodi declinatio, *accusatiuo entem, & ens*: & in plurali, *Nominatiuo, Accusatiuo, & Vocatiuo, entes, & entia*. Et quamuis locupletiores latinæ linguæ professores, quiq; in dicēdi ratione perfecti sunt, eiusmodi participium abhorreāt, ut graui sermonis ornatui consulant, & purè, ac emendatè ubique eloquantur; Philosophus tamen plurimum sanè, iuuat, ut animi sensa cumulatius explicent. Neque officit, plerunq; Dialectici, imò semper in neutro termino, & nunquā in masculino, vel foeminino illud vsurpare cōsuescāt; id enim familiare, ac frequens ipsis experimur, ut cōsimilia participia in neutra voce accipiāt, putā, *Omne agens, omne efficiens*; cum tamen non minùs disertè dicere possint, *Omnis agēs, Omnis efficiens*: igitur æq; congrua loquutio erit, *Omnis ens, Hic ens*, atq; est, *Omne ens, Hec ens*, vtraque enim fortassis barbarismus est apud Latinorum Héroes; solœcismus tamen neutra; interest siquidem huius, & illius: quia barbarismus est sermo crassus, *ferus, & inuenustus*: solœcismus autem est impar, & incōueniens partium orationis compositura; vnde intulerim, prædictum idioma barbariem omnem aufugere, nedū solœcismi tortuosam prauitatē. Dicendum igitur est iuxta mentem Scoti, sensum huius orationis, *Hic est calix meus*, esse hunc: *Hic ens est*

est calix meus; in qua planè nullus inficitur solœcismus, nullus barbarismus; quia participium *ens*, est cõmune trium generum.

Sed obiiciet quis: vel ly *ens*, subauditum illi pronomini *Hic*, sumitur adiectiuè, vel substantiuè. Si primo modo, ergo opus est inferriùs descendere ad aliud nomen substantiuum vsq; quod terminet dependentiã vtriusq; illius adiectiu *Hic*; & *ens*: quod certè minùs vniuersale erit, quàm *ens*. Si secundum, illud est impossibile; quia nullum adiectiuum potest substantiari in genere masculino, vel fœminino, sed solù in neutro, ergo. Respondeo, ly *ens*, sumi substantiuè, & non adiectiuè: & quando asseris, nullum adiectiuũ posse substantiari nisi in genere neutro, distinguo: vel illud adiectiuum in nominatiuo numeri singularis est trinomium, ita vt tres voces habeat, sicuti, bonus, bona, bonum; vel est vniuocum æquivalens tribus generibus: primo modo concedo minorem, secundo autem modo nego: quia ergo. hæc vnica vox, *Ens*, est triplicis generis in nominatiuo sine vlla prorsùs sui variatione, inde fit vt substantiari possit, prout æquualet generi masculino, & fœminino, perinde atq; quatenùs æquualet neutri. Hinc, quãdo Philolophi sic arguũt: *Omnis efficiens vel est æquiuocus, vel vniuocus* (quæ certè nedùm congrua, verùm, & elegãs elocutio existimatur) ly *efficiens*, substantiuè in genere masculino vsurpatur. Consultit nobis Cicero, de natura Deorum; *Animantium, aliæ coris te et aliæ villis vestitæ*. Et primo de legibus: *Nam cum cæteras animantes abiesset ad pastum, solum hominẽ erexit*. Quibus herclè in locis *animas*, modò nomẽ sit, modò participiũ (de hac enim re nõ laboramus)

in fœminino genere fit substantiuũ; in masculino etiam idem, cum apud Horatium, tum apud Ciceronem experimur accidere; *Sed hic sylus haud patet vltro quenquam animantem*, fassus est Horatius 2. serm. Cicero autem de vniuers. *A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua omnes reliquæ formæ concluduntur*. Concinnè igitur adiectiuã illa, saltem quæ non sũt trinomia, vtpotè participia presentis temporis, intra metas generis masculini, fœminini transmigrant in substantiuã: Hæc sunt satis.

D V B I V M VI.

Vtrũ quantitas corporis Christi ex vi verborum sit in Eucharistia sacramento?



O C T O R hic neotericus disp. 187 c. 4. partem tutatur affirmatiuã; quãtitatem nẽpè corporis Christi in vniuersum esse ex vi verborum, & per se sub speciebus panis; hanc verò, aut illã quantitatẽ esse solùm per concomitantiam, & per accidens. Suadere autẽ conatur hanc suam sententiam ratione vnica. Sub speciebus panis ex vi verborũ cõstituitur corpus Christi, nõ prout corpus est species subalterna prædicamẽti substantiæ, neq; quatenus est sola materia prima, sed corpus organicũ, & heterogeneũ, habens nimirũ partes diuersę rationis: hanc autẽ organizationẽ, & heterogeneitatem necundè sortiri valet, nisi à quantitate, igitur hoc nomen, *corpus*, consecrationis formam

mam subingrediens, præfert quid compositum ex materia prima, & quantitate heterogenea vniuersali & communi ad quantitatem corporis mortui, & ad molem corporis viui. Enimvero iuxta veram, & antiquam Scholæ sententiam, eius modi quantitates longè inter sese diuersæ sunt, perinde atque ipsum cadaver à pristino corpore viuo diuersum valde à cunctis fertur esse.

Secundo docet præfatus Doctor, quòd estò ex corpore mortuo, & viuo nequeat abstrahi conceptus aliquis vniucus; à quantitatibus tamen ipsorum communem præscindere conceptum, eumque vniucum, ingenue philosophiæ regulis est consentaneum. Hæc igitur quantitas heterogenea secundum præfatum vniuersalem, vniucumque conceptum spectata, sub panis speciebus ex vi verborum constituitur; quantitas autem particularis determinata corporis viui concomitanter, & per accidens: sicuti re vera, si ex corpore mortuo, & viuo abstraheretur conceptus vniucus communis, tunc ex vi verborum constitueretur sub panis speciebus corpus Christi secundum illam rationem communem vniucam; corpus verò viuum nunc, & mortis in triduo corpus mortuum, per accidens, & comitanter.

Tertio docet hic Doctor, quòd diuersitas partium, quibus per se constat corpus organicum, non tantum postulat quantitatem in vniuersum, sed etiam quædam alia accidentia: namque caro diuersum qualitatum vendicat sibi temperamentum, ad hoc vt rationem, & nomen carnis sortiatur potius, quam quidditatem ossis, vel cartilaginis; & os similiter aliam accidentium congeriem, seu temperiẽ exigit, vt in esse ossis constituatur, &

non in esse carnis. Enimvero diuersa nomina, & diuersæ res sunt, *os, caro, cartilago*, aliæque partes. Quis igitur fieri potest, vt tanta diuersitas ab eadem anima, qua informatur, originem ducat? Vt igitur diuersa nomina, naturaque sortiri possint, necessum erit, per quantitatem, & alia accidentia diuerso modo, diuersaque temperie disponantur. Hæc igitur accidentia qualitativa secundum communem, & vniucam rationem recensita, ex vi verborum sub panis speciebus deferuntur, non verò secundum rationes específicas, & peculiare, quas in cadauere, & corpore viuo obtinent, vt sic enim, concomitanter, & per accidens illò adducuntur.

Hunc dicendi modum credere vim habere contra D. Thomæ sententiam. Operosum siquidem videtur, ac valde difficile, organizationem, etiam substantialem, quæ ceterior est ea, quæ quantitativa, & extensionis appellatur, prouenire ab anima, præsertim rationali vnde quæque; indiuisibili; In nostrâ autem opinionem necundè, aut vrgere, aut roboris specimen valet erumpere; quandoquidem corporeitatis formam anima, quantitate, & alijs accidentibus ceteriorem ingenue disputat. 43. sect. 3. constituimus. Quo circa legenda quam primum est sectio vltima disputationis citatæ, vbi modum dicendi Ægidij confutauimus, qui à sententiâ huius neoterici parum, & ferè nihil distare cernitur; hic enim compositum ex materia prima, & quantitate in vniuersum, & præcisè sumpta, ex vi verborum in accidentium gremium adduci insinuat; ille verò, nempe Ægidius, aggregatum ex materia, & modo quodam ab ipsa quantitate derelicto, terminum per se recenset conuersionis, ex
pri-

primaria verborum significatione subter accidentibus constitutum, ut latè eluxit in citata sectione.

2. Fund.

Secundò supponendum est cum Doctore in 3. sentent. distin. 2. q. 3. §. *Quantum ad secundum*, organizationem esse duplicem; alterutram secundum quid, & aliam simpliciter: prior est alteratio, qua materia alterascit, & disponitur ad formam corporis organici præuiam animæ inducendam; posterior autem est introductio ipsius formæ organicæ. Legito sectionem tertiæ disp. 43. pagina 427. vbi edocui-
mus, corpus organicum posse considerari, & in esse quieto, & perfecto, & citrà talem statum perfectum, & quietum, iuxtà quam diuersitatem, diuersam, ac dissimilem coexigit qualitatum proportionem.

Tertiò legenda est sectio 3. disputat. 35. vbi ostendimus, quòd si sanguis esset ab anima informabilis, & per se pars corporis organici, tunc ex vi verborum constitueretur sub panis speciebus; cœterum quia secundum veriorem sententiam, neque est per se animabilis, neque per se pars corporis organici, inde fit, vt subter speciebus panis committanter lateat. Ibidem edocui-
mus, ea quæ essentialiter distinguuntur, distincta sortiri signa tam naturalia, quàm ad placitū significantia: vnde, quia sanguis, & corpus sunt res essentialiter distinctæ, efficitur, vt diuersis signis indicari, & demonstrari debeant.

Conclus.

Dicendum est, neque quantitatem, neque accidentia alia corporis Christi, siue in particulari, siue in vniuersum recensita, ex vi verborum sub speciebus panis constitui. Hęc est Scoti locis suprà citatis, & suaderi potest primò. Rationi dissen-

taneū est, in huiusmodi supramundanæ conuersionis per se termino ponere aliquod accidens; sed nihil, quod rationem per se talis termini nō subintrat, potest ex vi verborum subter speciebus constitui, ergo nullum accidens, siue de prædicamēto quantitatis, siue de prædicamēto qualitatis, dicitur esse sub speciebus ex vi verborum. Maiorem probo. Quia si naturā, & quidditatem, seu rationem per se termini eiusmodi arcanæ conuersionis subingrederetur aliquod accidens, sequeretur, ipsam potius appellandam esse transaccidationem, quàm transsubstantiationem. Minorem etiam probo. Quia id solum, & totum ex vi verborum, & per se sub speciebus constituitur, quod rationē per se termini talis conuersionis subingreditur: igitur nihil quod rationem per se termini eiusmodi conuersionis non subintrat, poterit ex vi verborum subter speciebus panis constitui.

Respondet Vazquez, pagina 220. & suprà pagina 219. negando sequelam illam, quæ est probatio maioris. Estò enim quantitas, & alia accidentia in vniuersum recensita, catenū per se pertineant ad significatum huius vocis, *corpus*, vt sine ipsis neque esse, neque intelligi, aut enuntiari possit; tamen, quia, illa voce, *Corpus*, præcipuè, & directè significatur substantia corporis; quantitas verò, & accidentia connotatiuè, & indirectè; inde prouenit, vt conuersio hoc nomen, *transsubstantiatio*, sortiatur à significato præcipuo, & directo, nempè à substantia. Quo circa animaduertit hic Doctor, iuxtà verā Logicæ doctrinam, illud connotari aliquo nomine, seu indirectè significari, quod in obliquo casu signi-

ficatur; illud autem dicitur in obliquo casu significari, quod quamuis perse pertineat ad significatum vocis, de ipso tamen vox in recto casu nō prædicatur, sed in obliquo: cuiusmodi in præsentibus sunt quantitas, & alia accidentia, quorū supra meminimus, sine quibus id, quod dicitur corpus, intelligi, aut enuntiari non potest: & nihilominus hæc vox, *Corpus*, de ipsis in recto minimè prædicatur, sed tantū in obliquo. Ut (verbi gratia) id quod quantitate, & præfatis accidentibus constat, est *corpus*; igitur directum significatum ab hac voce, erit, id quod constat talibus accidentibus; connotatum verò, & indirectum significatum erunt ipsa accidentia superius in eodem capite 4. dixerat hic Doctor, directum significatum hac voce, *album*, esse ipsum subiectum, connotatum verò esse ipsam albedinem; similiter, directū significatum huius nominis, *Sanguis*, id quod forma sanguinis constat; connotatum verò esse ipsam formam.

Quod si quis objiciat ei; nomen, *homo*, non prædicatur in recto de humanitate, sed potius in obliquo, id quod constat humanitate, est *homo*: & nihilominus directum significatum eius est humanitas, ergo similiter, licet hæc vox, *album*, solum in obliquo, & non in recto prædicetur de albedine, *subiectum constans albedine est album*; id non officit, quominus directum significatum illius vocis sit albedo, connotatum verò ipsum subiectum inhesionis. Respondet negando paritatem rationis, quod enim de humanitate in recto non prædicetur nomē, *homo*, ex eo provenit, quia tale nomen non solum significat humanitatem, sed etiam connotat suppositū, quod nomine humanitatis non conno-

tatur. Demiror satis, quod dicitur eruditione, & ingenio conspicuus, vice disparitatis paritate in nobis potius pre oculis ostenderit: namque sicut hæc vox, *homo*, suppositū eam notat tanquam subiectum prædicationis, ita hoc nomen *album*, per se, distinctè, & directè albedinem, connotat; verò, confusè indirectè, & per accidentia subiectum inhesionis indicat: similiter, hæc vox, *Sanguis*, directè ut quod, tertia entitas insinuat, seu compositum resultans ex materia prima, & forma sanguinis; directè autem ut quod ipsa forma sanguinis, connotat; eadem ipsa materia prima. Fateor, quod si herus quispiam, seu vir nobilis duos haberet famulos, hunc nigrum, illum verò album, & eorum alterum accerseret dicens: accurrat huc *albus*; in eo eventu, directè præintendum à vocante non esset albedo, sed subiectum, cui ipsa inheret; ceterum directum significatū voce illa, *albus*, esset albedo; connotatum verò ipsam subiectum; è diverso, si medicus hortaretur eum, qui lippis est oculis, ut visui conluleret, neque in alba oculos iniceret, tunc, & directè præintendum à medico, & per se, & directè significatum ipso nomine, *alba*, essent albedines, connotata verò essent subiecta: in quovis igitur eventu, directum significatum tali nomine erit albedo, tamen si præintendum, præcipuum, & directum sit ipsum subiectum interdum, ut accidit in herociente seruum; quandoque verò ipsa albedo, ut contingit in medico fugam obiecti albi monente. Ruit igitur diffinitio illa connotati, & directi, quam tradit Gabriel Vazquez, tanquam consonam regulis Logicæ: sanè dissentanea potius ipsis vnde quaque est; nec quidquam refert, quod vox ipsa in recto,

cto, vel obliquo prædicetur, vt dictum est; nam etiam humanitas in obliquo prædicat vocem, *Homo*, & nihilominus directum significatū ipsa voce est humanitas, connotatum verò subiectum prædicationis, nempe suppositum. Ex his, facta hypothesi, quòd, *ly Corpus*, adæquatè nihil in sinuet præter cõpositum ex materia prima, & quantitate heterogenea, & illis, quòrum supra meminimus, accidentibus; satis ingenuè infertur, significatū directum ac Præcipuum illius esse ipsam quantitatem, & accidentia, connotatū verò materiam primā. Sed (per te) conuersio à præstantiori, & directo significato nomen venatur, ergo, transitus panis in corpus trans accidentatio dici debet. Confirmatur. Terminus adæquatus, in quem desinit panis, est ens per accidens, nimirum compositum ex materia prima, & illis accidentibus, igitur adæquata conuersio transperaccidentatio erit, tamen si inadæqua, & partialis (vt ita dicam) sit transsubstantiatio; Enimverò totus, & terminus à quo adæquatus, nempe panis constans materia prima, & forma, in terminum totum, & adæquatū, id est in corpus constans materia prima, & quantitate heterogenea, & illis accidentibus conuertitur; & materia, scilicet panis, in corporis materia transit, & forma panis in formam corporis, quæ (secundum te) est ipsa quantitas, & accidentia; igitur solus transitus materiæ primæ in materiam primam erit transsubstantiatio, transitus autem formæ in formam, & totius in totū necessariò futurus est transaccidentatio, patet: Quia totum corpus, est ens per accidens, & forma per quam constituitur in esse corporis, est quantitas, & illæ aliæ dispositiones,

quæ omnia sunt de genere accidentium.

Confirmatur amplius. Materia prima analogicè, & vniuocè est substantia; quãtitas autè vniuocè est accidens, ergo conuersio panis in corpus compositū ex materia prima, & quantitate, analogicè duntaxat dicetur transsubstantiatio, vniuocè verò transfaccidentatio.

Item, materia prima, in Schola Doctoris Angelici, est pura potentia, ergo conuersio panis ad ipsam terminata, non erit transsubstantiatio secundum actum, sed secundum puram potentiam; vt verò terminatur ad quantitatem heterogeneam educetè illam puram potentiam in actū, erit conuersio secundum actum accidentalem, & per consequens, transfaccidentatio.

Secundò principaliter suaderi potest eadem conclusio. Quantitas corporis Christi in vniuersum recensita, ex vi verborum, & per se est sub speciebus, ergo etiã hæc, aut illa peculiaris quantitas, nempe corporis viui, aut mortui, dicitur esse sub eisdem per se, & ex vi verborum; consequens est contra illum Doctorem, ergo antecedens erit contra ipsum. Consequentio nem enthymematis probo. Quantitas peculiaris determinata, & quantitas in vniuersum indifferens molli cadaveris, & molli corporis viui, à parte rei, & citrà intellectus negotiationem vnica; & eadè prorsus est; sed implicat contradictionem, vnã, & indistinctam citrà opus intellectus rem, per se, & ex vi verborum contineri sub speciebus, & nõ per se contineri; igitur talis quantitas, vel vbrobique per se, & verborum pondere dicitur in specierum gremio contineri, vel utrobique comitanter, & per accidens duntaxat, & non per se, ex vi verborum.

borum. Neq; enim ad diuersum huiusmodi continentie, & constitutionis modum satis esse potest distinctio rationis; quandoquidem quidquid ex vi verborum, & per se sub speciebus continetur, à parte rei, & citrà omnem intellectus negotiationem vt sic continetur, & illud quod per accidens, & comitanter duntaxat ibi adest, à parte rei vt sic præest, & continetur; igitur in eiusmodi diuerso reali continentia modo distinctio, & identitas ex natura rei extorquenda est; nam illa, quæ per opus intellectus duntaxat prominet, certè neq; confulere, neq; detrahere potest.

Ad argumentum supra obiectū responderetur, negando minorem. Organizationem siquidem substā-

tialem, & simpliciter, supra constitit, sectione 3. disput. 43. esse introductionem formæ substantialis corporeitatis, quam Scotus in viuentibus constituit. Compositum igitur ex materia prima, & illa corporeitatis, seu heterogeneitatis substantialis formæ, constituitur ex vi verborum sub accidentibus, cetera omnia comitanter, & per accidens. Ibidem eluxie, ossis, carnisque formas substantiales esse diuersas, & quantitatem corporis viuī, & mortui vnicam, & eandem, tam specie, quam numero. Decipitur ergo ille Doctor, dum oppositam docet. Hæc sufficiant ad laudem Omnipotentis Dei, Deipare Virginis, & omnium Sanctorum. AMEN.

FINIS.



IN.



INDEX
ALPHABETICVS
RERVM MEMORABILIVM IN
ADDITIONIBVS AD EUCHARISTIAM
contentarum; vbi ly AD, denotat additiones; TO, tomum
1. P. paginam, C. columnam.

A.

Accidentia panis, & vini significat naturaliter, & ad placitum, p. 662. c. 1. & 2. ad. & deinceps.

Accidentia significant naturaliter vere in actu primo pro nunc, sed non in secundo. *ibid.*

Accidentium gemina significatio esset vera in actu 1. & 2. si mansissent propriae substantiae, *ibidem.*

Accidentium substantijs manentibus, oratio consecratoria esset vera veritate formali, non materiali. p. 663. c. 2. ad. & deinceps, & to. 1. disp. 42. sect. 1.

Ex accidentibus panis, & vini, ut subsunt geminae legi primae conclusionis, licet ex vi verborum necessario conuincatur desitio panis, & vini, non tamen absolute, p. 664. c. 2. ad. & deinceps. & to. 1. disp. 44. sect. 5. & disp. 29. sect. 6.

Afferta Gabriellis Valquez circa visionem corporis, & sanguinis Christi in Eucharistia, refutantur. p. 669. c. 2. ad. & deinceps, & 1. to. disp. 36. sect. unica, concl. 3. 4. & 5. & disp. 49. sect. 2.

B.

Barbarismus, & solæcismus quid sit, p. 677. c. 2. ad. & quod non committitur in hac oratione, Hic ens est calix meus. p. 678. c. 1. ad.

C.

Causa moralis conuersionis est significatio ut neutra, & prior sua veritate. p. 665. c. 2. ad. & to. 1. disp. 44. sect. 5. & disp. 29. sect. 6. Christus immediate est praesens speciebus, mediate vero spacio, cui praesunt ipsa p. 674. c. 1. ad.

Christi corpus non mouetur per accidentis à Sacerdote mouente species, sed à Deo immediate, & per se, & quare. p. 674. c. 2. ad.

Compositum ex materia, & modo quodam à quantitate derelicto, non est per se terminus conuersionis ex vi verborum, & c. p. 679. c. 2. ad.

Compositum ex materia prima, & forma corporeitatis, seu heterogeneitatis substantialis forma constituitur ex vi verborum sub accidentibus, cetera omnia comitater, & per accidens. p. 682. c. 2. ad.

Compositum ex materia prima, & quantitate in uniuersum, & precise

Index Alphabeticus.

- isè sumpta non continetur ex vi verborum in accidentibus.* p. 679. c. 2. ad.
- C**oncretum ex substantia panis, & accidentibus potuit esse immediatum continens, & signas corporis Christi. p. 659. c. 2. ad.
- C**oncretum album per se, distincte, & directe albedinem, connotatiue vero, confuse, indirecte, & per accidens subiectu inhesionis indicat. p. 681. c. 1. ad.
- C**onnotati, & directi diffinitio tradita à Gabriel Vazquez ruit, & quare. p. 681. c. 2. ad.
- C**orpus humanum heterogeneum, aut mortuum, aut viuum disunctim, non autem alteterum definitè, ex vi verborum sub speciebus panis constitui terminum conuersionis, docet Vazquez. p. 666. c. 2. & p. 667. c. 1. ad. refutatur. p. 667. c. 1. & 2. ad. & deinceps.
- C**orpus æquiuoce de uiuo, & mortuo efferri in forma consecratoria docet Gabriel Vazquez. p. 666. c. 2. ad. & deinceps. Refutatur, p. 667. col. 1. & 2. ad. & deinceps.
- C**orpus à forma corporeitatis distincta realiter ab anima dici, reijcit Gabriel Vazquez ex falso intellectu doctrinæ Peripateticæ. p. 665. c. 1. ad. & deinceps.
- C**orpus terminum conuersionis malè exponit Vazquez contra Scotum. p. 665. col. 1. & 2. ad. & deinceps.
- D.**
- D**estitio accidentium panis, & vini, in orationibus consecratorijs non legitime infertur, imò permanentia, & duratio eorum in ratione signi signantis, & quare, pag. 676. c. 2. ad.
- E.**
- E**clesia à Christo Domino edocta in orationibus consecratorijs unum elegit sensum, pagina 660. c. 2. ad.
- E**NS est uniuocum substantiæ, & accidenti, cuius singulare demonstrans in Eucharistia est hoc ens, & quomodo, contra Gabrielem Vazquez, pag. 675. c. 1. & 2. ad. & deinceps.
- E**ns sumitur substantiue, & non adiectiue in hac oratione, hic ens est calix meus, & quomodo, p. 678. c. 1.
- E**ucharistiæ sumptioni præmittenda probatio facienda est per confessionem sacramentalè ex Concilio Tridentino, p. 656. col. 1. ad.
- F.**
- F**alsa est accidentium significatio naturalis actualis in Eucharistia; vera aptitudinalis, & quomodo, p. 662. col. 1. ad. & inde.
- G.**
- G**abriels Vazquez asserta 1. 2. & 3. p. 655. ad. & deinceps.
- G**abriel Vazquez probat esse impossibile, in verbis consecratorijs duplicè imbibere sensum, p. 656. & p. 657. ad. & inde. Repugnareque panis, & vini substantia manente, verba consecratoria demonstrare corpus, & sanguinem Christi, p. 657. ad. & inde. Itemq; constituit discrimen inter substantiam habentem vasis figuram, & ea carentem, ibidem.
- G**abriel Vazquez decipitur, p. 657. & p. 658. & eiusdem secunda pars tertij asserti falsa ostenditur, p. 659. c. 2. ad.
- G**abriel Vazquez decipitur docens panis conuersionem, aut destitutionem non ostendi verbis consecratorijs, p. 660. c. 2. ad.
- G**abriel Vazquez decipitur detrahens Scoto docenti, compositum ex materia prima, & forma corporeitatis esse terminum transubstantiationis, p. 665. c. 2. ad. & deinceps.
- G**abriel Vazquez falsò docet Christu Dominum posse videri ab oculo corporeo in Eucharistia supernaturaliter per speciem à Deo productam, aut

Index Alphabeticus.

- aut Deo sine specie cum oculo concurrente, & supplente efficacitatem speciei. p. 669. c. 2. ad.
- Gabrielis Vazquez impugnantur reliqua asserta circa idem. p. 670. c. 2. ad. & deinceps.
- Gabriel Vazquez perperam docet, infici errore Berégary tenentes Christum ad motum specierum à sacerdote nò per accidens moueri. p. 674. c. 1. ad.
- Gabriel Vazquez immeritò impugnat Scotum docentem pronomen hoc in oratione consecratoria pro singulari entis supponere, quia inde (inquit) forma consecratoria esset falsa. p. 675. c. 1. & 2. ad.
- Gabriel Vazquez soluuntur rationes, quibus innititur. p. 675. c. 2. ad.
- Gabriel Vazquez docet pronomen hoc, in radice Græca neutrum tuto, conuenire cum sanguine in genere, numero, & casu, tanquam adiectiuum cù substantiuo. p. 677. c. 1. ad. Idem docet, quantitatem corporis Christi ex vi verborum, & perse in uniuersum, esse sub speciebus panis; hanc uero, aut illam quantitatem esse solum per concomitantiam, & per accidens. p. 678. c. 2. & p. 679. c. 1. ad. Eiusdem impugnantur nonnulla asserta, quibus innititur ad roborandam suam opinionem. p. 679. col. 2. ad. & to. 1. dist. 43. sect. 3. & ultima. Idem falso, salua ueritate formæ consecratorię, non posse substantiam panis esse simul cum corpore Christi in hoc Sacramento. p. 655. c. 1. & 2. & p. 658. c. 1. & 2. ad. Imponit crimē Scoto. p. 657. c. 2. ad. & deinceps. & to. 1. disp. 41. sec. 1. & præferrim. p. 411. & 412.
- Gratia assistens nò significatur æquiuocè sed uniuocè in forma consecratoria. p. 669. c. 2. ad.

H

Hoc, & hic pro quo supponant in orationibus consecratorijs, habe-

tur, to. 1. disp. 29. sect. 5. & p. 675. c. 1. & 2. ad. & deinceps. ly, hoc determinatè supponit proente signato, & imbitito in accidentibus, de quo prædicatur indirectè corpus Christi. p. 676. c. 1. ad.

Hoc ens est corpus meum, solum infert definitionem entis contenti, & signati, non uero definitionem cuiuslibet alterius indifferenti contenti, & contento. Ibidem.

Hoc est corpus meum, cui æquiualeat. Ibidem:

Hoc, si supponeret pro singulare substantiæ completæ, oratio consecratoria esset falsa, & quare. p. 676. c. 2. ad. Non est adiectiuum concors cum corpore, sed cum singulari entis sub audito. p. 677. col. 2. ad. Qui d demōstraret panis substantia manente simul cum corpore Christi, p. 662. c. 1. ad. Potuit dirigi ad cōcretum ex substantia panis, & accidentibus, p. 660. ad. Pro quo supponeret, substantia panis manente, p. 663. c. 2. ad.

Hoc, dirigitur ad sola accidentia necessario coarctata ad continentiam unius dumtaxat substantię, p. 663. c. 2. & p. 664. c. 1. ad. Supponit pro famosiori significato, & pro quo. p. 675. c. 2. & p. 676. c. 1. ad. Substantiue sumptum quid demonstrat, p. 677. col. 1. ad.

Homonymi, & synonymi explicatio, p. 667. ad. & deinceps, & pag. 665. c. 2. ad. & inde.

I

Ignis est calidus, qualis propositio sit, pag. 658. ad.

Indefinita propositio est. Hoc est corpus meum, in materia necessaria spectata gemina lege, & intuitu potentia Dei, &c. & cui æquipolleat uniuersali. p. 659. c. 1. ad. Vi præscindit à tali lege, in qua sit materia & cui uniuersali rigore æquipolleat. Ibidem.

LEX

Index Alphabeticus.

L.

LEX vniuersalissima à naturali Dei potentia fulgurans immi-
net accidentibus. p. 658. ad.
Lex supernaturalis peculiaris circa
Eucharistiam lata. Ibidem. c. 2. ad.

M.

Manentibus substantia panis, &
vini, qualis esset sensus ve-
rus formæ. p. 661. c. 2. & p. 662. c.
1. & 2. ad.

N.

NIX ex frigida qualis sit propo-
sitiō pag. 658. ad.

O.

Oculus corporalis possit ne vide-
re corpus Domini, ut in Eu-
charistia. p. 669. c. 1. & p. 670. c. 1.
& 2. ad.

Orationes consecratorie duplicem sen-
sum verum habere possunt. p. 659.
... demonstrant subter acci-
dentibus separatis, & c. p. 661. c. 1.
ad. Pro nunc unicum habent sensum,
sine repugnantia duplisis; absolu-
te. p. 664. c. 1. & 2. ad. Habent
duos veros sensus, panis, & vini
substantia manente. p. 661. c. 2. ad.
Sunt in materia necessaria, intuitu
potentiæ Dei ordinatæ, in contin-
genti verò spectata potentia Dei ab-
soluta. p. 658. c. 1. & 2. & p. 659.
c. 1. & 2. ad. & deinceps.

Orationem consecratoriam, Hoc ens
est corpus meum, quid sequatur. p.
676. c. 1. ad.

Orationis consecratorie, Hic est ca-
lix meus sensus, 678. c. 1. ad.

Organizatio duplex, & quæ p. 679. c.
2. p. 680. c. 1. ad. & 1. to. disp. 43.
sect. 3. p. 427. Quid sit organiza-
tio substantialis, p. 682. c. 2. ad. &
to. 1. disp. 43. sect. 3.

P.

Panis substantia præsentē, quæ-
nā veritas saluetur, to. 1. p. 411.
& p. 412. & p. 658. ad.

Propositio, Hoc est corpus meum, nū

fiat in materia necessaria, vel con-
tingenti. p. 658. ad.

Propositiones consecratorie an sint in-
definitæ, & quibus equipolleant.
Ibidem. & p. 659. ad.

Q.

Quantitas corporis Christi, aut
alia accidentia, ut cunctis ac-
cepta, concomitanter tantum sunt
sub speciebus panis. p. 680. c. 1. &
2. ad.

Quinque sensibilia communia. p. 670.
col. 2. ad. & deinceps. & to. 1. disp.
36. sect. unica. concl. 3. 4. & 5. &
disp. 49. sect. 2.

Quasi similitudinem innuit, & non
adequatam equalitatem in modo
predicandi equiuocè, p. 668. c. 2. ad.

R.

Radice in Græca, pro ly hic, est tu-
to neutrum; ac proinde ly hic la-
tinum non conuenit in genere cum
sanguine Græce, sed cum singulari
entis sibi substrati ex parte subie-
cti, p. 677. c. 2. ad.

S.

Sacramēta septem quare dicantur
fluxisse à latere Christi, pag.
147. t. 1.

Sanguis continetur tantum concomi-
tanter sub speciebus panis, & qua-
re, p. 680. c. 1. ad. Si esset animatus,
& per se pars corporis organici,
tūc ex vi verborum esset sub panis
speciebus, p. 680. c. 1. ad. & tom. 1.
disp. 35. sect. 3. Quid significet dire-
ctè, ut quod, p. 680. col. 1. ad. Quid
denotat directè, ut quo, ibid. c. 2. ad.

Sensus orationis consecratorie qua-
lis sit, p. 676. c. 2. & p. 677. c. 1. ad.
Duplex, & verus indifferenter in-
est formis consecrationis, ut abstra-
hant à gemino diuine institutio-
nis modo possibili, p. 659. c. 1. & 2.
& p. 660. c. 1. & 2. ad. & deinceps.
Quis, & qualis sit, ut sit verus, p.
676. c. 2. p. 677. c. 1. ad.

Substantia hæc uniuocè quid signifi-
cet p. 676. c. 1. ad. Sup-

Index Alphabeticus.

Suppositum connotat hæc vox homo,
tanquam subiectum prædicationis.
p. 681. c. 1. ad.

T.

Transaccidentatio, vel transper
accidentatio sequitur ex opinio-
ne Gabrielis Vazquez circa termi-
num conuersionis. p. 680. c. 1. & 2.
ad. & deinceps. Hæc conuersio con-
tinetur in ly Remissionem peccato-
rum, p. 663. c. 1. ad.

V.

VAzquez vide Gabriel.
Veritas definitionis panis nõ fuit

semper de substantia fidei expressè
declaratæ per Ecclesiam. p. 662. Ve-
ritate materiali, & formali gau-
det forma consecratoria, substan-
tia panis non manente. p. 663. c.
2. ad.

Veritate materiale destitueretur ora-
tio consecratoria, præsentæ panis
substantia. p. 659. ad. & deinceps.
& tom. 1. disp. 42. sect. 1. præser-
tim, p. 411. & 412.

Vulnus lateris Christi opus fuit Re-
demptoris, non Redemptionis, to. 1.
p. 147. c. 2.

FINIS.

Ex commissione D. Sesse Reg. V. P. F. Ioan. Barra Diffinit.

Sesse Regens

V. Doct. Gaspar Gil Canonicus
Magist. S. Eccl. Turiasoncñ.

V. P. F. Sebast. Bueno, Lect. S. Theol.
& Prouiñ. Aragonum Custos.

Cum licentia Ordinarij.

CæsarAugustę : In Typographica Offici-
na Regij Nosocomij Deiparę de
GRATIA, Anno 1642.

§ ERRATA sic corrigito. Pag. 662. col. 2. lin. 31. veritatis, lege, falsita-
tis, eadem col. lin. 14. quin, lege, quia, pag. 662. col. 2. lin. 11. aliud, lege, aliquid,
pag. 669. lin. 1. sacramntorum, lege, sacramentorum, p. 659. col. 1. lin. 33. hoc
adde, est corpus meum.

